Letter

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NAZIONALE
6
ME
43
EMANUELE

R
V
21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANGELI MONOSINII

FLORIS

ITALICAE LINGVAE

LIBRI NOVEM.

Quinq; de Congruentia Florentini, ſiue Etruſci Sermonis cum Græco, Romanoque: vbi, præter Dictiones, Phraſeis, ac Syntaxin, conferuntur plus mille Prouerbia, & explicantur. In Quatuor vltimis enodatæ ſunt pro vberiori copia ad tres Adagiorum Chiliades.

Speciatim contenta in ſingulis Libris vide in Synopſi poſt Præfationem.

Acceſſere Rerum, ac Verborum INDICES ampliſſimi.

AD COSMVM RODVLPHIVM PATRITIVM FLORENTINVM.

Cum Priuilegijs S.C.Maieſtatis, Regis Chriſtianiſs. ac Ser. Venetorum Reip.

VENETIIS, Apud Io. Guerilium. CIƆ IƆC IV.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO VIRO

COSMO RODVLPHIO

MAECENATI SVO

COLENDISSIMO

ANGELVS MONOSINIVS.

SI mihi, COSME, foret culti ſapientia uatis;
Vnde Anchiſiades Heros ſuper æthera fulget:
Si daret Euterpe, ſuaui teſtudinis aureis
Mulcentem ſonitu, magnorum maxima geſta
Aeternare Ducũ, moresq́; appingere chartis;
Tu meus Aeneas, clarus pietate, vel armis,
Mæcenasq́; meus iam cuncta per ora ſonares.
Non etenim cupiam viuos exculpere vultus
Marmore; non vario tabulas animare colore;
Ducere nec facili ſpirantia ſigna metallo;
Vt tua perpetuò maneant præſtantia facta.
Nam, quæ Praxiteles, Mentor, Polycletus, Apelles
Eximia quondam formarunt arte, Vetuſtas
Inuida nil nobis niſi nomen inane reliquit:
At, quæ grandiſono magnus cantauit Homerus
Carmine; quæ feruens rapidi inſtar Pindarus amnis

Digitized by Google

Edidit; haud vllum poterit subuertere tempus,
Non Aquilo, non imber edax, non ira Tonantis,
Vnde Argos cecidit, ruit vnde a culmine Troia.
Vera ergo egregiæ virtutis præmia docti
Scriptoris monumenta, auidi quæ temporis acrem
Nil metuunt morsum, rabiem nec mortis acerbam;
Sed Pharia vt volucris tacitos renouantur in annos.
Hoc ego prospiciens, totum me, COSME, dicaui
Castalidum fonti viridantis flore iuuentæ:
Iamq; hausta labijs sacra primoribus vnda,
Cantabam, mæstis Elegis nunc tristia fata;
Luscíniæ socians, resonans nunc omnia læta.
Nec fuit ille meus primo sub tempore cantus
Omnino ingratus, verum si dixit Apollo;
Dura sed insurgens in me fortuna, nec æquo
Pondere debilitans, alas truculenta repressit.
Mæonidum hinc exul tenebrosæ vallis in antro
Bis quinos latitans exegi tristior annos:
Sed tamen haud potuit fallax, vt inutile pondus
Telluris, cura languens, per saxa iacerem;
Huc etenim, atque illuc volitans, imasq; cauernas
Perfodiens, intra secretæ viscera terræ
De hoc Opere. *Hos reperi lapides, Floræ paruum vnde sacellum*
Sedulus instruxi, monumentum, & pignus amoris,
Quo tenor fidæ nutrici gratus alumnus.
Auctor præ manibus habet Tractatum De Ferijs Hebræorũ, Græcorũ, *Nec non & multos alios, quibus inclyta Memphis*
Inuideat, cedat Babylon, stupeantq; Mycenæ,
Mireturque Ephesus, sua quæ miracula iactat.
His etenim Sanctæ templum instaurabitur vrbis;
Atque iterum super auricomas tollentur Athenæ

Stella-

Stellarum classeis; ac Roma antiqua resurget.
Quin etiam nato Vnigenæ, cui sidera parent,
Qui priscam labem miseranda morte piauit,
Hinc statuam summas arceis, modò vita supersit,
Et, quæ grata dedit nuper, Deus ocia seruet.
Quòd si deinde queam victor superare malignas
Obscuræ noctis tenebras, renouataq; membra
Tollere humo, repetam grauiori carmine sacri
Interitum vatis, superi qui Regis Olympo
Demissam sobolem ostendit Iordanis ad vndas.
Quod mihi surgit opus, facili dictante Camœna,
Tempore quo Thracis furiata mente superbi
Proles MEDICEA, horrendi tria fulmina belli,
Pannonico diram rabiem prostrauit in agro.

Romanorum, Christianorum.

De Interitu Præcursoris.

His teneor mentem studijs, hæc anxia, COSME,
Cura animum versat; nigris vt faucibus Orci
Subducto, tetricæ mortis nihil inuida cuspis
Particulam præter mortalem absumere possit.
Quò si nostra olim, sæuis elapsa procellis,
Adueniat fragilis cymba, arridentibus astris;
O me fœlicem, o me terque, quaterque beatum.
Huc etenim, famæ diuino concitus æstro,
Bellorum fremitus, hyemis graue frigus, acutos
Nil curans solis radios, per saxa, per hosteis
Intrepidus tendit; vitrea vt dum vescitur aura,
Durorum pulcrè niteant sibi signa laborum:
Corporis ac tandem disrupto carcere, passim
Docta per ora volans, æterno floreat æuo.
Hinc Roma Augusto viuenti struxit honores,
Perque eius nomen iurandas condidit aras;

Hinc,

Hinc, veluti stellas inter vaga Luna minores,
Emicat exultans generosi Cæsaris astrum.
Quorum tu, COSME, haud longè vestigia lustrans,
Non vnum per iter nitido contendis Olympo;
Sed dura Aonidum præter iuga gressus, opimis
Ornatus spolijs, ac circum tempora lauro,
Vndique terrifico spumantia castra cruore
MEDICEO cum Marte obiens, vt fidus Achates,
Per freta, per monteis, diro, quocunque voceris,
Christicolarum hosti lethum, vel vincla minaris.
Perge igitur, perge, Heroum noua gloria, donec
Sublime attigeris culmen virtutis, aperto
Quò Labor, ac Sudor mortaleis tramite ducunt.
Sic etenim magno accedens nouus ipse Tonanti
Alcides, rutilum sortitus denique cælum,
Aeterno ambrosium pectus decoraberis ostro.

STVDIOSO LECTORI
ANGELVS MONOSINIVS.

VBI primùm mihi voluntas incessit periculum faciendi, quàm proximè accedat Linguæ Græcæ, Romanæque antiquiori Etruscus sermo, statim plures difficultates, & eæ non modici ponderis, vt videbantur, mihi sese obiecerunt. Visum fuit inceptum, quod vix multis post annis longâ, diligentíque lectione perfici posset; ocij verò primo præsertim tempore parum, aut nihil erat. In mentem venit, sine magnâ librorum copiâ id nequaquam, aut tenuiter esse successurum; eóque differendum fore opus, quoad huic quoque parti subuentum esset. Insuper considerabam, laborem hunc meum, quamquam multis probatus fuisset, non multum tamen laudis allaturum; quippe omnis gloria, quæ inde elici posset, arctis Linguarum limitibus coangustetur. Hæc, & alia, quæ hoc in loco recensere nihil oportet, mihi sæpius obstiterunt; quibus tamen diuersis rationibus occursum fuit. Nam, communicatâ hac meâ voluntate cum amicis, non defuerunt multi, qui vel consilio, quod in rebus dubijs plurimùm valet, vel operâ suâ mihi non ingratam operam nauârunt. Quorum vnum, & alterum silentio præterire nefas esse censerem, Bernardum scilicet Dauanzatum Bostichium, virum in his mitioribus Musis solertissimum, ac Petrum Dinium iuuenem nobilitate, doctrináque illustrissimum: quorum erga me beneuolentiæ, studióque erga taleis literas, ne amplius dicam, magna pars huius Operis accepta referenda est. Hic enim studiorum caussâ Parmæ, Perusij, Bononiæ, alibíque commorans, occasionem nactus viris doctissimis hoc meum consilium conferendi, ad me plureis transmisit libros; unde non modicam vtilitatem percepisse liberè confiteor. Ille verò a principio renitentem, atque interdum in operis processu titubantem, modò inculcans τὸ Virgilij notissimum In tenui labor; at tenuis non gloria; & modò Perionium, Budæum, Picardum, Bayfium, & alios præstanteis viros commemorans, qui pro Linguâ Gallicâ in tali argumento laborârunt, adeò mellitâ suâ oratione impulit, ac confirmauit, vt & onus susceperim, & pro viribus promptè substinuerim. Hoc igitur impulsore, & illo, multísque

tísque

tísque alijs adiutoribus, Candide Lector, congessi in hunc Tractatum voces simpliceis, quæ ἀμέσως è Græcis Etruscæ effectæ sunt, Phraseis itidem, atque Adagia, prout mihi in mentem venerunt; è Romanis etiam nonnulla, vt in Synopsi post Præfationem planiùs intelliges. Sed, antequam præfari aggrediar, de quibusdam te admonitum uolo, aliquot scrupulos, qui exoriri possent, minuendi, vel penitus tollendi gratiâ.

Titulo generali [Floris Italicæ Linguæ] subdidi [de Congruentiâ Florentini, siue Etrusci sermonis] potius quàm absolutè Etrusci (quæ Dialectus absque controuersiâ in Italiâ principem locum obtinet) tum, quia præcipui, illustrioresque Etrusci Scriptores Florentini fuerunt; tum etiam, quia ad Florentinam Linguam veluti ad exemplar quoddam perfectius communis peritorum sententia cæteras omneis Etruscas referendas existimat.

In principio. Dixi [cum Romano] Isidori sententiam secutus; qui Originum lib. 9. iuxta quorumdam opinionem affirmat, quatuor fuisse Latinas Linguas, Priscam, Latinam, Romanam, Mistam. De Priscâ nihil; de Latinâ, præter aliquot fragmenta legum Duodecim Tabularum, pauca extant. Conatus sum igitur Romanæ Florentinam conferre, & Romanæ præsertim antiquiori, quam Liuius Andronicus, Næuius, Plautus, Ennius, & huiusmodi vetustiores locuti fuerunt; ex Catullo, Terentio, Sallustio, Cicerone, & alijs recentioribus, ne uiderer claritatem soli afferre uelle, non multa, eáque, ut studui, non uulgaria proferens.

Scripsi Latinâ potius, quàm maternâ linguâ, quia non pro Italis susceptus est hic labor, sed pro aduenis, ac præcipuè Transalpinis, qui nulli impensæ, uel incommodo parcentes, adeò hac nostrâ tempestate Etrusco sermone delectantur, ut quàm multos annos eius addiscendi caussâ apud nos commorari non pigeat. Speraui enim hac ratione, me ab illis maiorem gratiam esse initurum. Nec animo cadant, uel ab incœpto dimoueantur, siqui nostras has nugas Linguæ Græcæ non admodum periti lectitare non dedignabuntur: nihil enim, quod lectorem posset retardare, Græcè prolatum est, quin deinceps Latinè redditum fuerit.

Quotiescunque simpliciter Academicos, uel Academicos Florentinos appello, non loquor generatim, sed eos intelligo, quorum Collegium LA CRVSCA uernaculâ Linguâ nuncupatur; è quorum numero ego unus sum, quamquam scientiâ, cæterísque omnibus cunctorum minimus. Nuncupatur autem *la Crusca* (ut è re natâ hoc etiam dicam) quoniam, quemadmodum pistores, similésque ministri ex farinâ similam a furfure secernunt, ut efficiant sua opera perfectiora, ita iubent nostra dogmata, nos ex operibus laude digna a reprobandis segregare, ac colligere, eáque reddere, ut dixit Socrates Strepsiadi apud Aristophanem παιπάλην, nempè ex sententiâ interpretis τὸ λεπτότατον τῶν ἀλεύρων. i. farinæ florem, omnino scilicet pura, ac perfectissima.

Quòd attinet ad simpliceis dictiones, nulli mirum uideri debet, si aliquibus apud nos uariata sit sententia, cum istud Latinis quoque euenisse reperiatur, & quàm plurimæ etiam, quas nostri a Romanis manifestè deduxerunt, proprium significatum amisisse uideantur, ut suo loco clarissimè patebit.

Quòd Etrusca lingua digna sit, quæ Barbara, uel manca, siue cornix Aeso-

Aesopica appelletur, cum hęc mera uideatur calumnia, & ab alijs huiusmodi argumentum tractatum sit, non censui quidpiam respondendum. De ipsius ubertate obiter nonnihil in Præfatione reperies: hoc autem loco, quatenus ad eius proprietatem, ac uerborum copiam pertinet, unicum, & id minimum propono exemplum. Clauus dicitur a Latinis, quod a Græcis ἧλος: utrique uerò pro quouis, breui, longo, subtili, crasso, magno, ac paruo idem nomen usurpant. Cicero, atque Horatius significare uolentes crassiorem, ac longiorem, cuiusmodi trabes configuntur, trabalem clauum dixerunt; hic Ode 35. lib. 1. & ille Actio. 7. in Verrem. Nos autem singula ipsius genera proprio nomine appellantes, dicimus, *Chiauarda, Chiodo, Aguto, Tozzetto, Bulletta, Bullettina*; ex quibus uocibus singulę distinguuntur clauorum species, & absque vllo epitheto optimè a quouis intelliguntur. Quid verò ampliùs efficere debet sermo, quàm, quid fuerit, aut sit res propriè, ac planè breui verborum compendio exprimere? Sic enim definiuit orationem Antiphanes Philosophus, vt inquit Laërtius in principio ipsius Vitæ; λόγος ἐστὶ, ὁ, τὸ τί ἦν, ἢ ἔστι, δηλῶν. i. Sermo est, quod, quę fuerit, aut sit res, clarè exprimit.

Gallii sua Præfatione.

Quatenus pertinet ad citandos auctores, vnde exempla desumpta sunt, fateor in multis me non exactâ vsum esse diligentiâ; vel quia interdum superuacaneum duxi, vt in multis dictionibus, nonnullisque Phrasibus, nempe apud scriptores vulgatissimis; vel quia timui, ne, vel minimorum exempla afferendo, ac locos auctorum examussim demonstrando, uolumen sine vllâ vtilitate, ac necessitate grandius efficeretur. Asseueranter quidem affirmo, me nihil huc transtulisse, quod ex aliquo probato scriptore elicitum non sit. Quos verò auctores tam Græcos, quàm Romanos, aliósque adhibuerim, nequâ ex parte sedulitas tua defraudetur, statim post Præfationes apponere non grauabor.

Inter Phraseis in secundo libro collectas aliquæ erunt, quas a Græcis quidem, sed per Latinos ad nos peruenisse quispiam iudicabit. Quod vtcunque sit, a me nihil contradicetur; id enim a præstituto nostro fine non est alienum: &, siquæ Græcis, ac Romanis communes sunt, inter Græcas potiùs, quàm inter Latinas recensendas esse, nec malè forsitan, existimauimus.

Si interdum (quod rarò tamen fiet) viliora ex vulgi fæce pręcipuè uerò Adagia protulero, non censeo mihi culpę tribuendum; nam, licèt proposuerim, me Florem Italicę Linguę collecturum; non tamen profiteor Florem ex Flore seligere, sed afferre quęcunque obscœnitatis, atque impietatis expertia ad Etrusci sermonis copiam, proprietatémque in omni Charactere ostendendam commodè per Gręca, vel Latina enodari posse videbuntur.

Vnum hoc insuper vltimo loco postulo; ne mihi uitio uertatur, si, quæ per se plana sunt, quandoque explicare non omitto; ac pluribus etiam uerbis claritatem inquirere uidear. Pro illis enim potissimùm scribens, qui nostrarum rerum penitus ignari sunt, ipsis alterum consilium non omnino ingratum fore censui; & quoad alterum, veritus sum, ne, breuior esse contendens, in obscuritatem paucioribus inciderem. Ea verò mihi visa est huiusmodi rerum natura, ut nostra oratio longa appellari non debeat; nam, ut inquit ille Comicus,

Antiphanes.

AVCTOR LECTORI.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν λεγόμενον μακρῶς, ὅτε
ὁ λέγων ὑποτάττει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. i. Vt sententiā exprimā
Nulla oratio longa videri debet, quando,
Qui dicit uerbis res adęquat:

Sed his fortasse, & similibus supersedere poteram, sciens, ęquos iudices omnia ęqui, boníque facturos; iniquos autem, atque inuidos ad tam humileis gerras fastosum supercilium non esse inclinaturos. Quod etiam ipsis, iuxta dictum illud Euripidis εἰς τὰ πίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ. i. Solet inuidia ad res illustreis prosilire, memorat hoc nostrum Distichum;

Nil nostris tecum persolis, Inuide, nugis;
Non tricas, apinas, impetit alta Theon.

PRAE-

PRAEFATIO.

INter varios ſcriptores, quibus de Linguarum nobilitate, ac pulcritudine vlla vnquam mentio incidit, neminem non affirmare comperio, quin Grȩcus ſermo ob ingentem verborum, ac ſententiarum copiam principem locum iure optimo teneat. Ad hunc autem, quamquam non proximo interuallo, aſſerunt nonnulli, accedere Latinum; qui in primis ſuis incunabulis rudis, ac pauperrimus, tanto deinde paulatim uenuſtior, locupletiórque euaſit, quanto magis Græcum æmulari conatus fuit, modò ipſius voces, aut dicta Latio donans, & modò noua uocabula, vel ſententias ad eius imitationem conformans. Quod, quàm fœliciter illi ſucceſſerit, is facilè iudicare poterit, qui, factâ vtriuſque collatione, Etruſcum quoque poſtea cum ipſo comparabit: purpura enim, ut fertur, iuxta purpuram diiudicanda eſt. Inficias tamen ire non poſſum, quin Italicȩ Linguæ aliqua deſint; unde Græcam illam proprietatem non uidetur omnino aſſequi; ſed tamen aſſeueranter dico, multo plura deeſſe Latinis; vnde non ſolùm non proximè, ſed nec longiſſimè quidem ad Græcos accedunt. Hoc autem fortaſſe notius, quàm, vt pluribus de ipſo tractare oporteat. Præter enim Articulos, Pronomina, & Gerundia; Nomina, Verba tam Simplicia, quàm Compoſita, & Membra, quæ vulgò dicuntur Clauſulæ (nos Phraſeis appellabimus) hoc adeò manifeſtè probant, vel potius ob oculos ponunt, ut ſuperuacaneus eſſèt omnis labor, qui in tali re a quopiam impenderetur. Si igitur ædificare uolumus ſuper eo fundamento, quod communi literatorum calculo iandiu iactum, confirmatúmque eſt; Græcam Linguam, ut ipſi dicunt, omnium Reginam eſſe; & ex recentioribus, quæcunque ad eam propiùs accedit, nobiliſſimam, pulcherrimámq; appellari debere, his meis lucubrationibus cuiuis probatum iri exiſtimo, Etruſcam (φθόνος ἀπείη τῷ λόγῳ) Gallicâ, Hiſpanâ, & cæteris, quæ nunc uiuunt, atque in honore ſunt, in nullâ re eſſe inferiorem; Latinæ verò ubertate, ac pulcritudine longiùs antecellere. Nam, etſi demus, Italicum ſermonem a Romano originem traxiſſe; liquidò tamen concludi poſſe uidetur, quemadmodum non eſt abſurdum, ſi flumen, a fonte non magno ſcaturiens, ſic aliunde augeatur, ut in maximum pelagus excreſcat, ita non eſſe incongruens, ſi ipſe, in quàmplurimis maternam originem ſeruans, multis alijs aliunde ſe in dies locupletiorem, ac uenuſtiorem reddiderit. Et quando etiam (quod ἁπλῶς non concedo) ex Barbaris ſibi multa aſciuiſſet, non video, cur tanto crimini hoc eſſe deberet, vt adeò Scythicè deridendus, atque explodendus foret. Nec enim Græci, uel Romani in iſto tam religioſi fuerunt; ſed utrique innumeras dictiones externas ſuis ciuitatibus donârunt, ut a nobis in principio Quarti libri aliquâ ex parte demonſtrabitur.

Iſido Origi. li. 9. in prin.

Gali in ſua Præfatione.

i. abſit dicto inuidia.

Statuo igitur, Etruſcos, feréque omnes Italos, præter Romanas ſine numero, innumeras etiam Græcas Dictiones olim pro ſuis accepiſſe, atque adhuc retinere; nec ſolùm ſimplices dictiones, ſed integras quoque Phraſeis, & omnis generis Prouerbia. Quin etiam non paucos Ritus, ſeu Conſuetudines, uel ἀμέσως a Græcis, vel ab ipſis per Latinos ad nos penetraſſe,

apertissimè, ut spero, apparebit in Opere, quod præ manibus habeo; De Ferijs Antiquorum, & nostris. De Latinis hoc quoque sensit Eustathius, qui in. A. Homeri Odyss. ita scriptum reliquit; τῶν δεξιῶν χειρῶν ἡ συμβολὴ, ἔοικεν ἐξ Ἑλλήνων ἐπιχωριάσαι τοῖς Λατίνοις μετὰ καὶ ἄλλων μυρίων ἐθῶν. i. Dexterarum manuum comprehensio a Græcis præter alias innumeras consuetudines videtur ad Latinos peruenisse. Ac deinde, multis alijs moribus enumeratis, qui illinc ad Italos deducti sunt, ita subdit; οὐ μόνον δὲ ἔθη Ἑλληνικὰ τοῖς ἐκεῖ ἐπεπόλασεν, ἀλλὰ καὶ λέξεις Ἑλληνικαὶ πολλαὶ, καὶ μάλιστα Δώριοι ἐναπέμειναν. i. Non solùm autem Græci mores ad eos peruenerunt, sed & multæ dictiones, præcipuè uerò Doricæ Dialecti inibi constiterunt. Non deero tamen, quin etiam in hoc Opere de huiusmodi Ritibus aliquot exempla proferam, ut lector, quemadmodum a Græcis dicebatur, καθάπερ ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκῃ. i. veluti ex unguibus leonem cognoscat. Illi autem præcipuè afferentur, qui uel omnino uerbis peraguntur, uel sine sermone constare non possunt, uel saltē de quorū appellationibus inter utrosq; cōuenit.

Sed, quamquam nostra Lingua a Romana, ut multi uolunt, originem duxerit, & augmentum, pulcritudinémque ut ipse sentio, a Græca mutuata sit, neutri tamen quidpiam inuidere uidetur. Nam, si considerentur simplices uoces, Græcam ferè numero superat, Latinam certè, equis albis, ut est in prouerbio, antecedit. Diligentissimi harum rerum indagatores asserunt, ex Græcis duodetriginta uerum millia, non amplius reperiri; ex Latinis vix viginti Chiliadas extare; Nostrates uerò, nullâ earum ratione habitâ, quas uulgus innumeras usurpat, nisi etiam apud probatos auctores inueniantur, si non transcendunt, ad numerum Græcarum certè perueniunt. Quòd si integra locutio spectetur, præter quæ Græcis, & Latinis uulgò acceptæ referuntur, suę ipsi non desunt Phrases; quas tantâ effinxit arte, ut nullâ ratione cæteris aut elegantiâ, aut grauitate inferiores dici possint; quemadmodum ex Dictionario nostræ Academiæ, quod iandiu inchoatum, propè confectum est, planissimè censeo constiturum.

Parechesis figura est, quæ à nobis appellatur *Bisticcio*. Græcis, ac Latinis præcipuè Comicis est admodum frequens; non tamen inuenias, eos perpetuum ex eâ conficere ποιημάτιον, ut apud nos faceto stylo nonnulli fecerunt. De hac, & de Aenigmate in Nono libro opportuniùs exempla afferam; vnde aliquâ ex parte, quod dicimus, explorari, ac dignosci poterit.

Si sermonis lenocinia, ut uocant, uel flosculos, uel lumina requiras, nemini, a quo uel Petrarchæ solùm Florentina Poëmata legantur, huius rei, ut opinor, supererit dubitatio.

Circunfertur illustre illud Adagiorum uolumen, in quo promiscuè ex auctoribus Græcis, ac Latinis omnis Generis Prouerbia unum, & centumquinquaginta supra quatuor millia collecta sunt. Academici uerò longè maiorem numerum ex Etruscis tantùm in Aduersaria congesserunt quorum maxima pars in Dictionario suis locis insita est, atque explicata. In hoc autem Tractatu quæ per Gręca, uel Latina, paucis exceptis, commodè enodare licuit, a me multa explanata sunt: quo uerò ordine, & qua de causâ id fecerim, modò ex totius Operis dispositione planum fiet.

Sed, licèt inuitus id faciā, non possum tamen hoc in loco non monere studiosum Lectorem, ut prorsus caueat a quibusdam nugis, quæ sub nomine

Prouer-

Prouerbiorum, ac Salium Italorum extra Italiam proximis annis euulgatæ fuerunt: auctor enim, quisquis ille fuerit, maiori ex parte meras ineptias congessit; atque Italis non mediocrem iniuriam intulit, ea sub ipsorum nomine publicans, quæ nullus eorum, ne somniauit quidem; quemadmodum quiuis Italicæ linguæ, ac morum minimùm peritus ex vnâ talis libri paginâ optimè perspexerit.

DISPOSITIO, SIVE SYNOPSIS,

QVoniam in omni cuiuslibet facultatis tractatione ordo preceptus quàm maximè prodest, ἀταξία verò multas gignit difficultates; hinc ego rationi consonum me facturum iudicaui, si, quem in hoc Opere seruaui ordinem, quàm paucissimis verbis possim Lectori ob oculos ponam.

Generaliter vsus sum methodo collectiuâ: primo enim protuli Dictiones; deinde per imperfectam Syntaxin ad perfectam deueniens, tribus epistolis integri sermonis exemplar proposui: vltimo loco in vnum collegi omnis generis Prouerbia. Quæ cuncta hoc ordine, ac dispositione tractata sunt.

In primo libro afferuntur exempla aliquot Dictionum, quas tum Simplices, tum Compositas siue examussim, siue per Etymologiam, vel Allusionem quamdam absque ullâ controuersiâ ἀμέσως Etrusci a Græcis acceperunt. Transtuli verò huc non omneis, sed quasdam tantùm speciminis gratiâ, quæ mediocri adhibitâ diligentiâ succurrerunt: id enim instituti nostri non erat; perficiendúmq; reliquimus Ascanio Persio, viro huiusmodi literarum peritissimo, qui cunctas se collecturum suo opusculo vernaculâ linguâ scripto iandiu pollicitus fuit. Quòd si eas quoq;, quæ per canaleis Latinos sacræ, & profanæ, è Græcis fontibus ad nos peruenerunt, & quas Græci παραγώγας Latini Deriuatiuas dicũt (a quo ceteri nõ cauerunt) hoc in loco coagmentare libuisset, longè maior fuisset Catalogus, sed hic labor nimis fortasse exquisitus, ne dicã penitus superuacuũ, multum tædij, vtilitatis minimum sine dubio attulisset. Inter has autem explicandas, vt simul & molestia uitetur, & obiter a nostræ Linguæ studiosis aliqua, nec ingrata, vt censeo, ineatur gratia, multa exposita sunt Adagia, præsertim ex ijs, quæ nec Græcis, nec Latinis aptè suo loco explanari posse videbantur.

In altero non pauca de Syntaxi generatim, ac speciatim tractauimus; vnde præter cætera non modicam vtilitatem eliciendam censeo, cum illud seruauerim, vt exempla, quæ in medium proferuntur, vt plurimùm aut sint celeberrimæ alicuius scriptoris sententiç, aut dicta notabilia. Collectæ deinde sunt, ac per quemdam certum ordinem dispositç plus minus trecentæ Phrases, quæ, nostro sermoni optimè respondentes, pleræque a Latino longissimè absunt. In calce huius libri reperies ternas literulas Græcè scriptas, quæ totidem verbis translatæ, cum Florentinâ linguâ ferè omnino congruunt, vt ex ipsarum inspectione manifestissimè apparet.

Tertius habet omnis generis Adagia, quæ a Græcis ad nos emanârunt vel penitus integra, vel minimâ verborum, aut sententiæ mutatione factâ.

Quartus, iterato ordine, continet cum Dictiones omnis generis, tum

Phraſeis, nec omnino tritas, nec vtique indecoras, quæ Romæ priſcis temporibus maiori ex parte notiſſimę, eædem prorſus Etruſcis communes ſunt. Multa etiam inuenies ibidem prolata, ad Syntaxin præcipuè imperfectam pertinentia.

In Quinto itidem vt in Tertio Prouerbia collecta ſunt, quę a Latinis originem traxerunt, vt de Gręcis diximus in argumento Tertij libri, vel, penitus integra, vel ſententiâ, aut verbis in minimo immutatis. Sub huius verò finem Centuria noſtratum Parœmiarum in ſtudioſorum gratiam ferè totidem verbis Latinè reddita eſt. Sed, quoniam nonnulli linguam noſtram omnium inopem dictitant, pręſertim verò Prouerbiorum, ac Sententiarum; quæ ſunt præcipua Linguarum, vt inquiunt, lumina, ſeu ornamenta, conatus ſum huic quoque parti ſatisfacere; &, quibuſcunque aut per Græca, aut per Latina lucem aliquam afferre potui, id peragere tentaui, vt ex alijs libris non obſcurè percipiendum exiſtimo:

In Sexto enim, quotquot commodè per Græca Adagia, intelligi poſſe viſa ſunt, omnis generis ſuo ordine comprehendi;

In Septimo verò, quibus Latinorum ope claritas aliqua pręberi poſſe videbatur, in plureis faſciculos ſimul copulaui. Et

In Octauo ſpeciminis gratiâ congeſſi multa Prouerbia ex ijs, quibus eſt *ὁμοιοτέλευτον*, quod a nobis dicitur *Rima*. Ac deinde nonnulla Phyſiologię, Agricolationis, Medicinę, & quę ad varia anni tempora ſpectant Pręcepta, vel Prognoſtica cum ſimilibus coegi, atque ipſorum maiorem partem Latinè adumbrans pro viribus illuſtrare contendi.

In Nono denique non pauca exempli itidem cauſsâ propoſui, quę, ſi non omnino Etruſcorum propria, ſaltem apud ipſos longè frequentiora ſunt, vt *αἰνιγματωδῶς*, vel per etymologiam, ſiue alicuius verbi alluſionē dicta.

In ſummâ, pręter alia, in hoc Tractatu a me ſunt expoſita ferè quatuor Adagiorum millia quantâ maximâ diligentiâ, ac facilitate fieri potuit. Qua in re, ſiquando allucinatus, vel potius cęcutiſſe videbor, memoratum Olymp. Ode 8. eſſe cupio illud Pindari; *ὁ, τι πολὺ, καὶ πολλὰ ῥέπει, ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρὸν δυσπαλές.* i. quod multùm, & multas in parteis vergit, rectâ diſcernere mente non intempeſtiuè, difficile eſſe. Non ſibi tamen perſuadeat Lector, a me ſuſceptum eſſe onus omnium noſtrorum originis oſtendendę; nihil enim ſum in hac parte immoratus, quippe qui ea ſolùm protuli, quę uel in Etruriâ, & pręſertim Florentię cunctorum ſermone trita ſunt, vel apud peritiſſimos noſtrę Linguę auctores inueniuntur.

INDEX

INDEX AVCTORVM, QVORVM SCRIPTA, vel dicta in hoc Opere citantur.

ACADEMIA *Florentina*; uulgò la Crusca.
Accius Poeta.
Accursius Florentinus.
Achilles Tatius.
Adamantius Martirius.
Adamantius Physiognomicus.
Adolphus Occo.
Adrianus Turnebus.
Aelianus Historiographus.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aelius Stilo.
Aeolus Poeta.
Aeschines Orator.
Aeschylus Tragicus.
Aesopus Phrygius.
Afranius Poeta.
Agathias Scholasticus.
Agellius, qui & A. Gellius.
Agrestius Grammaticus.
Albericus Iurecos.
Albertus Magnus.
Albius Tibullus.
Alcæus Poeta.
Alcinous Philosophus.
Alcmæon Crotoniata.
Alexander Trallianus.
Alexis Comicus.
Aloysius Pulcius.
D. *Ambrosius Mediolanensis.*
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius Camaldulensis.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius Hermeas.
Amphis Comicus.
Anacharses Philosophus.
Anacreon Lyricus.
Anaxagoras Philosophus.
Anaxandrides Comicus.
Andocides Rhetor.
Andreas Alciatus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Caninius Anglarensis.
Angelus Politianus.
Annonius.
Antimachus Clarius.
Antiphanes Comicus.
Antiphanes Philosophus.
Antiquus Mythologista; uulgò il Nouellino.
Antisthenes Philosophus.
Antonius Augustinus.
Antonius Monachus.
Antonius Thylesius.
Apthonius Sophista.
Apollodorus Comicus.
Apollodorus Grammaticus.
Apollodorus Pictor Atheniensis.
Apollonius Rhodius.
Apollophanes Comicus.
Apostolius Bisantius.
Aratus Solensis.
Archilochus Poeta.
Archytas Tarentinus.
Aretæus Medicus.
Aristænetus.
Aristias Comicus.
Aristides Orator.
Aristippus Philosophus.
Aristophanes Comicus.
Aristoteles Philosophus.
Arnobius Presbyter.
Artemidorus Ephesius.
Ascanius Persius.
Asconius Pedianus.
Athenæus.
Aulus Hirtius.
D. *Aurelius Augustinus.*
Aurelius Cassiodorus.

Ar.

Aurelius Macrobius.
Ausonius Poeta.
Aurelius Prudentius.
Azo Ireconf.

B

Baldus Ireconf.
Baptista Pius.
Baptista Platina.
Bartholomæus Brissonius.
Bartolus Ireconf.
D. Basilius Magnus.
Benedictus Varchius.
D. Bernardus Abbas.
Bernardus Dauanzatus.
Bernardus Douitius.
Bias Philosophus.
Bisantinus Poeta.
Boethius Seuerinus.
Brunettus Latinus Dantis magister.
Burchiellus Poeta Florentinus.

C

Caecilius Statius Comi.
C. Iulius Cæsar.
C. Iulius Solinus.
Caius Ireconf.
Callimachus Cyrenæus.
Callistratus Ireconf.
Carolus Bouillus.
Cassellius.
Cassius Dionysius Vticensis.
Cato Distichographus.
Cebes Thebanus.
Celsus Cittadinius.
Cercidas Mimographus.
Chæremon Comicus.
Christophorus Landinus.
Claudianus Poeta.
Claudius Galenus.
Clearchus Solensis.
Clemens Alexandrinus.
Cleobulus Lydius.
Cleomenes Rheginus.
Climax, vel, Ioannes Scholasticus.
Cneus Marius.
Cneus Pompeius.
Cœlius Rhodiginus.
Columella.
Conradus Bredebacchius.
Constantinus Lascaris.
Corinna Poetria.
Cornelius Celsus.
Cornelius Fronto.
Cornelius Tacitus.
Cornificius Rhet. ad Heren. auctor.
Crates Thebanus.
Cratinus Atheniensis.
Crispus Sallustius.
Curtius Valerianus.
D. Cyrillus Episcopus Alexand.

D

Damoxenus Comicus.
Dantes Aligherius.
Dauid Hœschelius.
Decius Brutus.
Demetrius Phalereus.
Demochares Comicus.
Democritus Abderites.
Demonactes Poeta.
Demosthenes Orator.
Deputati. i. Florentini quidam, qui in Boccacium Adnotationes conscripse runt A. D. 1573.
Didymus Alexandrinus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Cynicus.
Diogenes Laertius.
Diogenianus.
Diomedes Grammaticus.
Dion Chrysostomus.
Dionysius Alexandrinus.
Dionysius Halicarnasseus.
Dionysius Lambinus.
Dionysius Longinus.
Dionysius Milesius.
Dionysius Sinopensis.
Dionysodorus.
Diphilus Comicus.
Donatus Grammaticus.
Durantius Ireconf.

E

Ecdorus Poeta.
Ennius Poeta.
Ephippus Comicus.
Epicharmus Comicus.
Epicurus Philosophus.

Eriphus

Eriphus Comicus.
Erotianus Lexicographus.
Etymologicorum auctor.
Euagrius Scholaſticus.
Eubulus Comicus.
Euclides Megarenſis.
Eudemus.
Euenus Parius.
Eunapius Sardianus.
Eupolis Comicus.
Euripides Tragicus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſtathius Conſtantinopolitanus.

F

Fabius Victorinus.
Flauius Soſipater Chariſius.
Flauius Vegetius Renatus.
Flauius Vopiſcus.
Florens Christianus.
Franciſcus Bernius.
Franciſcus Bonamicus.
Franciſcus Floridus.
Franciſcus Luiſinus.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Philelphus.
Franciſcus Robertellus.
Franciſcus Sanleolinus.
Franciſcus Vicomercatus.
Fulgentius Placiades.
Furius Poeta.

G

Gabrias fabellarum ſcriptor.
Galeottus Martius.
Galli. i. Theſaurorum compilatores.
Gaſpar Stiblinus.
Gaſpar Vrſinus Velius.
Georgius Pictorius.
Gilbertus Cognatus.
Gratianus.
Gratius Poeta.
D. Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Palama.
Grunius Corocotta.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Gentius I. C.
Gulielmus Gratarolus.

H

Hecatæus Mileſius.
Heliodorus Emeſenus.
Heniochus Comicus.
Henricus Bebelius.
Hephaſtion Grammat.
Heracleitus Epheſius.
Heraclides Ponticus.
Herennius Philo.
Hermanopulus.
Hermogenes Tharſenſis.
Hermolaus Barbarus.
Herodes Hemiiamborum ſcriptor.
Herodianus Alexandrinus.
Herodotus Halicarnaſſeus.
Heſiodus.
Heſychius Alexandrinus.
Hieremias Martius.
D. Hieronymus Stridonenſis.
Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Mercurialis.
Hipparchus Poeta.
Hippocrates Cous Medicus.
Homerus.
Hugolinus Martellius.
Hygenus Gromaticus.
Hyperides Rhetor.

I

D. Iacobus Apoſtolus.
Iacobus Corbinellus.
Iacobus Cuiaccius.
Iacobus Hertelius.
Iacobus Pontanus.
Iacobus Sannazarius.
Ianus Gulielmius.
Iaſon Iureconſultus.
Iezechiel, qui & Ezechiel.
Ignatius Theophorus.
Inſulanus.
Ioachimus Heller.
Ioachimus Perionius.
Ioan. Alexander Braſſicanus.
Ioan. Baptiſta Fideliſſimus.
Ioan. Baptiſta Gellus.
Ioannes Bardius.
Ioannes Boccacius.
Ioannes Caſa.

D. Ioan.

D. Ioan. Damascenus.
Ioan. Franciscus Straparolius.
Ioannes Grammaticus.
Ioannes Picardus.
Ioannes Stobaus.
Ioannes de Turre Cremata.
Ioannes Tzetzes.
Ioannes Villanius.
Ioannes Vlpius.
B. Iob.
Iosephus Scaliger.
Irenaus Lugdunensis Episco.
Isaacus Casaubonus.
Isæus Rhetor Gracus.
Isidorus Episcopus Hispalensis.
Isocrates Orator.
Iulianus Ireconsf.
Iulius Casar a Cruce.
Iulius Cæsar Scaliger.
Iulius Capitolinus.
Iulius Firmicus.
Iulius Pollux.
Iustinianus Imperator.
Iustinus Historicus.
Iustus Lipsius.
Iuuenalis Satyrographus.

L

LAberius Mimographus.
Lactantius Firmianus.
Laurentius Abstemius.
Laurentius Medices.
Laurentius Vallensis.
Lazarus Baysius.
Leonardus Arretinus.
Leonardus Saluiatus.
D. Leo Pontifex.
Leosthenes Coluandrus.
Leuinus Lemnius.
Lilius Gregorius Giraldus.
Linus Poeta.
Liuius Andronicus.
Longus Pastoralium scriptor.
D. Lucas Euangelista.
Lucas Pulcius.
Lucilius Satyrographus.
Lucillius Epigrammatarius.
Lucius Apuleius.
L. Pomponius Atellanarum scriptor.
Ludouicus Areostus.
Ludouicus Carrio.
Ludouicus Casteluetrus.
Ludouicus Guicciardinius.

M

MAcer Poeta.
Machon Comicus.
M. A. Plautus.
Magister Aldobrandinus scriptor Etruscus.
Manilius Poeta.
Marcianus Iureconsf.
M. A. Maioragius.
M. A. Muretus.
Marcus Cato.
Marcus Curius.
M. Fabius Quintilianus.
M. Fabius Victorinus.
M. Terentius Varro.
M. T. Cicero.
M. V. Martialis.
M. Verrius Flaccus.
Marcus Vitruuius.
Marsilius Ficinus.
Marullus Mimographus.
D. Matthæus Euangelista.
Matthaus Villanius.
Maximus Monachus.
Melchior Neipius.
Memnon Poeta.
Menander Comicus.
Messala Coruinus.
Methodius.
Michael Sophianus.
Michael Verinus.
Mimnermus Poeta.
Minutius Fœlix.
Mnesimachus Comi.
Moschus Poeta.
Musonius Philosophus.

N

NAeuius Poeta.
Nemesius Philosophus.
Nicolaus Perottus.
Nicolaus Valla.
Nicomachus.
Nilus Episcopus.
Nonius Marcellus.

Nonus

Nonus Medicus.
Nonius Atellanarum scriptor.

O

OEnopides.
Origenes, qui & Adamantius.
Orlandus Pescettius.
Orpheus Poeta.
Orus Apollo.

P

PAcuuius Poeta.
Palladas Epigrammatarius.
Palladius Rutilius Taurus, &c.
Panyasis Halicarnassens.
Papinianus Iureconsſ.
Papirianus Grammaticus.
Pardulphus Prateius.
Parœmiographi. i. omnes, qui hacte-
nus parœmias collegerunt, & praeci
pue nobis ἄριστοι.
Parthenius Nicænsis.
Paulinus vir Consularis.
Paulus Aegineta.
D. Paulus Apostolus.
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
Paulus Iureconsſ.
Paulus Manutius.
Paulus Merula.
Paulus Silentiarius.
Pausanias Cæsariensis.
Petronius Arbiter.
Petrus Angelus Bargæus.
Petrus Bembus.
Petrus Bungus.
Petrus Crescentius.
Petrus Chrysologus.
Petrus Faustus Andrelinus.
Petrus Franc. Giambullarius.
Petrus Godofredus.
Petrus Ioan. Nunnesius.
Petrus Segnius.
Petrus Victorius.
Phalaridis Epistolarum auctor.
Phanocles Poeta.
Phauorinus Arelatensis.
Pherecrates Comi.
Philemon Comi.
Philes Poeta.
Philippus Beroaldus.
Philippus Comicus.
Philistion Prusensis.
Philo Iudæus.
Philonides Comi.
Philostratus.
Phocylides Milesius.
Phœbammon Sophista.
Phrynichus Sophista.
Pindarus Lyricus.
Pisides, vel, Pisidius Poeta.
Pittacus Mitylenæus.
Plato Comicus.
Plato Philosophus.
Platonius Grammaticus.
Plinius Nepos.
Plinius Secundus.
Plutarchus Chæroneus.
Polemo siue Atheniensis, siue Iliensis.
Polybius Megalopolites.
Polydorus Virgilius.
Pomponius Iureconsſ.
Posidippus Elegiographus.
P. Ouidius Naso.
Priscianus Grammat.
Proclus Lycius.
Procopius Cæsariensis.
Pseudosalustius in Ciceronem.
Publius Nigidius.
Publius Syrus Mimogra.
P. Terentius Afer.
P. Varro Atacinus.
P. Virgilius Maro.
Pythagoras Philosophus.

Q

Q. Calaber, alias Smyrnæus.
Quintus Curtius.
Q. Horatius Flaccus.
Q. Sept. Flo. Tertullianus.

R

RAphael Columbanius.
Raphael Volaterranus.
Rebufus Iureconsſ.
Robertus Constantinus.
Robertus Titius.
Rufus Ephesius.

S

SAlomon.
Saluianus Massiliensis.

Sapho

Sapho Poetria.
Schola Salernitana.
Scribonius Largus.
Seneca Moralis.
Seneca Tragicus.
D. Serapion.
Seruius Grammaticus.
S. Aurelius Propertius.
Sextus Cælius.
S. Pompeius Festus.
Sidonius Apollinaris.
Sillius Italicus.
Simeon Sethi.
Simonides Poeta.
Sirach, vel Ecclesiasticus.
Siracides.
Sisenna.
Socrates Philosophus.
Solon Legislator, & Poeta.
Sophocles Tragicus.
Sotades Comicus.
Statius Papinius.
Strabo Amaseus.
Straton Comicus.
Suetonius Tranquillus.
Suidas.
Symmachus V.C.
Symphosius Aenigmatographus.
Synesius Philosophus.

T

Telechides Atheniensis.
Themistius Paraphrastes.
Themistocles Atheniensis.
Theocritus Poeta.
Theoctistus Gnomographus.
Theodorus Gaza.
Theodorus Moschio.
Theodosius Iureconsf.
Theognetus Comi.
Theognis Gnomographus.
Theon Sophista.
Theophrastus Philosophus.
Theophylactus.
Thomas Magister.
Thomas Morus.
Thucidides.
Titinnius Comicus.
Titus Liuius Patauinus.
Tobias.
Torquatus Tassus.
Turpilius Comicus.
Tyrtæus Elegiographus.

V

Valerius Catullus.
Valerius Maximus.
Velius Longus.
Velleius Paterculus.
Viglius Zuichemus.
Vincentius Borghinius.
Vlpianus Iureconsf.

X

Xenarchus Comicus.
Xenophon.

Y

Yvo Villiomarus.

Z

Zenobius Parœmiographus.
Zeno Cittieus.
Zenodotus.
Zonaras.

FLO-

FLORIS

ITALICAE LINGVAE

LIBER PRIMVS.

Dictiones, quæ ſine controuerſia (exceptis aliquot corollarij loco datis) ἀμέσως è Græcis Florentinæ effectæ ſunt.

Ἀβακεῖν. *Abbacare.* Hac voce vtimur, alicuius opinionem de aliquâ re contemnentes: *Tu abbachi*, falleris, totâ erras viâ. Notat P. Victo. Var. lec. lib. 14. c. 22. *Abbacare.*

ἄβακος paternus caſus a recto ἄβαξ. *Banco.* i. menſa, vel ſcamnum. Recenſetur à Gallis. *Banco.*

ἀγαλλιᾶσθαι. *Allegrarſi*, vel, *Rallegrarſi*. i. gaudere, ſeu lætari. *Allegrarſi.*

ἀγγαρία. *Angheria.* i. coactio, uiolentia. Hinc *Angheria.*

ἀγγαρεύειν. *Angheriare.* i. vi cogere. *Angheriare.*

ἀγωνία. *Agonia.* vtriſque anxietas, ac ſollicitudo. Sacer interpres Bibliorum agoniam vertit. Hinc *Agonia.*

ἀγωνίζειν, vel ἀγωνίζεσθαι. *Agonizzare.* Nobis animam agere, & quaſi ultimum ſpiritum efflare; Grecis propriè certare ſignificat. *Agonizzare.*

ἀγωνιᾶν. *Agognare.* i. expetere, ſeu exoptare. Vox Græca interdum ualet pro aliquâ re anxium eſſe. Noſtra ut pltrimùm Poëtarum eſt. Vtitur Dantes Inf. Cant. 26. & Petrar. Cant. 39. ibi *Agognare.*

L'un penſer parla con la mente, e dice;
Che pur agogni? onde ſoccorſo attendi?

αἰβοῖ. *Aibò.* pro eo, quod fortaſſe dixiſſent Romani. Vah indignum facinus. Apage te. Dicitur quoque, & frequentiùs. *Oibò.* *Aibò.*

ἀκηδής. *Accidioſo.* Græca vox ſignificat ſecurum. i. moleſtiæ, ac doloris expertem. Hinc *Accidioſo.*

ἀκηδία. *Accidia.* i. tædium, pigritia. *Accidia.*

ἀλμύραρχος. *Ammiraglio.* i. mari præfectus. Perionius. *Ammiraglio.*

ἀμᾶν. *Ammaſſare.* i. congerere, ſeu accumulare. *Ammaſſare.*

ἀμοργή. amurca, *morchia.* Hanc uocem affirmat Iſid. Græcos a Latinis eſſe mutuatos. *Morchia.*

ἄμυλον. Amido. Caninius. Vide Plinium lib. 18. c. 7. & Cato. de Re ruſti. c. 87. *Amido.*

Annarpicarsi. ἀναρριχᾶσθαι. *Annarpicarsi. Innarpicare*.i.perreptare,vel manibus prensare,ut efficiunt,murum scandentes.

Annaspare. ἀνασπᾶν. *Annaspare*.i.lineum,vel sericeum,vel laneum filum contrahere in alabrum,quod nos vocamus *Naspo*,vel *Aspo*. Vox Græca inter alia valet contraho. Hinc μεταφορικῶς *Annaspare* dicuntur illi,qui e.g.in loquendo a rectâ sermonis viâ aberrant.

Notomia. ἀνατομή. *Notomia*. Vnde *Far notomia d'una cosa* dicimus translatè. i.rem perfectè explorare, atque exactè perpendere. A Latinis dicitur dissectio.

Antiperistasi. ἀντιπερίστασις. *Antiperistasi*.i.reciprocatio,per quam,vbi calidum est,inde frigus expellitur,& contra. Vnde calent putei hyberno tempore,quia calor,cedens frigori superiora possidenti, se illò contulit.

Appiccarsi. ἀπάγχεσθαι. *Appicarsi*,vel,*Impiccarsi*.i.se suspendere, laqueo se præfocare.

Appo. ἀπό. *Appo* pro eo,quod vsitatiùs *Appresso*.i.apud,penes.

Postema. ἀπόστημα. *Postema*.i.vomica.

Aporia. ἀπορία. *Aporia*.i.animi vexatio,tædium,afflictatio. Volaterranorum propria.

Arrampignare. ἁρπάζειν. *Arrampignare*.i.rapere,inuolare,furto auferre. Plaut⁹ harpagare dixit.

Archiuio. ἀρχεῖον. *Archiuio*. Dicitur etiam χαρτοφυλάκιον, vel γραμματοφυλάκιον.i.scripturarum custodia,locus scilicet,vbi actuariorum,scribarúmque acta publica conseruantur. Cicero tabularium; Plinius,& Apuleius tablinum appellârunt.

Archimandrita. ἀρχιμανδρίτας. *Archimandrita*.i.Præsul,Antistes,Monachorum Abbas. Vtitur Dant.Parad.cant.11.

Di seconda corona redimita
Fu per Onorio dall'eterno spiro
La santa voglia d'esto archimandrita.

Loquitur de D.Francisco.

Aromatico Rematico. ἀρωματικός. *Aromatico*, vel *Rematico*. Nobis est epithetum,quo latissimè vtimur,in hominem,in cibum,in scripta cuiuscunque generis,& similia. Et est; Difficilis,morosus,asper,nauseæ,ac tædij plenus. Græci simpliciter pro odorato,ac beneolenti accipiunt.

Asma. ἄσθμα. *Asma*. Vtrisque affectus in difficultate spirandi consistens.

Strologare. ἀστρολογεῖν. *Strologare*. Quo uerbo vtimur μεταφορικῶς, aliquem attonitum fixis oculis sursum aspicere videntes. *Che strologhi tu?*

Sala. αὐλή. *Sala*. Latini cœnaculum. Notat Perionius.

B

Baggèo. Βάγαιον,vel βάγγεον. *Baggèo*.i.crassum,seu magnum. Vnde fabæ grandiores,seu latiores appellantur *Faue baggiane*. Vox infimatum, antiquis incognita.

Baio. βαΐος. *Baio*. Badius apud Noni. Ipse est spadix,quem phœnicatum uocant. Isido. Orig.lib.12.ca.1. Idem & spadiceus dicitur, & Baius ab eo, quòd termitem vnâ cum fructu a palmâ reuulsum Græci σπάδικα,καὶ βαΐον dicunt. Thylesius in libello de Coloribus.cap.10.

Bacello. βάκηλος. *Bacello*:ita solemus appellare insipidos,atque amenteis,quod inter cætera valet Græca vox;sic enim Apostolius Bisantius. βάκηλος ἐστ. ἀντὶ τοῦ γυναικώδης,καὶ ἄνανδρος.ἡ δ᾽ ἔφ βάκηλος μέγας μὲν ἦν:ἀνόητος δέ,καὶ γυναικώδης.i. Bacel⁹ est pro eo quod est effœminatus,ac mollis. Bacelus enim magnus quidem erat: amens verò,& effœminatus. Si plura desideras,consule Notas Nunnesij,atque Hœschelij in Phrynichum ad hanc dictionem, ubi multa congerunt. Augustus,referente Tranquillo in eius vitâ cap.87. pro stulto baceolum assiduè vsurpabat. Sed hic sensus Etruscis metaphoricus est:propriè enim appellamus

famus *Baccelli*, quas Virgilius Georgico. p. siliquas, & Colu. lib. 7. cap. 4. valuulos dixerunt. Et cum simpliciter enunciamus, quasi per antonomasiam de fabarum siliquis intelligimus: de qua significantiâ ita Galeottus Martius. De Doctri. Promis. c. 6. In Thusciâ scapos recentium fabarum in linguâ vernaculâ bacellos dicunt; *Baccila* enim Punicè faba est.

βάκτρον. Bastone. i. baculus. A nobis sumitur etiam *μεταφορικῶς* in sententiâ parum honestâ quemadmodum batuere a Romanis verbum factum a Græco *βατεύειν*: quod obseruatũ fuit a Victorio in Epistolâ illâ ad Pætũ. Adag. *Amico, come il can del bastone*. i. Vt ouis lupum, amat. Ex prouerbio: Vt lupus ouem. *Bastone.*

βακχεύματα. Banchetti. i. conuiuia, vel compotationes. Vox Græca Bacchanalia, vel debacchationes significat. Hinc. *Banchetti.*

βακχεύειν. Banchettare. i. aliquem conuiuio excipere, vel alicui conuiuium facere. *βακχεύειν* valet Bacchanalia agere, vel Orgia celebrare. *Banchettare.*

βαλιός. Vaio. i. varius, maculis varijs distinctus. *Vaio.*

βάλλειν apud Græcos plura significat. Nos hinc deduximus *Vagliare*, hoc est vannare, seu cribrare: in quam sententiam vsurpauit Hesiodus in opere, cui titulus *ἔργα, καὶ ἡμέραι*. *Vagliare.*

βαλλίζειν. Ballare. i. tripudiare, ac pedibus, ut dixit Virgi, lib. 6. choreas plaudere. Adag. *Assai ben balla, a chi fortuna suona*. i. Fortunatis omnia rectè succedunt. *Ballare.*

βαλλισμὸς. Ballo. Ipsa saltatio. *Ballo.*

βαμβάκιον. Bambagia. Candidum lanæ genus, ex qua inter cætera fiunt telæ illæ, quas Latini vocant bambacinas, & nos *Bambagino*. Adag. *Gastigar col baston della bambagia*. Dicimus, quando e. g. patruus uidens nepotem esse moribus improbis, nec tamen ipsum plectit, vel obiurgat, quippe qui se nihil boni facturum existimet; sed, condito testamento, alterum sibi hæredem instituit. Tunc enim quadrat; *E' l'ha gastigato col baston della bambagia*. *Bambagia.*

βαπτίζειν. Battezzare. i. Initiare, vel sacrâ aquâ lustrare. A sacris scriptoribus baptizare dicitur. Adag. *Chi si battezza sauio, s'intitola pazzo*. i. Qui seipsum sapientem appellat, stultitiæ suæ vitium predit. *Battezzare.*

βασανίζειν. Baggiolare. i. ad æquilibrium aptare. Vox lapidarijs notissima. *Baggiolare.*

βασιλικόν. Bassilico. Sic Hesychius: alij Græci *ὤκιμον*, siue *ὤζιμον* appellârunt; Et Latini ocimum, & ozimum verterunt. *Bassilico.*

βασσάρα. Massara. i. ancilla. Græcis est mulier prostituta. Nisi malimus deducere a uoce *μαγείρισσα*, quę extat in pri. Regum, cap. 8. & coquam significat. Nostra est in Epitaphio Brunetti; Quæ tamen Venetorum propria dicitur. *Massara.*

βατταρίζειν. Tartagliare. i. linguæ vitio tardè, seu incõcinnè loqui. Vide hîc in voce *ψελλίζειν*. *Tartagliare.*

βαύζειν. Abbaiare. i. latrare. Baubari, dixit Lucretius in. 5. *Abbaiare.*

βαυκάλιον. A Plauto batiocus dicitur i. vas quoddam, in quo vinũ è cado haustum ad mensam fertur. A nobis dicitur *Boccale*. Et quoniam huiusmodi vasa lũtea sunt, a figulis semper aliquid in ipsis appingitur, vel scribitur: vnde ortum est adagium; *Essere scritto pe' boccali*; de quo suo loco. Paulus Iurisconf. ex sententiâ Alciati lib. Prætermissorum primo baucalium *Boccale.*

vsurpauit in l.3.π.de Supell.lega. vbi enim antea legebatur, Impanaliosa,& deinde Imperiala uasa,& modò in nonnullis, Toralia,mappa uillosa; Alciatus reponit,bocalia,cuppæ,aleisa. De quibus iudicabunt doctiores. Vox Græca extat apud Homerum,& vas vinarium significat.

Be, be. βὴ, βη, *Be, be*, Ita de hac voce Eustathi.in 9.Ilia. οἱ δ' αὐτοὶ (nempe παλαιοὶ) φασὶν ὁμοίως μιμητικῶς, καὶ βῆ, ὁ μὲν βαὶ, μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος. ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων, βαδίζει. Et Varro de Re rusti. lib.2.c.1. Vox earum (agit de ouibus) non me,sed bee sonare videtur,oues beelare vocem efferentes:a quo belare dicunt,extritâ literâ,vt in multis.

Basso. βῆσσα. *Basso*. Ima uallis,conuallis. Antiquiores Latini,auctore Festo, huiusmodi loca appellabant Atras.

Boccia: Bocciuolo. βικίον,& βικίδιον. *Boccia*,& *Bocciuolo*. Vitreorum vasorum genera aromatarijs notossima. Ascanius Persius.

Bicchiere. βῖκος, vt Canin. vel βικίον. *Bicchiere*.i.cyathus, vel poculum. Adag. *E' si berebbono in vn bicchier di veleno*.i. Oderunt se odio Clodiano,vel nouercali. *E' puo rompere vn bicchiere, e starci*.i. Satis gratiosus est: Nō vulgari beneuolentiâ diligitur. *Egli e affogato in vn bicchier d'acqua*. De eo,qui e.g. ob minimam culpam in carcerem inclusus,patefactis maximis facinoribus, pœnas dedit grauissimas.

Braueria. βλαβυρία. *Braueria*.i. verborum iactatio,vel cum verbis minitatio. Vox Græca vaniloquium significat.

Biasimare. βλασφημεῖν. *Biasimare*.i.criminari,vel alicuius vitij insimulare. Adag. *Chi biasma altrui, se stesso condanna*.i. Qui criminatur alios,culpâ non vacat.

Botro. βόθρος. *Botro*. Nobis est ima,atque abstrusa vallis,Græcis fouea,vel puteus.

Bottino. βόθυνος. *Bottino*.i.puteus in medio impluuij,vel alibi; vbi aqua pluuia,vel popinæ,aliaéque domus sordes colliguntur. Græca dictio scrobem,seu foueam significat.

Bouma. βόλβιτρον. *Bouma*.i. stercus bubulum. Apud Phrynichum; quamquam ipsi magis probetur βόλιτρον, ut verbum electius.

Bottinare. βυθυτεῖν. *Bottinare*, vel *Abbottinare*. Dicitur de militibus,quando prædam inter se partiuntur; Perio.

Balia. βουλεία. *Balia*.i.summa magistratus potestas,ut est Florentię potestas Octouirorum,qui in facinorosos animaduertēdi supremam habent facultatē. Vnde,quando habemus aliquem sub nostrâ potestate,dicimus *Io l'ho in mia balia*. Dan. Purg. Cant.1.

Ed ora'ntendo mostrar quelli spirti,
Che purgan se sotto la tua balia.

Et Petrarcha Cant.39.

Mentre che'l corpo e viuo.
Hai tu'l fren in balia de' penser tuoi.

Dictio Græca est; Functio eorum,quæ ad Senatoria munia pertinent,& quidem quæ fit a Senatore. Exempla in Thesauro.

Voglia. βούλησις. *Voglia*. Quæ vox duo nobis significat.i.voluntatem,seu cupiditatē, & signa quædam in humano corpore,modò lactis albedinem,modò vini nigredinem,&c.huiusmodi referentia,quæ Græci στίγματα dicunt.

Bolla. βούλλα. *Bolla*. Nobis propriè est pustula:aliàs accipitur pro diplomate Pontificio. Grecis (in qua significantiâ Latini quoque bullam usurpant) est aquę tumor,quē nos dicimus *Sonaglio d'acqua*. A Dāte appellata fuit *Bulla* in Homoeoteleuto Purg.Cant.17.

E come

E come questa immagine rompeo
Se, per se stessa, a guisa d'una bulla,
Cui manca l'acqua, sotto qual si feo.

βύττεις. Auctor Basilicorum ad l. Vinaria de Verb. Sign. serias vertit βύττεις, vt nos *Botti*. Cuiaccius in suis Obseruatio. lib. 9. c. 26. Adag. *Far di botti bari li*. Simile illi. *Far d'una lancia vn zipolo*. Quasi dicas; Pro amphorâ vrceum facere. *Botte.*

βραδύς. *Balordo*. i. bardus, stupidus. *Balordo.*

βράκαι. *Brache*. i. femoralia, siue subligacula. Adag. Significare volentes, non aliena, sed sua cuique curanda, in eum, qui contra facit, dicimus. *Le brache altrui ti rompono il culo*. *A' sottili cascon le brache*. i. Viris gracilibus tibialia decidunt. Vsurpamus, indicantes, maximum esse lucrum, vt dixit Comicus, pecuniam in loco negligere: qui enim, plus æquo parcus, quibusdam impensis vult parcere, maximas inde facere, sæpius cogi. *Portar le brache*. De vxore, quę viri parteis sibi arrogat. *Brache.*

βράχειν. *Branare*. i. obiurgare, seu vociferari: quod etiam inter alia ualet Græca vox. *Branare.*

βραχιόλιον. *Bracciale*. Gręcis ē bracchii ornamētū: nobis notę significationis. *Bracciale.*

βρίακχος. *Briaco*. i. ebrius, vino ingurgitatus. Græcis est Baccha. i. Thyas. Antiquiores Latini dixerunt Ebriacus, vt suo loco inuenies, si tibi hæc origo non probatur. *Briaco.*

βρόγχος. *Bronco*. Ita ramum ab arbore iam abscissum appellamus. Dictio Gręca quandoque columellam significat. *Bronco.*

βροντᾶν. *Brontolare*: quod valet apud nos præ iracundiâ secum stomachari, iramque susurrando pręseferre. Idem interdum dicitur *Borbottare*. *Bollire*. Notat Victo. var. lect. lib. 18. c. 14. *Brontolare*

βρόχος. *Brocca*. Græcis vas vinarium: nobis hydria. *Brocca.*

βρυχή. Ab hac voce, quæ significat fremitum, vel stridorem, fortasse originē duxit *Briga*, qua nos inter alia turbam, ac litem significamus. Ab alijs dicitur *Briga*, quasi trica, cū quibus non pugno. Adag. *Cōperar le brighe a contāti*. *Cercar le brighe col fuscellino*. i. Sibi p se liteis, seu molestias cōparare. *Briga.*

βρωμᾶσθαι. *Bramare*. i. optare, vel expetere. Vox Græca, vt ex multorum Lexicographorum sententiâ innuit Thesauri compilator, inter alia valet, cibū appetere: a quo significatu nostra non longiùs abest. *Bramare.*

βύρσα. *Borsa*. Propriè crumena, vel marsupiū. Græca coriū simpliciter significat, vt ex Virgilii loco notissimo. Translatè verò accipitur pro diuitiis, uel pro ipsâ pecuniâ. Vnde Adag. *Egli ha buona borsa*. i. Pecuniâ satis abūdat. *Borsa.*
Il buon pagatore
Dell'altrui borsa è signore. i. Crumenæ alterius imperant bona nomina. Qui. s. creditori suo semel, atque iterum certo, dictoq; die satisfecit, vnde bonum nomen habeatur, huic in dies arbitratu suo maiora creduntur.

Γ

γαλαξίας. *Galassia*. i. lacteus circulus. Vtitur Dan. Parad. Cant. 14. *Galassia.*

γαλβάνη. *Gabbano*. Nobis propriè rusticum pallium, vel lacerna. *Gabbano.*

γαλεάγρα, cum inter cætera significet carcerem, & noxiorum locum, credo hinc nostrateis generali voce biremeis, triremeis, quadriremeis, & huiusmodi, vbi, libertate amissâ, plectuntur noxij, *Galee*, vel, *Galere* appellâsse. *Galea.*

γάλιον. *Gaglio*. i. coagulum. Græcis est herba, qua lac coaguli uice cogitur. *Gaglio.*

γαρύειν.

Gareggiare. γαρύειν. *Gareggiare*.i.certare, vt e.g. literis certare: a quo significatu non longè abest Græcum verbum.

Genia. γενεά. *Genia*. Nos vtimur in malam partem, significantes malum hominum genus, pessimam populi familiam. sic enim dicimus; *Vna mala genia*; *vna pazza genia*.

Guerra. γέρρον. *Guerra*. Vox greca sonat arma; nostra verò bellum. Caninius deducit a Syriacâ. *Ghera*. Adag. *La Guerra fa i ladri, e la pace gl'impicca*. i. Fit belli tempore; fur, pacis suspenditur.

Gretto. γλίσχρος, ἀνελεύθερος περὶ τὰς δαπάνας.i. In impensis sordidus. Philo. *Gretto*. Ita appellare solemus rem angustam, & hominem in impensis nimiùm parcum. Minutus uertitur a Victorio. Vtitur enim hac uoce Aristoteles quarto de Mori. vbi agit de Illiberalitate. Notat idē Victo. ita inquiens. Quod Græcum verbum arbitror in sermonem nostrum patrium transisse, sed, vt necesse est, aliquantum deprauatum: hos enim (nempe γλίσχρους) nos quoque vocamus Gretti.

Chiosa. γλῶσσα. *Chiosa*.i. breuissima interpretatio. Glossa (inquit Isidorus Orig. lib. p. cap. 29.) Græcâ interpretatione linguæ sortitur nomen. Vnde *Chiosare*. Dant. Purg. Cant. 11.

Piu non dirò, e scuro so, che parlo:
Ma poco tempo andrà, che i tuo' vicini.
Faranno sì, che tu potrai chiosarlo.

Logrizia. γλυκύρριζα. *Logrizia*. Vulgò ĩ officinis dicitur liquiritia. Theophrastus Hist. Planta. lib. 9. Scythicam nominauit, eo quòd in Scythiâ circa Mœtim paludem copiosè proueniat. Alij, teste Plinio, ἄδιψον appellant; quoniam, in ore detenta, sitim arceat.

Gonfio. γόμφος. *Gonfio*.i. tumor. Vox Græca inter alia significat cuneum, & minimorum corpusculorum coaceruationem, seu concretionem. Quæ significatio non videtur omnino abhorrere a nostræ.

Guaio. γόος. *Guaio*.i. lamentatio, vel ploratus. Nostrâ utitur Dantes Infer. can. 5. In plurali magis est in vsu tam apud nos, quàm apud vetustiores.

Inginocchiarsi. γονύζειν. *Inginocchiarsi*.i. genua flectere. Ingeniculari dixit Lampridi: in Heliogabalo.

Ginocchia. γόνατα. Le *Ginocchia*.i. genua.

Graffiare. γράφειν. *Graffiare*.i. vnguibus, uel aliâ re pellem notare, seu leuiter lacerare.

Garontoli. γρόνθοι. *Garontoli*.i. pugni. Vox Florentinæ plebi notissima; vnde inquiunt, *Dar de' garontoli*.i. Pugnos infligere. Hæc dictio antiquis fuit incognita.

Girare. γυρεύειν. *Girare*.i. circumire, ambire. Vtrisque idem,

Giro. γῦρος. *Giro*.i. Orbis. Vsurpauit Menander in Comœdiâ, cui Titulus Μισογύνης, referente, ac reprobante Phrynicho.

Δ

Dare. Δαίρω, seu δάρτω. μ. δαρῶ. Inter cætera valent percutio, ac verbero, quod nos dicimus *Dare*. Exempla Græcæ Dictionis, ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος ὐ παιδεύεται.i. Homo, non percussus, non instruitur. In Græcarum Senten. Collectaneis. ἀέρα δαίρειν.i. Aëra uerberare; ἐπὶ τῶν ἀπράκτοις ἐγχειρούντων. In eos,

Dazio. qui in irritū laborāt: Quod nos; *Trarre al vento*. Apud Eustathi. in Ilia. υ.

Desinare. δάμαρ. *Dama*.i. Amasia, uel amica. Græca, vxor.

Dama. δασμός. *Dazio*.i. Vectigal, seu tributum.

δειπνέειν. *Desinare*.i. prandere.

δάκτος.

δεῖπνον. *il Desinare.* i. prandium. Adag. *Non può accozzarla cena col desinare.* De eo, qui, quamquam multùm laboret, pauperie tamen premitur, vixque suppetunt necessaria. *Il desinare*

δεξιός. Destro. i. Callidus, scitus. Lucia. ἀνὴρ πρὸς ὁμιλίας δεξιός. *Huomo nel praticar destro.* i. Vir in hominum congressibus, colloquijsque cautus, siue callidus. *Destro.*

δίαιτα. Diæta. *La dieta.* Plura apud Græcos, & Latinos. Nobis significat abstinentiã, seu temperantiã a cibis, quam medici ægrotis præscribunt. Inediam dixit alicubi Cicero in senso non admodum dissimili. *Dieta.*

διάφραγμα. *Diafragma.* A celso septum transuersum nuncupatur. *Diafragma.*

δίεσις. *Diesi* (de cuius significantiã Budeus in Commenta. Linguæ Græ. & Isidorus Originum, lib. 2. c. 19.) dictio nostris musicis vsitatissima, ut etiã *Diesi.*

διαπέντε, διατεσσάρων, διὰ πασῶν. i. *Diapente, Diatesseron, Diapason,* & huiusmodi; quas cum alijs quàm plurimis consultò breuitatis caussã omitto. *Diapente. &c.*

διπλόος. *Doppio.* i. duplex. Nobis, & Græcis, si homini addatur, est uersutus, ac subdolus. Dixissem etiam Latinis, si locus ille Horatianus: *Doppio.*

Nec cursus duplicis per mare Vlyssei;

& alter Catulli·

Nam mihi, quam dederit duplex Amathunthia curas,
Scitis, & in quo me exercuerit genere;

unus quoad lectionem, & alter quoad sententiam, adhuc non essent controuersi iuris. In hoc autem significatu alibi me notâsse impræsentiarum non suppetit. διπλοῦς ἀνήρ, usurpatur ab Euripi. & ab Homero non semel ut notat Paroemiogra: in Adag. Duplices uiros. Nos παροιμιῶδες efferimus. *Più doppio d'una cipolla.*

δόκαι, vel δόχαι. *Doghe.* i. lagenarum, uel feriarum asseres oblõgæ, nec admodum latæ. Vnde uerbum *Dogare*, quo utitur Dantes Inf. Canti. 31. De Græcis meminit Cuiac. Obserua. lib. 9. c. 26. *Doga.*

δολερὸς: *Doloroso.* Vnde, *Egli è cattiuo, doloroso.* Nequam est, & improbus. *Doloroso.*

δοχεῖον. *Doccione*, vel, *Doccia.* i. Canalis, tubus, euripus. Vox Græca uas, seu receptaculum significat. *Doccione.*

δύσκολος. *Discolo.* i. morosus, præfractus, seu molestus, uel factiosus. *Discolo.*

δυσφημεῖν. *Diffamare.* i. Alterius famam lædere. *Diffamare*

E

Ἐκκαγχάζω. *Sgangasciare*, uel, ut uulgò, *sganasciare.* i. ĩmoderatè rideo. Vict. in Comm. Politi. Aristo. *Sgangasciare.*

ἔκστασις. *Estasi.* Mentis alienatio. *Estasi.*

ἐλλύχνιον. *Lucignolo.* i. mergulus, nempe funiculus, qui in lychno flammam nutrit. *Lucignolo.*

ἔμφασις. Præter alias significantias uerti potest Repræsentatio, vel Imago; in quo sensu utimur nos *Enfasi*: quando enim aliquis adeò uehementem usurpauit orationem, ut rem ipsam egisse, atque ob oculos posuisse uisus sit, dicimus; *Egli ha detto con Enfasi, con Energia:* Quod etiam ualet ἐνέργεια ipsis Græcis. Latinè pro his commodè, atque aptè uehementiam, uel alacritatem dixerimus. *Enfasi.*

ἔντερα. *Interiori.* i. Intestina, exta, uiscera. *Interiori.*

ἐντόματα. *Entomata.* Insecta. i. minuta, & imperfecta animalia. Vtitur Dantes Purg. Cant. 10. *Entomata.*

Poi siete quasi entomata in difetto.

ἐπιει-

Episodio. ἐπεισόδιον. *Episodio.* Romanis digressio. Antiquiores Etrusci dixerunt *Incidenza.*

l'Ermo. ἔρημος. ἡ. *Ermo.* Locus est, ubi Anachoritæ solitariã uitam degunt. Solitudo.

Ermo. ἔρημος. ὁ. item nobis *Ermo* significat, sed ἐπιθέτως accipitur.

Sermollino ἕρπυλλον. Serpyllum. Prius a nostris, ut censeo, *Serpolino*, deinde *Sermollino.*

Arri. ἔῤῥε. *Arri.* Caninius. Vox agasonum, qua iubent, iumẽta properare, seu grandiorem grandire gradum, ut dixit Plautus.

Arrostarsi. ἐῤῥώσθ. *Arrostarsi.* i. festinare, siue huc, atque illuc aliquid perficiendi gratiã cursitare. Thucydides in sententiã non admodum diuersâ uidetur vsurpâsse eo in loco: ἔῤῥωντο ἐς τὸν πόλεμον. i. Animosè bellum capessebant; ut vulgò vertitur.

Z

Zelo. Ζῆλος. *Zelo.* Apud nos pro bono quodam amore. Apud Græcos uariè accipitur.

Geloso. ζηλότυπος. *Geloso.* A nobis dicitur propriè de eo, qui vxorem habens, in eius amore suspiciosus est. Adagium vulgi. *Egli è meglio esser geloso, che becco:* Quo in uitis huiusmodi uitium excusant.

ζηλοτυπία vocatur ipsa amoris suspicio. Suspicio simpliciter vertitur a Terẽtio in Eunu. Zelotypiam dixit Cice. in Quartâ disputatione Tuscu. Et nos *Gelosia.* Sed vox hæc ualet etiam, quod Latini Transennam dicunt: *Gelosia.* sed eam tantùm, quæ cancellorum vice fenestris apponitur.

H

Semicirculo. ἡμίκυκλος. *Semicirculo.* vel potius ab ἡμὶ, & circulus, ut *Semicapro*, ab ἡμὶ, & caper. Vbi notandum, Etruscos in fingendis suis uocibus a Græcis, quæ a uocali aspiratâ inchoent, interdum, s, pro aspiratione solitos fuisse præponere, ut in hac ἡμὶ, & ἕλλα *Sella.* i. Ephippium, sed genelarior *Sella.* Quod etiam a Romanis factum fuisse, testis est Festus in uoce Suppum, quam ab ὕπτιος deriuatam dicit, aspiratione in, s, literam commutatã. Item nõ uidetur silentio inuoluendũ, eos ex uerbis compositis modò integras uoces desumpsisse, ut ἡμίθεοι, *Semidei*; modò priorẽ partẽ, ut *Semicapro*; modò posteriorem, ut ἡμισπάθιον, *mezzaspada*, & modò solâ imitatione cõtẽtos fuisse, vt ἡμιάνθρωπος, *mezzuomo.* i. Semihomo, ut dixit Columella. lib. 10. & Virg. Aen. 8. Quam uocem interdũ transferimus ad corporis breuitatẽ ioco exprobrandã. Sũt aliæ quoq; dictiones Semigrœcæ tũ apud sacros, tũ apud profanos scriptores, ut ἀρχι consul. *Arcicõsolo*; Sub διάκονος, *Soddiacono.* Item sunt quædam, quæ Græcam quidem originem habent, Græcè tamen uix exprimi possunt, ut *Essere in Eddommoda.* i. Hebdomadis, vel septem dierum officium gerere; *Domedario* quasi Hebdomadarius; quæ utræque, quin ἀπὸ τῆς ἑβδομάδος fiant, nemini dubium est. Has autem (*Soddiacono* scilicet, & *Domedario*) è sacris scriptoribus attulisse sufficiat: quàm plurimas enim alias, ponens non ἀμίσως a Græcis, sed per Latinos, Religione efflagitante, ad nos deriuatas, promisso supra silentio prętereo.

Semicapro. *Sella.* *Semidei.* *Mezzaspada.* *Mezzuomo.* *Arcicõsolo.* *Soddiacono.* *Domedario.*

Emiolia. ἡμιόλιος. *Emiolia.* Vox cantoribus notissima. Dictio Gręca uertitur Sesquialter, siue Sesquiplex.

Epa. ἧπαρ. *Epa.* Nobis est pars illa corporis eminẽs a stomacho ad inguina; vẽter. Dantes Inf. cant. 30.

Col pugno gli percosse l'epa croia.

Et

Et Brunettus in Epitaphio; *Epa enfiata* . Græcis est iecur. Ad quam significantiam spectare videtur dictum illud; *E' sicaca l'epa a arriuare a questo segno.*

θαλλός. A Græcis pro surculo,& ramo accipitur; Nos autem dicimus *Talli* simplices violarum plantas,& huiusmodi. Thallo vtitur Colu.lib.11.c.3. Nisi arundines transuersas in modum iugatæ vineæ crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternuntur. Adag. *Mettere vn tallo sul vecchio.* De senioribus, qui post ægrotationem, vel malam valetudinẽ adeò sanitatem recuperârunt, ut quàm viuacissimi videantur. *Tallo.*

θάλλειν. *Tallire.* i. pullulare, seu surculum emittere. *Tallire.*

θεῖος,& θεῖα, seu Laconicè σεῖος,& σεῖα. *Zio*,& *Zia.* vtrisque idem: pro quib. Latini specialiter dicunt patruum,& auunculum; amitam, & materterã. *Zio. Zia.*

θέμα. *Tema.* i. propositum, siue argumentum. *Tema.*

Perocche si mi caccia il lungo tema. Dant. Inf. can. 5. Et Petrar.

Ma per non seguir più si lungo tema. In Triumpho Mor. cap. 1.

θήκη. *Zecca.* Locus, ubi percutitur moneta. Cani. *Zecca.*

θησαυριστής. *Tesauriere*, vel *Tesoriere.* i. Thesauri custos. Ioannes Picardus Celtopædiæ auctor. ἀργυρολόγον appellant vulgò Græci. *Tesauriere.*

θλίβειν. *Trauagliare.* i. diuexare, seu conflictare. Perioni. *Trauaglia*

θρησκεύειν. *Trescare.* i. Sacros ritus peragere, sacrificare. In hanc sententiam *re.*
accepit Dantes. Purg. can. 10. *Trescare.*

Lì precedeua al benedetto vaso,
Trescando, alzato l'vmile Salmista;
E più, e men che Re era'n quel caso.

Quos versus vtcunque sic adumbro.

Hîc propè vas aderat Psalmorum scriptor, amictu
Purpureo altè præcinctus; peragénsque parentum
Sacra, sacrum regem tali referebat in actu.

Hunc locũ mihi suggessit Alexander Rossius Excellentissimi Petri Matthæi F. qui, dum nostræ Magnæ Ducis iussu Linguæ Gallicæ Parisis operam dabat, Quarto Idus Martias CIↃ IↃ CII altero, & uigesimo suæ ætatis anno humanitatis debitum persoluit. Nolui humanissimum iuuenẽ, mihique charissimũ paruo hoc Eclogio fraudare. Alia etiam, longeque diuersa est huius uerbi significantia, ut inter cæteros ex notissimo illo Petrarchæ Tetradecasticho (vulgò appellatur *Sonetto*) accipi potest. Sed de his cumulatè in nostro Dictionario. Hinc. *Sonetto.*

θρησκεία. *Tresca.* i. Ipsa talis operatio. Est etiam genus quoddam saltationis, de quâ Gellus Florentinus pluribus percurrit in suâ sextâ Scholâ (*Lettura* dicitur a nobis) cap. 14. Inf. Dantis; ad eos versus; *Tresca.*

Sanza riposo mai era la tresca
Delle misere mani, or quindi, or quinci,
Iscotendo da' se l'arsura fresca.

θριγκός. *Trincea.* i. agger, seu vallum. Petrus Victo. Vari. lecti. lib. 2. c. 12. *Trincea.*

θύρσος, thyrsus. *Torso.* Nobis propriè ualet pomũ exesum, siue sit malum, siue pyrum. Vnde μεταφορικῶς statua sine capite, brachijs, ac pedibus dicitur Torso. Græcis, ac Latinis plura, ut per eos. *Torso.*

I

ἰάνθινος. *Gentile.* i. humanus, seu venustus. Quasi flos hominum. Vel ab εὐγε- *Gentile.*

ῃς, dempto ἰυ: Perionius.

Idioma. ἰδίωμα. *Idioma*.i. Sermonis, siue eloquij proprietas.

Mantello. ἱμάτιον. *Mantello*.i. pallium. Vel ἀπὸ τῆς μανδύης, quod est penulæ genus. Perio. & Baysi. Adag. Alicui negocio finem imponere cupiens, inquit. *Cavisene cappa, ò mantello.*

Malo. Ἰῶ, vel ἰών. Boeotum vox. *Io*.i. ego.

K

Gongolare. καγχαλάω.i. cachinnor, lætor, gestio. Et nos *Gongolare* dicimus, quando aliquis iucunda, ac grata uidens, vel audiens intrinsecus non modicùm læta tur. *Gogolare* dixerunt antiquiores.

καθεῖν. *Cadauno* dicebant ueteres: modò dicimus *ciascuno*. i. quodque, vnumquodque. Vox Græca ita extat apud Achillem Tatium lib. 3. est enim pro καθ᾽ ἕν.

Catetto. κάθετος. *Catetto*. Vox fabris notissima. Reperitur apud Caium, & Theodosium in lib. de Limitibus.

Inquanto. καθὸ, aut καθόσον. *Inquanto*.i. quatenus.

κακκᾶν. De hac uoce sic Eustathi. in Ilia. N. ἐξ αὐτοῦ δὲ (nempe κακίζεσθαι) τὸ κακκᾶν συνήθως ἐπὶ παιδίων, ἐπεὶ καὶ τοῖς δειλιῶσιν ἕπεται τοιοῦτόν τι πάσχειν. Ex ipso autem (κακίζεσθαι valet δειλιᾶν.i. ob ignauiam refugere, timidum esse) τὸ κακκᾶν consuetè de pueris, siquidem contingit, & timidos huiusmodi tale

Cacarsi sotto. perpeti. Vnde a nobis dicuntur *Cacarsi sotto*, qui seu præ timore, seu præ aliâ quauis perturbatione in tractando negocio nihil agunt, nec quidem loqui posse uidentur. Hinc.

Cacca. κάκκη. *Cacca* uox puerilis notissima; Ex qua verbum Latinum, & Etruscum (honor sit auribus) cacare; quod a Græcis dicitur χέζειν.

Calamaio. καλαμάριον. *Calamaio*.i. atramentarium; Græci μελανδοχεῖον dicunt: nam καλαμάριον illis significat thecam, in qua calami reconduntur; quod nobis *Pennaiuolo*. q. Pinnarium.i. καλαμοθήκη.

Galoppare. καλπᾶν, aut καλπάζειν. *Galoppare*. Vox Græca, ut vertit Budæus, significat equum ad ingressum exultantem urgere.

Cauo. κάλως. *Cauo*. Funis quidam nauticus, rudens.

Camera. καμάρα. *Camera*.i. thalamus, seu cubiculum. Vox Græca est fornix, seu testudo, ut apud Latinos camera.

Gamba. καμπή. *Gamba*.i. tibia. Canini: Vox Græca inter alia poplitē significat. Adag. *Tutti lamenti di gamba sana*. In eos, qui nullo iure lamentantur: pro quo coqui, ac popinones; *Tutti lamenti di brodo grasso*. *Chi non ha ceruello, abbia gambe*. Cuius vsurpandi tēpus est, quando e.g. seruo iubetur, vt redeat ad aliquid perficiendū, cuius oblîtus fuerat. Quando aliquis funditus euersus est, dicimus; *Egli è ito a gambe leuate*.i. Periit funditus. *Doue la uoglia è pronta, le gambe son leggieri*.i. facilè id perficitur, cuius perficiendi quis flagrat desiderio.

Cantero. κάνθαρος. cantharus. Vtrisque idem; Bacchi scilicet poculum. Nobis *Cantero* est uas quoddam oblongum, quo vtimur in sellis ligneis ad corporis excrementa recipienda.

Canto. κανθός. *Canto*. Græci pro hirquo.i. oculi angulo accipiunt. Nos latissimè pro angulo, pro cōpito generaliter; & speciatim ut plurimùm pro Biuio, Triuio, & Quadriuio. Triuia a Græcis τρίοδα dicuntur, quæ loca cum a populo maximè frequententur, ibiq; alius de aliâ re ociosè loquatur, occasionē

nobis

nobis dederũt, opinor, vt vulgò dicãtur *Stare a trebbio*, quaſi in triuijs cõ-
morari illi, qui hilariter inter amicos, & congerrones iocando, ac ludẽdo
tempus conterunt. Quadriuium propriè a noſtris appellatur *Crocicchio*.

κανονίζειν. *Canonizzare*.i. in Sanctorũ numerum adſcribere. *Canonizzare.*

καπάνα. *Capanna*. Latini Tuguria, mapalia, vel attegias Græco vocabulo ap- *Capanna.*
pellant. De voce Græcâ ſic reperi apud Xenarchum Comicum:

-- ἑπτὰ δὲ καπάνας ἔτρεφον
εἰς Ὀλυμπίαν: τί λέγεις; καπάνας δὲ Θετταλοὶ
πάντες καλοῦσι τὰς ἀπήνας: μανθάνω. i.

-- ſeptem autem Capanas nutriui
In Olympiam: Quid ais? Capanas Theſſali.
Omnes vocant plauſtra: Intelligo.

Meminit quoque Iſido. Origi. lib. 15. cap. 12. De ædificiis ruſticis. Adag.
Corpo mio fatti capanna. Eſt dictum paraſitorum in opipari conuiuij ſplen
dido apparatu.

καῤῥέζειν. *Carezzare*, vel *Accarezzare*.i. Indulgere, ſiue demulgere. Vide He- *Carezzare.*
ſychium in voce καῤῥέζουσα.

καταῤῥοος. *Catarro*. i. diſtillatio, ſeu pituita. Iſidorus lib. 4. Origi. cap. 7. Ca- *Catarro.*
tarrum dixit.

κατὶς, & Home. κτὶς. *Gatto*.i. felis. Cani. *Gatto.*

κατοπήγιον. *Catorcio*. i. peſſulus. In agro Caſentino vox nota. Dicitur etiam *Catorcio.*
Catenaccio. Vulgò. *Chiauistello*.

καυλὸς. *Cauolo*.i. braſſica. Græcis eſt generalior pro virgâ cuiuſcunque plantę, *Cauolo.*
ſiue pro quolibet thyrſo. Adag. *Cauol riſcaldato, e garzon ritornato non fu
mai buono*. Eſt vulgatiſſimũ, ſententiæq; notiſſimæ. *Tu non hai a man-
giare il cauol co' ciechi*.i. Cum peritis, & qui optimè rem nouerint, tibi eſt
agendum. Vulgus aliquem mortuum eſſe, hoc quaſi ænigmate ſi-
gnificat. *Egli ha fatto terra da cauolini*.

κερατίζειν. *Cozzare*.i. Cornu petere, vel cornu ferire. Budæ. *Cozzare.*

κερδαίνειν. *Guadagnare*. i. lucrari. Perio. Adag. Quoties mercator pro lu- *Guadagnare.*
cro ſumptũ facit. *Così è mercante, chi guadagna, come chi perde*. Quan-
do aliquem plurimum lucrifeciſſe indicare volumus; *Egli ha guadagnato
vn pozzo d'oro*. *Tanto guadagnar, tanto ſpendere*.i. Quæſtui ſumptum
æqualem facere.

κέρδος. *Guidardone*. Plautus dixit hoſtimẽtum, quod eſt compenſatio, ſeu re- *Guidardone.*
muneratio.

κεφαλή. *Ceffo*. i. oris, ſiue faciei pars illa, quæ buccam circumſtat, ſed propriè *Ceffo.*
canis. Dicitur etiam de homine, ſed cum contentu. Vox Græca caput ſi-
gnificat; vnde nos partem pro toto more vſitato.

κηρός, cera. *La cera*. Sumitur queq; hæc dictio a nobis pro vultu, & pro vul *Cera.*
tus nitore, ac ſqualore, qui inibi apparent ex bonâ, vel malâ valetudine,
vt, cum dicimus παροιμιακῶς. *E' puo eſſer barbero, ma e' non n' ha cera*. i. Fie
ri poteſt, vt ſit optimus curſor, ſed vultus, ſeu ſpecies non præſefert: quan
do, nobis non credentibus, narratur, aliquem e.g. eſſe doctiſſimum. Et
ſimpliciter; *Egli ha buona cera*; *Egli ha mala cera*. ſ. Eſt illi nitidus, vel
ſqualidus vultus. Hinc etiam cenſeo deductum; *Far buona cera*; *Far mala
cera*.i. Alicui aduenienti hilarem, vel mœſtum vultum præſeferre; Pro q-
bus etiã dicimus; *Far buon viſo: far cattiuo viſo*. Circa verò loquendi for

mulam; *Far gran cera*; facio cum uiris illis doctissimis, qui asserunt a verbo χαίρειν originem traxisse. Vtitur poëta facetus;

Che stare allegro sempre, e far gran cera.

Qui locus simillimus est illi Menandri.

βίος ἐστὶν, ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν. i.

Vita est, si quis viuens, vitâ gaudeat. χαίρῃ. i. *Faccia gran cera.*

Incerare. κηρόω. *Incerare.* i. cera oblinere.

Sergente. κήρυξ. *Sergente.* Qui exercitui ordinem præscribit. Hinc deducit Perio. ταξίαρχος. i. Tribunus militum. Boccaci. Fab. 11. vtitur pro eo, qui nostrâ tẽpestate appellatur *Birro.*, & alibi in Italiâ *Zaffo.*. i. Lictor.

Cerotto. κήρωτον. *Cerotto*; quæ uox Etruscis duo significat, Emplastri genus, ut Græca; & longiorem, crassioremque candelam, qua in sacris ædibus vtimur. Hæc

Cero. etiam dicitur Cero. Vnde Adag. *Bel cero*: de homine, qui, cum magnum, formosumque corpus habeat, nullius est consilii. Vide Pet. Victo. Vari. lecti. lib. 17. c. ulti.

Cinguettare. κιγκλίζειν. *Cinguettare.* i: Obstrepere, uel uerba temerè fundere.

Ceterare. κιθαρίζειν. *Ceterare.* i. citharam pulsare. Nostra est apud antiquum Mythologistam. Vulgò dicimus, *Sonar la cetera.*

Ciuetta. κικκαβὰν. *Ciuetta.* i. noctua. Cani.

Ciullo. κίλλος. *Ciullo.* i. stupidus, ac malemoratus. Vox Græca Doricè significat asinum.

Cesto. κίσος. *Cesto.* Propriè a nobis accipitur pro omni olerum germine; sed μεταφορικῶς, quando aliquem uolumus illudere, per Ironiam appellamus *Bel cesto*, ut cum dicimus; *Questi be' cesti non son buoni a nulla*. In quam sententiam Græci, referente Paroemiographo; οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος. i. Candidorum virorum nulla utilitas.

Conca. κόγχη. *Conca.* i. uas concauum, ac superiùs patulũ, ut interdum a Latinis accipitur concha. Adag. *E' dura piu una conca fessa, che vna nuoua.* i. Rimosa concha perannat diutius nouâ. Quando significare uolumus, sæpe diutius uiuere senes malâ valetudine, quàm iuuenes maximè robustos.

Cimitero. κοιμητήριον. *Cimitero.* i. locus, ubi mortuorum corpora conduntur. A Cretẽsibus ita uocabatur ædes quædam publica, quam peregrinis, ubi dormirent assignabant. Vic. Vari. lect. lib. 8. cap. 2. Adag. *E' farebbe spiritare vn cimitero.* De homine clamoso, ac molestæ uocis prædito.

Collare. κολάζειν. *Collare.* i. cruciare, ac torquere. Nostra apud antiquiores Etruscos frequẽs est. Vnde *Colla.* i. funis, quo cruciãtur rei. Vt in illâ paroemiâ. *La mensa è una mezza colla.* De qua suo loco.

Coglione. κολεός. *Coglione.* i. testiculus: quod etiam inter cętera significat Græca vox. Vulgus ita quoque appellat homines agendarum rerum imperitos: Vnde plebeium Adag.

Pietra, calcina, e sabbione
Mercatantia da coglione.

Demonax rogatus a Sophistâ quopiam, quod uiaticum attulisset ad Philosophiam, admodum Cynicè respondit. ὄρχεις. i. testeis. Vt etiam nostrũ vulgus, quando iratum Scythicè respondere solet.

Colla. κόλλα, *Colla.* i. gluten. Vnde.

Incollare. κολλᾶν. *Incollare.* i. glutinare.

Golfo. κόλπος. *Golfo.* i. sinus. Cani. quod etiam inter cætera significat Græca uox. i.

marc

mare a rupibus, uel promontoriis circumdatum; θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη.

κολώνη. *Collina*. i. cliuus. Cani. *Collina.*

κυρινὸς. *Cugino*. i. Sobrinus, uel frater patruelis. Picardus. *Cugino.*

κοῦρος. i. puer, uel iuuenis. Hinc uult Perionius, deductum esse. *Garzone*. *Garzone.*

κράββατος. *Carabattola*. Vox nostra significat, quas fabri, & huiusmodi artifices, aut uiatores secum ferunt instrumenta, uel supellectiles. *Carabattola.*

κρώζειν. *Gracchiare*. i. garrire. *Gracchiare.*

κρίζειν. *Gridare*. i. clamare. Adag. Qui maximè vociferatur, dicitur; *Gridare a corr' huomo. Gridare a testa; quant' e' n' ha nella gola; a piu non posso.* *Gridare.*

κρούειν. *Crollare*. i. E' loco mouere. Dictio Græca ualet pulsare. *Crollare.*

κρύπτη ἀπὸ τοῦ κρύπτειν i. ab occultando, seu latendo. *Grotta*. i. cauerna, uel subterranea testudo. Cani. *Grotta.*

κῦμα. *Cima*. Vox Græca inter plurima significat germen illud, quod in summâ caulium stirpe in primâ generatione prouenit (nos appellamus *Broccolo*) Etrusca uerò cuiuslibet rei apicem, seu uerticem generaliter. Adag. *Esser cima d'huomo*; De homine callido, ac perito. Et Dan. cecinit, *Cima.*

Che cima di giudicio non s'aualla. Purg. Cant. 6.

Andar su per le cime de gli alberi. De eo, qui, vt dixit Pamphilus Terentianus, nodum in scirpo quærit, nec consuetis acquiescit.

κυττάζειν. *Guatare*. seu *Guardare*. i. Aspicere. Perio. Dan. Purg. Can. 5. *Guatare.*

Ed io: perche ne' vostri uisi guati
Non riconosco alcun; &c.

κώθων. *Ciotola*. i. Viatorium, uel militare poculum. Describitur ab Athenæo lib. 11. Dipnoso: De quo etiam Heniochus Comi. *Ciotola.*

πιεῖν τις ἐγχείτω λαβὼν πυριγενῆ,
κυκλοτερῆ, βραχύωτον, παχύστομον, κώθωνα
παῖδα φάρυγγος. i.

Ad bibendum infundat aliquis, accipiens ignegenitum,
Rotundum, breuibus auribus, crasso ore, Cothonem
Gutturis ministrum. Hinc

κωθωνίζειν. *Cioncare*. i. largiùs bibere. Citatur inter Græcorum Paroemias. *Cioncare.*

κῶλος. *Culo*. i. partes posteriores, sed pudendæ tantùm. Adag. Si mercator. e. g. decoxit, inquit uulgus. *Egli ha dato del culo in terra: Sul lastrone*; & Brunettus in Epitaphio, *Sul petrone.* *E' non istette a dire al cul vienne*. i. statim abijt. Nullâ interiectâ morâ discessit. *Culo.*

κωφὸς inter alia stolidus, stupidus. Nos *Goffo*. Adag. De aliquo, qui tardus, stupidúsque videatur, sed dexterrimus sit. *Come l'orso: Goffo, e destro.* *Goffo.*

Λ

λάγανα. *Lasagne*. i. quædam quasi membranulæ ex farinâ, & aquâ; quæ iure pingui coctæ, & caseo, pipere, alijsque aromatibus conditæ in cibum dantur. Vox Græca, teste Hesychio, significat placentæ genus. *Lasagne.*

λαγάσσειν de qua Hesychius. *Lasciare*. i. omittere. *Lasciare.*

λάμπειν, seu λαμπεδίζ. *Lampeggiare*, hoc est splendere, ac fulgere. *Lampeggiare.*

λείχειν. *Leccare*. i. Lambere. Adag. *A can, che lecca cenere, non gli fidar farina*. i. Farinam haud credas, cinerem lambenti cani. Quo significamus, magna non esse illi credenda, qui in minimis fraudé commiserit. *Il mel si fa leccare, perch' egliè dolce*. Hoc admonemus, qui e. g. populi alicuius bene uolen- *Leccare.*

uolentiam ſibi comparare expetit, non debere ſeueriùs, ſed benignè cum ipſo agere.

Liſcio. λισσὸς. *Liſcio*.i.læuis, planus, politúſque. Epithetum.

Leccone. λίχνος. *Leccone*.i.heluo, cupedijs deditus. Hinc.

Leccornia. λιχνεία, vel λίχνευμα. *Leccornia*, & *Leccume*. i. gulæ irritamentum.

Loggia. λογεῖον. *Loggia*. Propriè locus eſt, ubi conueniunt de rebus publicis cõſultantes; Transfertur autem ad omnem alium prædicto ſimilem. De noſtrâ, & de origine prouerbij, *Tenere a loggia*, opportuniùs in Dictionario.

Loica. λογική. *Loica*.i. τέχνη λογική disputandi ars. Hodie familiariter loquendo dicimus *Logica*.

Loppa. λοπὸς. *Loppa*.i.frumenti, vel aliarum ſegetum ſubtiliores tunicæ, quæ per aream triturationis tempore uolitant.

Luccio. λύκος. *Luccio*. Nomẽ piſcis notiſſimi. Cani. Niſi potius deducamus a Latino lucius, de quo Auſonius in Moſellâ.

Roba. λώπη. *Roba*. Celtopædiæ ſcriptor. Græca uox quoddam genus ueſtis ſignificat: Et noſtri *Roba* etiam pro veſte accipiunt. Antiquus Mythologiſta.

Appreſſo il veſtì d'una roba vermiglia Et adagium αἰνιγματῶδες.

Dottor di Valenzia,

Lunga roba, e corta ſcienzia.

Roba vulgò nobis ſignificat, quod Græcis χρῆμα, de qua alibi. Caninius deducit a Punica *Lobas*. Hinc.

Robicciuola. λώπιον. *Robicciuola*.i.veſtis vilis.

Rubare. λωπίζειν. *Rubare*.i.ſurripere, ſeu furari. Dictio Græca ualet exuere, ac denudare. Hinc Perionius; Caninius uerò deducit ἀπὸ τοῦ λωποδυτεῖν.

M

Mangano. Μάγγανον. *Mangano*. Vox Græca inter alias ſignificationes, quas proponit Heſych. ualet machinam; quæ noſtræ optimè conuenit.

Malia. μαγεία. *Malia*. Nobis eſt nomen genericum, faſcinum, philtrum, & huiuſmodi veneficia, aut quæ veneficiorum loco habentur, ſignificans. Græcis eſt incantamentum.

Madia. μαγὶς, γίδος. *Madia*.i.mactra. Pollux.

Malattia. μαλακία inter cætera Infirmitas. Nos *Malattia*. Hinc

Malato. μαλακὸς, *Malato*, vel, *Ammalato*.i.ægrotus. Perionius. Vnde μαλακίζεσθαι, qua vtitur Achill. Tati. lib. 2. *Eſſere ammalaticcio*.i. minus bellè habere.

Mamma. μάμμη. *Mamma*. Nobis puerculorum uox, qua matres, uel ætate prouectiores appellant. Dant. Purg. cant. 30.

Volſimi alla ſiniſtra col riſpitto,
Col quale il fantolin corre alla mamma,
Quando ha paura, ò quando egli è afflitto.

In eâdem, vel longè ſimili ſignificantiâ uſurpabant Romani Mammã, vt refert Nonius Marcellus. Et habetur ex notiſſimo Martialis Diſticho;

Mammas, atque Tatas habet Afra. Sed ipſa Tatarum
Dici, & Mammarum maxima Mamma poteſt.

Vtitur etiã Plautus in Moſtellariâ. Ad vocem μάμμην (quam ſignificare matrem, non auiam contendit Phrynichus) multa congerit Nunneſius in Notis ad eius Eclogam de Dictionibus Atticis, quæ optimè ad hunc locum quadrãt. Vide ibi. Sed non erit fortaſſe abſurdũ, hîc nonnullas alias dictio-

dictiones apponere, quibus nutriculæ balbutiētium infantulorum aureis demulcent; vt ex his quoque minimis appareat, Etruſcam linguam Græcae, ac Romanæ concinnè reſpondere. Præter *κάκκαν*, de qua alibi, & *μάμμαν*, de qua modò, quando ex puerculis ſuis quærunt mulieres, an cibum ſumere uelint, inquiunt. *Vuoi tu la pappa? Vuoi tu del pappo?* Et interrogantes, ſi forte lugeant, quid doleat: *Doue hai tu la bua?* Item, quando mon ere volunt, ut patrem, fratrem, aut ſororem vocent, aiunt; *Chiama il Babbo, il Tato, la Tata.* Inter quas, quis ignorat *pappa, pappo, bua, tato, & tata*, a Romanis ſæpius eſſe vſurpatas? *Babbo* deducunt aliqui ab Abba, quod eſt pater, per metatheſin. Vtitur etiam Dant. Babbo. Tato. Tata. Pappa. Pappo. Bua.

Che non è impreſa, da pigliare a gabbo,
Deſcriuer fondo a tutto l'vniuerſo,
Ne da lingua, che chiami mamma, ò babbo.

Lalla lalla, & *Ninna ninna* ſunt nutricū næniç, quibus infantulis ſuis ſomnum conciliant, apud Græcos, & apud Latinos notiſſimæ. Meminit Scaliger Auſoni. Lect. lib. 2. cap. 11. De his autem, quæ tanto ſunt difficiliora, quanto humiliora, cumulatè ſuo loco in noſtro Dictionario. *Lalla lalla* *Ninna ninna.*

μάνδρα. Mandra, vel. *Mandria*. i. armentorum congregatio. Hinc *Mandriano*. i. Paſtor, ſiue Opilio. Extat in Dant. Purg. cant. 27. *Mandra.*

E quale il mandrian, che fuóri alberga,
Lungo'l peculio ſuo, queto pernotta,
Guardando, perche fiera non lo ſperga.

μανία Smania. i. inſania, vel furor. Vnde verbum *Smaniare*, quod in hoc ſenſu vſurpatur. *E' ne ſmania* (idem ualet; *E' ne mena ſmanie*). i. miſerè ipſam amat; vehementer eam deperit, *ποτὲ μὲν ἐπιμαίνεται τῇ γυναικί, ποτὲ δὲ αὐτὴν ἀποστυγεῖ*. *Ora mena ſmanie della moglie, ora l'ha in odio*. i. Nunc uxorem ad inſaniam amat, nunc eam odit, & auerſatur. Baſili. Et Machon Comicus, agens *περὶ μανίας ἑταίρας*. *Smania.*

διὰ τῆς μανίας ἐκείνην ἐκτείνας, δοκῶ
καλεῖται τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν μανίαν. i.
Hinc eſt, quòd Maniæ nomen quis pronuncians, videatur
Eam amatorum inſaniam nuncupare.

μαραίνομαι valet marceſco, ſeu tabeſco. *Marinare*, quo uerbo vtimur in cū, quē cognoſcimus prę iracundiā intus rodi, vel dentibus infrendere uidemus. Adag. *Egli ha del marino*: quod idem ualet, ac, *E' marina*. Venuſtas prouerbij cōſiſtit in verbo illo *Marino*, quod vulgò ſignificat piſcem marinum, toſtum, acetóque conditum: Sed de his alluſionibus libro Nono. *Marinare*

μασᾶν. Maſtugare. i. mandere. *Maſtugare.*

μαστίχη. Maſtice. i. genus quoddam glutinis notiſſimi, quo fabri lignarij ſuorum operum compages illinunt, ut ligna ſimul nectantur. Gręca vox, referente Plinio lib. 12. capit. 17. ſignificat lacrymam, quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat. *Maſtice.*

μάταιος Matto. i. mente captus. Dant. Purg. cant. 3. *Matto.*

Matto è, chi ſpera, che noſtra ragione.
Poſſa traſcorrer la infinita via
Che tiene vna ſuſtanzia in tre perſone.

Hinc, uel *ἀπὸ τοῦ ματεῖν* (qđ inter alia ualet inſanire; unde nos *matteggiare*) i *Mattacini*, qui a Gręcis *κορύβαντες*, & *κορυβαντιᾶν* *Far la mattacina.*

Adag.

Adag. In maximè inſanum; *Egli è matto tredici meſi dell' anno.*
E matto ſpacciato. Ad agnatos, & gentileis deducendus. Ex illo Horatij
— interdicto huic omne adimat ius
Prętor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.
Et in nimiam erga filios vnicos lenitatem.
Chi ha vn ſol figluolo, lo fa matto;
Chi ha vn ſol porco, lo fa graſſo.

Magagna. μαγγανα. *Magagna.* i. menda, ſeu vitium. Cani.

Malinconia. μελαγχολία. *Malinconia.* i. mœſtitia. Adag.
Ne di tempo, ne di ſignoria
Non ti dar malinconia.
Dictum priuatorũ hominum, quo ſignificant, nec ex uarietatibus temporum, nec ex dubio Reip. ſtatu vllam moleſtiam eſſe capiendam.

Malinconico. μελαγχολικὸς. *Malinconico.* i. triſtis, ac mœſtus.

Mezzano. μεσίτης. *Mezzano.* i. proxeneta, ſiue, ut inquit Seneca in Epiſto. 120. Intercesſor.

il Mezzo. μέσον. *Il mezzo.* i. mediocritas, ac modus.

Mataſſa. μέταξα. *Mataſſa.* Feſtus ex Lucilio.
Plumbi paxillum, rodus, liniq́ue matexam.
Legitur & pauxillum, & metaxã. Iſidorus autem lib. 19. c. 4. Hanc cataporatem puer eodem defert vnctum plumbi pauxillum rudis liniq́ue mataxam.

Mezzetta. μετρητή. i. metreta. Vnde fortaſſe nos *Mezzetta.* Nec mea refert, an de menſurâ inter ſe conueniant, necne, cum in quàmplurimis vocibus noſtrateis ſenſum neglexiſſe, manifeſtè appareat. Quod a nobis ſuo loco pluribus, & ab alijs etiam notatum eſt.

Maſtro. μήστωρ. *Maſtro.* i. doctus, ac peritus, magiſter. Dictio Gręca valet bellicoſum. Dant. Inf. Cant. 24.
Così mi fece sbigottir lo maſtro. Et Petrar. Cant. 17.
Tutte le coſe, di che'l mondo è adorno,
Vſcir buone di man del maſtro eterno.
Alibi in Italiâ paſſim vulgò vtuntur; nec ſolùm prædictâ, ſed alicubi etiã *Miſtro.*

Matrigna. μητρυιά. *Matrigna.* i. nouerca. Adag. *Egli è figliuol della mala matrigna.*
Cuius vſurpandi tempus eſt e. g. quando inter conuiuas, non datâ alicui ſuâ portione, hic a ſodalibus tantũ accipit, ut cęteris plus habere videatur.

Mariolo. μιαρὸς. *Mariolo.* i. ſceleſtus, atque impurus; propriéque alearum, vel ſimilis inſtrumenti luſorij adulterator.

Miccino. μικκύλον. *Miccino.* i. pauculum, ſiue puſillum.

Miglio. μίλιον. *Miglio*, hoc eſt ſpatium, mille paſſus continens. Significat etiam nobis hæc uox frugem illam, quæ dicitur a Latinis milium, a Græcis κέγχρος.

Monna. μιμιὰν, όνος. *Monna.* pro *Mimona.* Cani. Vnde *Gattomammone.* De qua in dictionibus compoſitis.

Montone. μόθων. *Montone.* i. aries. Auctor Celtopædiæ, Adag. *Dare il montone per iſtatico a' cani.* Simile τῷ Ouem lupo committere; Niſi malis, penitus congruere illi, quod refertur a Diogeniano. προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας. i. Canibus oueis obiicere.

Moſto. μῦστος, muſtus. Vtriſque ἐπιθέτως. Nobis ſubſtantiuè *Moſto.* i. Vinum nouũ;

Adag.

Adag. *E' n'è ito il mosto, e l'acquerello:* Quando omnia penitus deperdita sunt.

μύειν. De hoc verbo agit uberrimè Hugolinus Martellius cap. 17. sui Commentarij ad Epigramma Ausonij; quem inscribit; De expeditâ discendi ratione. Verba, quæ faciunt ad propositum nostrum, sunt hæc: μύειν, & mussare traductum continuè fuit ad silentium, & taciturnitatem; ut propriè, & natiuo significatu valeat tacere, ac silere, quasi obmutescendo. Id æmulati nos vernaculo nostro Idiomate, alterum sigma tollentes *Musare* dicimus, quod est labijs arctè iunctis, & exporrectis (meditantibus æquè, & irascentibus commune) profundè aliquid animo volutare. Hæc Martellius. Et Dant. Inf. cant. 28. *Musare.*

Ma tu chi se, che 'n su lo scoglio muse.

μυκάομαι, *Mugghiare.* Apud Græcos boum, tonitruū, asinorum, & camelorum est. Latini variè dicunt, vt mugire, rudere, rugire, & similiter. A nobis etiam aliquanto generaliùs accipitur. *Mugghiare.*

μύσακες. *Mustacchi.* i. Barba superioris labri. Sic enim Rufus Ephesius. Primus barbæ in superiori labro exortus, προπωγώνιον, quasi dicas probarbiū: qui pili postea adaucti, μύσακες appellantur. *Mustacchi.*

μύχων. *Mucchio.* i. congeries, cumulus, aceruus. Græca Doribus esse dicitur (inquit Thesauri compilator) palearum aceruus; pro quo Hesychi: μύκων. i. σωρὸς, θημών. Est autem σωρὸς aceruus, fascis, strues; & θημών, cumulus, aceruus, vt ex Lexicis patet. Dan. Inf. cant. 27. *Mucchio.*

La terra, che fe già la lunga pruoua,
E di Franceschi sanguinoso mucchio,
Sotto le branche verdi si ritruoua.

μῶλος. *Molo.* i. ædificium, quod portui non admodum naturâ tuto ad marinas tempestates propellandas extruitur. Vox Græca in hoc sensu extat In Epigrammat. *Molo.*

N

Νάκος. *Nastro.* Nonnulli amentum; sed nostra vox generalissima est omni telæ, quæ latitudine minorem palmum vix attingat, nullo modo superet. *Nastro.*

νάνος. *Nano.* i. Pumilio: Quòd enim Laberius in Mimis pro pumilione Nanum dixerit, ipsi vitio versum fuit. Notat Agellius Noct. Atti. lib. 16. c. 7. Sed tamen eadem vox ab Apollinare Grammatico non omnino fuit reprobata, vt testatur idem Agellius lib. 19. cap. 13. *Nano.*

ναννίδιον. *Nanino.* Diminutiuum. A Latinis, vt etiam interdum a nobis, sumitur Nanus ἐπιθέτως, & additur animatis, & inanimis. Nos profectò v.g. gallinas breuiores, & item non admodum altas malos appellamus *Galline nane, Meli nani.* Adag. Quando aliquis percontatur, quæ per se patent, nec vllam continere videntur dubitationem, dicere solemus. *Tu douresti domandare, se San Cristofano era nano.* *Nanino.*

ναῦλον. naulum. *Nolo.* l. Sed addes §. si quis mulierem ff. locati. *Nolo.*

ναύπακτος. Naupactus. *Lepanto.* Cani. *Lepanto.*

νεκρομάντις. *Negromante,* qui per mortuos uaticinatur. Vnde. *Negromante.*

νεκρομαντεία. *Negromanzia.* i. Ars vaticinandi per mortuos. *Negromanzia.*

νεῦρον. *Nerbo.* i. neruus. Hinc νεῦρα ἔχειν. i. neruos habere, quod Græcis valet strenuū, ac robustum esse. Quam dicendi formulam nos ad vinum præcipuè transtulimus; de debili, atque insipido dicentes; *E' non ha nerbo:* *Nerbo.*

E' non ha ſchiena, & de generoſo, & optimo; *Egli ha nerbo*; *Egli ha ſchiena*. Hic autem è re natâ ſe offert notandam vox illa *ſchiena*; quam fieri a Græca ξένος mihi pro certiſſimo eſt, & ſi Caninius in Helleniſmi Alphabeto a ſpinâ deducat. Sumitur autem propriè pro parte illâ corporis, quæ tergum, aut dorſum dicitur (a Græcis νῶτον) metaphoricè verò, ut ſupra. Itẽ nolo ſilentio inuoluere, Etruſcos a dorſo nominâſſe totum hominis corpus, præter caput, manus, ac tibias, *Doſſo*. Vnde inquiunt; *E' non ha panni per indoſſo*. i. Pannos non habet, quibus ſuum contegat corpus. Quod factum cenſeo ad imitationem vocis Latinæ Arma; quæ cum ab armis dicatur, atque ita de illis tantùm intelligi deberet, quibus terga muniũtur, Romani non hoc contenti ad omnia eius ſignificatum dilatârunt, quibus non ſolùm ab hoſtium incurſu nos tuemur, ac defendimus, ſed etiam, quibus alios vulneramus, atque offendimus, vt pluribus patebit in noſtro Commentario ad Titulum Authenticorum de Armis. In explicatione verò huius vocis (ſentio ipſe quoque) τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω. i. Quæ ſunt extra opus, plura ſunt, quàm opera ipſa, vt inquit Ariſtoteles Ethic. Nicc. lib. p. Et nos vulgò dicere ſolemus, *Piu la giunta, che la derrata*. Sed tali meæ culpæ in tali opere facilè ignotum iri exiſtimo.

Doſſo.

Commẽtarius ad tit. Authen de Armis.

Nettare. νίπτειν. *Nettare*. i. purgare, ac mundare. Græca valet, Lauo, abluo.

Noi. νῶι. *Noi*. nos. νῶι δύο ἡμεῖς, inquit Euſtathius in Home. Ilia. N.

Vncino. ὄγκινον. *Vncino*. Latini vncum dicunt. Adag. *E' non ſe gli puo appiccare vncino addoſſo*. i. Nullum eſt vitium, quod in eo carpere poſſis.

Oi. οἴ. *Oi*. i. hei, vel ohe. Euſtath. in 1. Odyſſ. ex Suidâ: & Ariſtophanes in Irenâ; vbi Septimius Flores, οἴ exclamatio eſt pathetica hominum mœrentiũ, & metuentium malum, aut pericula imminentia.

Oime. οἴμοι. *Oime*. i. hei mihi.

Onire. Vnire. ὀνειδίζειν. *Onire*, vel *Vnire*. Vox antiquior, quæ tamen paſſim vſurpabatur a bonis illis auctoribus. Extat apud antiquum mythologiſtam in Fabellâ 39. *Perche hai tu coſi onite le donne di Proenza*: Et 62. *Per tue parole m'hai onita*. Significat autem improperare, ſeu, vitium aliquod obijciendo, ruborem, vel pudorem incutere; quod nos aliter dicimus, *Suergognare*. Cui ſignificantiæ omnino reſpondet Græcum verbum. Hinc *Onta*, & *Ontoſo*: Quas voces Galli ſe ab Italis accepiſſe vſuo alicubi fatentur.

Organiſta. Qui organa pulſat, dicitur *Organiſta*, quaſi ὀργανιστής.

Orgoglioſo. Orgoglio. ὀργίλος. *Orgoglioſo*. i. ſuperbus, faſtoſus, audax; & a ὀργῆς formauimus *Orgoglio*; quæ vox ὑπαρκτική ſignificat ſuperbiam, faſtum, audaciam. Dan. Purg. can. 2. in fi.

Come, quando, cogliendo biada, ò loglio,
Gli colombi adunati alla paſtura,
Queti, ſenza moſtrar l'vſato orgoglio. Et Par. can. 6.
Eſſo atterrò l'orgoglio de gli Arabi.

Orfano. ὀρφανός. *Orfano*. i. pupillus.

V'. ὅυ. V'. i. vbi. Noſtri vſurpant in verſibus poëticæ libertatis gratiâ. Dant. Inf. cant. 9.

V' non potemo entrare omai ſanz'ira. Et alibi non ſemel.
V' ſon or le ricchezze, v' ſon gli onori. Petrar.

οὐρεῖν. *Orinare*. i. Meiere, vrinam facere. *Orinare.*

οὐρία. *Vria*. i. Omen, seu augurium. Vnde, *Buon'vria, & Cattiu'vria*. i. bonum omen, & malum omen. Vox Græca prosperum ventum significat. *Vria*

ὀρύειν. *Vrtare*. i. vrgere. Græca est Inuado. *Vrtare.*

ὑβρίζειν. *Oltraggiare*. i. Contumeliâ afficere; Iniuriam inferre. Græca valet, Cominus vulnero. *Oltraggiare*

Π

Παῖς. *Paggio*. i. seruulus; Romani puerum ad hoc significandum sæpius vsurpârunt. *Paggio.*

παλάμη. *Palma*. i. manus vola. Græcis interdū pro totâ manu: Vnde ἀπαλάμνας vocant illos, quos etiam nos, *Senza mani*. i. Rerum imperitos, atque inerteis. Hesio. in poëmate maiori. *Palma.*

πάλλα. *La palla*. i. pila: vnde *Pallone*, quo & follem, & harpastum significamus. De hac voce ita Eustathius in Odyss. Z. Διονυσόδωρος λέγεται γράψαι [πάλλαν ἔπειτ' ἔῤῥιψεν] ὡς ταυτὸν ὂν εἰπεῖν σφαῖραν, καὶ πάλλαν ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι. Ῥωμαῖοι μέντοι, πίλαν τὴν σφαῖραν φασίν, ὡς ἐν λατινικῷ εὕρηται λεξικῷ. κατά τινα συγγένειαν τοῦ. I. πρὸς τὸ A. ἐπεὶ τοι καὶ πῖλος παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐκαλεῖτο. i. Dionysodorus dicitur scripsisse [πάλλαν ἔπειτ' ἔῤῥιψεν] (affert hæc Eustathius ad illum versum; σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια) tanquam idem sit dicere σφαῖραν, καὶ πάλλαν ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι. Romani quidem τὴν σφαῖραν pilam dicunt, vt in Lexico Latino reperitur. Iuxta quandam cognationem literæ Iota cum Alphâ. Siquidem & πῖλος ab antiquis vocabatur. *Palla.*

πάλλειν inter cætera significat mouere, ac vibrare. vnde nos *Palleggiare* dicimus: quando scilicet aliquis, nullâ factâ stipulatione, ioco pilâ lusitat. *Palleggiare.*

πανός. *Panello*. i. fax, quæ super turribus, & aliis altioribus locis noctu lætitiæ gratiâ in festis accenditur. De hac dictione sic Eustathi. In Ilia. T. τὸ παρ' Ὁμήρῳ σέλας πυρὸς, ἤτοι πυρσὸν, φανὸν οἱ νεώτεροι εἶπον ἀττικοί. οἱ δ' αὐτὸς, καὶ πανὸς, ἀπὸ τοῦ φαίνειν σχηματισθεὶς φασὶ κατὰ μεταβολὴν τοῦ φ. *Panello.*

πάππας. *Papa*. i. pater. Cani. *Papa.*

παράλυσις. *Parlasia*. i. neruorum resolutio. Vnde *Parlasia.*

παραλυτικὸς. *Parletico*. Canini. *Parletico.*

παροικία. *Parrocchia*. i. sacra ædes, cui animarum cura iniuncta est. *Parrocchia.*

παρωνυχία ἀπόστημα ἐστὶ παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνιστάμενον. i. Reduuiæ abscessus est, qui ad radices vnguium coit. Paul. Aegineta lib. 3. cap. 81. Etrusci appellant *Patereccio*. *Patereccio.*

πατάνιον, vel, πάτανον. *Padella*. i. sartago. *Padella.*

πατρωός. *Patrigno*. i. vitricus. *Patrigno.*

πένθος. *Pianto*. i. luctus. Hinc apertè coniicere licet, quando vox aliqua Etrusca similitudinem aliquam cum Latinis habet, non esse statim asserendū, eam a Latinis esse deductam. Quis enim non putauerit, *Pianto* fieri a Romanâ planctu? Et tamen absque vllâ dubitatione meliùs senserit, qui eā a superiori deduxerit, cum eius similitudinem, ac sensum penitus reseruet. Adagi. *Io n'ho fatto il pianto*. i. Perditum duxi. *Pianto.*

περάτειν ἀπὸ τοῦ περᾶν. *Passare*. i. transfigere, seu penetrare. Item transire, uel superare. Quæ omnia significat etiam Græca uox. *Passare.*

περίζωμα. *Perizoma*. i. omne, quod circumcingit. Suffibulum dixit Varro. Nostrâ vtitur Dant. Inf. can. 31. *Perizoma.*

Pignere. πηγνύω, vel, πήγνυμι. *Pignere*.i. impellere. Vox Græca interdum significat constringo,& in angustum cogo.

Pigliare. πιάζειν, vel, πιλεῖν. *Pigliare*.i.prehendere.

Piatire. πληκτίζεσθαι. *Piatire*. Propriè valet apud magistratus cum aliquo litigare: Et hinc litem appellamus *Piato*. Transferimus interdum, vt significet alia. Adag. De eo, quem volumus indicare pauperrimum esse; *E' piatisce il pane*. *Piatire i cimiteri*. Dicuntur illi, qui decrepitâ sunt ætate, ac supremâ senectute laborant.

Polizia. πολιτεία. *Polizia*. i. Vrbanitas, seu ciuilis morum constitutio.

Fornirsi. πορίζειν. *Fornirsi*. i. Comparare, seu conflare, in hanc videlicet sententiam. *E' s'è fornito di grano, di danari*: i. Frumentum comparauit; Pecuniam conflauit.

Pratico. πρακτικός inter cætera, rebus agendis aptus, atque idoneus: In quam sententiam dicimus nos *Pratico*. Vnde

Pratica. πρακτική. *Pratica*.i.peritia.

Pareggiare πρίζειν. *Pareggiare*. i.exæquare, siue id asciâ, siue dolabrâ, serrâue fiat, vel alio quouis instrumento. Græca dictio ualet seco.

Piloto. πρωράτης. *Piloto*.i. Proreta. Paulus in l. Cotem π. de Publica.& vectiga.

Prosopopeia. προσωποποιία. *Prosopopeia*. i.fastus, vel superbia.

Protocollo. πρωτόκολλον. *Protocollo*. i. index, memorialísque tabellionis scriptura, qua in codice aliquo gesti actus substantia breuiter adnotari consueuit. Hæc Viglius in Tit. Insti. de Testa. ordi. §. Nihil autem: Si plura desideras, vide ibi.

Profetare. προφητεύειν. *Profetare*. i. Præsagire, seu vaticinari.

Pitocco. πτωχός. *Pitocco*.i.mendicus. Vnde *Pitocco* caupona est apud viam rectam inter Florentiam,& Pisas. Vulgò corruptè appellant *il Pidocchio*

Paiuolo. πύελον. *Paiuolo*. i. ahenum, seu lebes. Vox Græca plurima significat; de qua Pollux. Anglarensis nostram deducit a Syriacâ *Parur*.

Bossolo. πύξος. buxus. *Bossolo*. Et πυξίς. *Bossolo*. Vbi notandum est, nos ad Græcorum imitationem appellare *Bossolo* non solùm arborem ipsam,& eius lignum, sed etiam omne vasculum, siue ex buxo, siue ex alio quocunque ligno cōflatum sit. Hinc.

Bossolino. πυξίδιον. *Bossolino*.i. ut uocat Celsus, pyxidicula, parua scilicet pyxis.

Borgo. πύργος. *Borgo*. i. vicus, aut pagus. Censeo autem Etruscos ita appellâsse, quoniam turribus instructa essent huiusmodi loca: πύργος enim inter cætera significat turrem. Castellum paruū burgum vocant. Vegetius lib. 4. Crebra per limitem habitacula constituta, burgos vulgò vocant. Paul. Diaconus in Valentiniano. Caninius Græcam deducit a Punicâ *Borg*. Vnde mutuam deprehendere potes enallagen π. in β.

πυῤῥός. i. Burrus. Hinc *Buio*. i. tenebræ, vel obscuritas. Cani.

πῶλος. *Puledro*. Ab utrisque dicitur de pullo equi, asini, & huiusmodi iumentorum: qua voce Latini carent.

P

Radere. ῥαίειν. *Radere*. i.delere.

Rattoppare ῥάπτειν. *Rattoppare*. i.resarcire.

Rauanello. ῥαφανίς, ίδος. *Rauanello*. raphanus, qui dicitur etiam *Ramolaccio*. ῥάφανος δὲ σημαίνει τὴν κράμβην, inquit Phrynicus.i. ῥάφανος significat brassicas.

ῥογχά-

ῥογχάζειν, stertere; & Plautus dixit rhonchissare: Vnde nos *Russare*, quasi ru chissare. Sed Perionius deducit a ῥέγχειν. *Russare.*

ῥώξ inter alia, rupes, ad quam significandam noster grandior poëta sæpius vsus est vocabulo *Roccia*; Cúmque *Roccia.*

ῥῶγες Homero sint μεγάρου μέρη. i. Palatij partes, hinc nonnulli volunt, a nobis vocatas esse *Rocche*, quas Latini arceis; Græci uerò ἀκροπόλις appellãt. Dant. Purg. Cant. 32. *Rocche.*

Sicura, quasi rocca in alto monte.

ῥώχεσθαι. *Crucciarsi*. i. Irasci, seu indignari. *Crucciarsi.*

S

σαρκάζειν. *Scaracchiare*. i. (quod etiam ualet Græca vox) amarulentè rideo, naso suspendo, vel subsanno. *Scaracchiare.*

σβεννύειν. *Sbandire*. quod nobis propriè in exilium mittere. Græcis significat extinguere. Vnde mihi suggeritur, nobis aliam esse vocem Argiuæ non dissimilem: *Spegnere*. qua de sceleratis hominibus in tali sensu vtimur. *Spengasi cotesta genia*. i. E' medio tollatur istud hominum genus. Hinc fit *Sbandire.*

σβεννύεσθαι. A quo deducit Varchius *Suenirsi*. i. Consternari, atque animo deficere. *Suenirsi.*

σεμνότης. *Senno*. i. sapientia, ac prudentia. *Senno.*

σερίζειν. *Serrare*. i. claudere. Adag. *Chi ben serra, ben troua*. i. Custodienti rectè disperit nihil. *Serrare.*

σήπειν. *Scipare*. i. deterere aliquid, ac malè habere. *Scipare.*

σήπεσθαι. *Sciparsi*. i. se malè multare; laboribus se atterere. *Sciparsi.*

σιγλὰς dixerunt Græci notas, ut testatur Iustinianus, referente Cuiaccio Obserua. lib. 3. c. 3. Atque inde, inquit, fortasse deductæ sunt, quas uocamus *Cifre*. Caninius tamen a *Siphra*. voce Syriacâ earum originem agnoscit. *Cifre.*

σικύα *Zuccha*. i. cucurbita. Et Pisis *Succa*, quæ Græcam magis repræsentat. *Zucca.*

σισχός. *Secco*. i. gracilis. *Secco.*

σιφλώζειν sibilare; quod antiquiores Romani, auctore Nonio, sifilare dixerunt. Nos *Fischiare*. *Fischiare.*

σκαιός. *Sciocco*. i. stultus, insipidus. Quod sensum vox Græca non respuit. *Sciocco.*

σκάπτειν. *Zappare*. i. fodere. Cani. *Zappare.*

σκαφίδιον. *Schifo*. Græcis generaliter cuiussuis generis parua nauis. Nobis est, quam Latini schaphã, uel lintrem nuncupant. *Schifo.*

σκιρτάειν, vel σκαρίζειν. *Scherzare*. i. Exultare, ac lasciuire. *Scherzare.*

σκορπίζειν. *Stroppiare*, & corruptè a plebeculâ, *Storpiare*. i. Discerpere. Hecatæus vsurpat (inquit Phrynichus) quod Ionum est: nam Attici dicunt σκεδαννῦναι. D. autem Ioannes Euange. cap. 10. vtitur *Stroppiare.*

σκορπίζειν pro eo, quod nos dicimus *Scompigliare*. i. perturbare. Voces sunt similes, ac sensus omnino quadrat. *Scompigliare.*

σκοπός apud Græcos inter cætera propositum sagittariorum significat: Nos *Scopo*, & hoc propriè; metaphoricè verò accipimus pro fine illo, quò in nostris actionibus, ac cogitationibus mentem, & consilium dirigimus. *Scopo.*

σκύζεσθαι. *Stizzirsi*. i. irasci, seu indignari. Ita accipitur Græca vox a Theocrito in Charitibus. *Stizzirsi.*

σόφισμα. i. captio, seu deceptio. *Sofisma*. Hinc. *Sofisma.*

σοφιστικός. *Sofisticò*. i. morosus, difficilis, &, ut semel dicam, qui nodum in scirpo quærit. Quòd si rei inanimæ addatur, ut e. g. orationi, difficile nobis significat, *Sofistico.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

gnificat, vt Græcis sua vox modò captiosum, & modò nimis exquisitum.

Sofisticheria. σοφιστικόν, τὸ. *Sofisticheria*.i. Absurdum, & inane inuentum.

Spada. σπάθη. *Spada*. i. ensis. Apuleius Spatham Latinè dixit. Adag. *Spada, e cappa*.i. Præter arma, & vestimentum nihil .s. gestare.

Spillo. σπαλὶς Aeolicè a communi ψαλὶς *Spillo*.i. acicula. Cani.

Spagna. σπανία. *Spagna*.i. Hispania. Vox Græca reperitur in princ. lib. Octaui Diposo. apud Athenæ.

Spasima. σπασμός, seu, σπάσμα. *Spasima*. i. conuulsio, vel contorsio neruorum. Agellius lib. 12. c. 5. appellat distractionem, cruciatúmque membrorum.

Sbaragliare. σπαράττειν *Sbaragliare*.i. disperdere, seu dissipare. Quòd si mauis, hinc originem traxisse *Sparare*.i. stomachum aperire; Non pugnabo. Vtrique enim significantiæ videtur satis respondere Græca uox, quæ ualet dilaniare, ac discerpere.

Spanna. σπιθαμή. *Spanna*. i. palmus mensuræ genus: de qua Budæ. in Adnota. Priori. ad l. vlti. π. Si mensor fals. mod. dix.

Stiuare. στίβειν. *Stiuare*. i. stipare, seu calcare. Hinc *Stiuato*; quæ vox, si ad hominem referas, valet, gente vndequaque cinctus, atque oppressus; si verò ad alia e. g. ad cothurnum, vel calceamentum, dicitur, vt censeo, per hypallagen, vt *Stiualetto stiuato*, vel *Scarpa stiuata*; eo quòd videlicet tibia, aut pes ab ipsis stringantur, atque vrantur. Nec dubito, quin hinc deducti sint *Stiuali*, & *Stiualetti*.i. socci, & cothurni, propterea quòd scilicet tibiam στίβωσιν i. stringant.

Stelo. στήλη inter alia, columna, vel cippus. Nos hinc dicimus *Stelo*. herbæ, siue fruticis calamum.

> *Qual'i fioretti, dal notturno gielo,*
> *Chinati, e chiusi, poiche'l sol gl'imbianca,*
> *Si drizzan tutti aperti in loro stelo.* Dant. Inf. can. 2.

Stimite. στίγματα. *Stimite*. Sic appellantur a nobis illa vulnera, quæ pectori, manibus, ac pedibus Seruatoris nostri, Diuique Francisci inflicta apparent.

Stuolo. στόλος. *Stuolo*. De hominum, & auium multitudine a nobis dicitur. A Græcis de omni expeditione tam nauticâ, quàm terrestri, vt a Latinis classis, copiæ. Vide Pet. Vic. Vari. Lect. lib. 6. cap. 14.

Stadico. στρατηγός. Messanæ Gubernator appellatur *Stradigò*. q. στρατηγός. Hinc Boccacius Fabu. 40. dixit. *Tanto fece, che allo Stadico andò auanti*. Notauit Petrus Segnius noster Academicus. στρατηγῶν idem penitus sonat.

Stile. στῦλος. *Stile*. i. Stylus. Apud nos, & apud Latinos plura significat: a Græcis enim pro columnâ, & graphio, quo in albo antiquitùs, & nunc in gypsatis libellis a nobis scribitur, tantùm accipiebatur. Vocem Latinam nihil moror. Nostra, si rectè animaduerti, tria significat; Columnam quamdam ligneam maximè rectam, non adeò crassam; quæ, præter alios vsus, in quibusdam nostris festis in compitis, aut plateis humi defigitur; in cuius vertice extat cauea, vbi anseres, aut galli clausi sunt. Ad hos consequendos ascendens aliquis è plebe funiceis pedicis quasi quibusdam gradibus per hanc columnam, sæpe risum spectatoribus mouet. Quoniam, cum sit multo sapone obsita, necesse est ascendenti singulis ascensibus ipsam, vel furfure, vel scobe ligneâ detergere; & sic interdum bina, vel terna cubita deorsum labitur. Hæc igitur machina *Stile* a nobis dicitur. Altero verò loco sumitur pro structurâ orationis, vel dicendi modo, vt inter

ter cætera ſtylus a Latinis. Tertiâ tandem ratione accipitur pro vitæ inſtituto; vnde dicimus. *Se tu non muti Stile, tu capiterai male.* i. Niſi aliter vitam inſtituas, malè peribis. Hinc Græcis vox Diminutiua, vt dicitur

στυλίς. *Stiletto.* i. ſica.. στυλίς. columellam ſignificat. *Stiletto.*

στρέφος. *Struffolo.* i. cincinnus, cirrus, ſeu funiculus tortus. Quæ omnia, inter alia, valet Græca dictio. Quòd ſi noſtram malimus deductam eſſe a Strupis, qui erant faſciculi de verbenis facti, vt inquit Feſtus, pro coronâ Deorum capitibus imponi ſoliti, non admodum altercabor. *Struffolo.*

στύφειν. *Stoppare.* i. Obſtruere. Perio. *Stoppare.*

στυφνός. *Stitico.* i. difficilis, ac moroſus. Dicitur de homine. *Stitico.*

στρατιώτης. *Stradiotto.* Ferè idem nobis, ac Romanis Vagus; vt vſus eſt Cicc. Ad Atti. lib. 7. Itaque vagus eſſe cogitabam. Qui ſcilicet, negocia negligens, vrbem huc, atque illuc obit. Adag. *Caualcare alla ſtradiotta.* Ἀλιτηματῶδες de illis, qui paucas ſupellectiles ſecum ferunt. *Stradiotto.*

συμπάθεια. *Simpatia.* i. congruentia, vel conuenientia. *Simpatia.*

συλλογίζειν. *Sillogizzare.* i. Ratiocinari, concludere. Vtitur Dant. *Sillogizzare.*

E da queſta credenza ci conuiene
Sillogizzar, ſenza auere altra viſta.

Parad. cant. 24. & alibi.

συνάγχη. *Schinanzia.* i. angina. De hoc morbo, ipſius ſpeciebus, ac remedijs agit Alexan. Trallianus lib. 4. cap. p. Synanche (dixit Iſid. Orig. lib. 4. c. 6.) a continentiâ ſpiritus, & præfocatione: Græci enim συνάγχειν continere dicunt. Et Aretæus lib. p. cap. 7. συνάγχη δὲ, καὶ κυνάγχη τοδε καλέεται, ἢ τῷ συνεχεῖ πάθει τῶνδε τῶν ζώων, ἢ τῷ ξυνιδεῖ τῆς προβολῆς τῆς γλώσσης, καὶ ἐν ὑγείῃ. i. Hoc malum Synanche Græcè, angina Latinè, & cynanche. i. canina angina nominatur: aut quoniam huiuſmodi animalia aſſiduè hoc malo vexantur, aut quòd etiam ſana linguam exerere conſueuerunt. A noſtro vulgo *Spramanzia, Schremanzia, & Scheranzia dicitur*; a Barbaris pro ſynanche, ſeu cynanche Squinantia nuncupatur. *Schinanzia.*

σφάλλεσθαι. *Sfallire.* i. Errare, peccare. Vnde in pilæ, follis, harpaſti, & id genus ludis erratum appellamus *Fallo.* σφάλμα Græci. *Sfallire.*

σφίγγω. *Spingo.* i. impello. Vox Græca inter alia ſignificat arceo, & cogo. *Spingo.*

σφραγίζειν. *Sfregiare.* i. In vultu tale vulnus alicui infligere, ut inde cicatrix ſemper apparitura ſit. Vox Græca ſignificat ſimpliciter ſignare, vel ſigillare. *Sfregiare.*

σχινδάλαμος. *Scandaglio.* Coll. Perpendiculum, ſiue inſtrumentum nauticum, quo maris altitudo a nautis exploratur. Dicitur etiam καταπειρητηρία, uel, καταπειρατηρία. Et Cataporates linea cum maſſâ, qua maris altitudo tentatur: Iſid. Origi. lib. 19. cap. 4. *Scandaglio.*

σχίζειν. *Scheggiare.* i. findere, ſeu ſcindere. Vnde ligni fruſtula, quæ ex ipſâ ſciſſione fiunt, dicuntur *Scheggiare*

σχίζαι. *Scheggie.* i. aſſulæ. Adag. *Chi ha de' ceppi, puo far delle ſcheggie.* Quo ſignificamus, opulentum hominem mediocres impenſas largè facere poſſe. A ſuperiori verbo deducitur etiam *Schiſare*; de cuius ſignificantiâ pluribus in Dictionario; Logiſtis vox notiſſima. *Scheggia.*

σχίσμα. *Sciſma.* Hinc; *Egli hanno fatto ſciſma.* i. Altercati ſunt, uel potius; ſibi manus conſciuerunt. Sacri ſcriptores Schiſma, unde libri inſcriptio; De Schiſmate Anglicano: Quod Dauanzatus. *Lo ſciſma d'Inghilterra.* *Sciſma.*

T

Tauerna. ταβερνεῖον. *Tauerna*.i.caupona,seu diuersorium.

Taccone. τάκων. *Taccone*. Nobis significat corium uetus,quo vtuntur ueteramentarij ad calceamenta,uel crepidas resarciendas: a quo sensu non abhorret omnino Græca uox,ut eam exponit Pollux in Dictio.lib.6.c.9. Parte.4. alioquin uaria,atque obscura.

Tapino. ταπεινός. *Tapino*.i. Miser,atque infoelix. Hinc *Tapinità*,quæ pusillanimitas fortasse reddi posset,a ταπεινότης.

Tartaßare ταράττειν *Tartassare*.i.consternere,ac plagis malè accipere. Græca uox ut plurimùm latius quiddam significare uidetur;sed extat in Theocri. Dioscuris in huiusmodi senso.

τάττω, quod ordinare significat,Latinis,atque Etruscis occasionem dedit,ut quando alicui rei pretium apponunt,taxare illi, & hi *Tassare* dicant.

Tassare. Hinc

Im Tassa. τάξις. *la Tassa* vulgò dicitur stipendium, siue tributum annuum,uel diuturnius,quod taxatum est.

Hæc ad verbum descripta sunt ex Ausonianis Lectio. Scalilgeri.lib.1.ca.29.

Tata. *Tata* planè græcum est, τέττα γέρων Homero. Et in inscriptione ueteri.

M. ELPIDIVS PAMPHILVS.
PLATONI TATÆ SVO
BENEMERENTI FECIT. &c.

Sed num potius *Tata* nostra a uoce τηθή? Est autem τηθή auia,vel matertera;nutrix. Certè non dubito,quin *Tetta*, quæ Italis est mamma, siue vber hinc deducta sit.

Tetta.

Te. τῆ. *Te*. i.accipe. Sic enim Eustath:in Home. Ilia Ξ. τῆ, τουτέστι λάβε, δέξαι. Hinc ludus ille puerilis apud plebem,qui aciculis agitur, *Tetè* appellatus, quasi alter alteri dicat,accipe,accipe. Vnde παροιμιακῶς *Fare a Tetè*, In quam sententiam Græci σφαίραν πρὸς ἀλλήλους ἐπιδιδόναι.i. Sphærā inter se se reddere. De quo Pollux lib.9. Cui simile est: *Fare a pallin pallino*.

Tegame. τήγανον. *Tegame*. Vox Græca vertitur patella,vel sartago.

Tegghia. τηλία. Apud Græcos varia significat,inter quæ operculum: Vnde nos *Tegghia* & aliqui *Teglia*. Adag. *Esser nelle tegghie*. De eo,qui è cubili nondum surrexit. Plebis dictum.

Tagliare. τίλλειν. *Tagliare*. i.secare,seu tondere.

Topazio. τοπάζιος. *Topazio*.i. Topazius;quē lapidem ita dictū uolunt ἀπὸ τοῦ τοπάζειν hoc est a quærendo;eo quòd multo studio,ac diligentiâ quæratur. Vnde arbitror ego, nominâsse Etruscos, *Topi*, ea animalcula, quæ a Romanis dicuntur sorices,uel mures (a Græcis μύες) quoniam scilicet, uel minimos quosq; cauos uictus corradendi gratiâ diligētissimè perquirunt. Atq; hinc fortasse apud nos Adag. *Piu ingegnoso, de'l topo*. De homine admodum ingenioso. *E' sarebbe a rubar co' topi*. In maximè furaceni:de quo alibi.

Quod enim fiat a uoce ποντικὸς mihi a persuasione longiùs abesse uidetur. Insuper: Indicare volentes, ut cecinit Propertius,quemque naturæ suæ semina sequi,dicimus. *Chi di gatta nasce,topi piglia*. Hoc autem significamus e.g. quando adest præceptor,discipulos non nugari;seu,quando Præfectus videt,fabros,ac gerulos officio suo fungi. *Quando la gatta è'n paese, i topi stanno a siepe*. Et contra. *Doue non è gatta, topo vi balla*.

Torta. τῦρτα. *Torta*. Extat apud Erotianum in Onomastico, si locus non est mendosus:

dosus: de quo vide Excellentissimi Mercurialis Varias Lect. lib. 2. cap. 5. in fine. Platina lib. 8. de Honest. voluptate Pulmentum appellat. Pulmentum, quod vulgò Tortam appellamus, & hoc nomen a tortis, & concisis herbis, ex quibus ferè fit, accepisse putârim, fecit hoc nostrum fœlicissimum sæculum.

Τραγήματα. *Treggea* i. bellaria. Coluthea, dixit Plautus in Persâ. Et Tragemata Baysius in lib. de Vasculis. *Treggea.*

Τρίγλη. & Oppiano Τρίγλα. *Triglia*. i. Mullus. Rober. Constan. *Triglia.*

Τρίβειν. vel θρύπτειν. *Trebbiare*, vel, *Tritare*. i. in minutas parteis secare, vel, Diuexare: Vnde dicimus; *La febbre m'ha trito*. i. Febris me diuexauit; me malè affecit; Quod etiam valet Τρίβω. *Trebbiare.*

Τρίχες. a singulari θρίξ. *Trecce*. i. Comæ, capillamenta. *Trecce.*

Τραυλίζειν. *Trogliare* Vide in verbo ψελλίζειν. *Trogliare.*

Τραυλός. *Troglio*. Balbus, blæsus. De hac in Dictionario. *Troglio.*

Τρυπᾶν. *Trapanare*. i. Terebrare. Vnde *Trapanare.*

Τρύπανον. *Trapano*. i. Terebra. *Trapano.*

Τύμβος. *Tomba* Vtrisque significat & locum concauum sub terrâ, & sepulchrum. Dant. Purg. Cant. 12. *Tomba.*

Sour' a' sepolti le tombe terragne
Portan segnato quel, ch'egli era pria:

Τυραννεῖν. *Tiranneggiare*. i. Tyranni, mali scilicet principis, more regnum administrare; vel inhumanè in magistratu se gerere. Vox Græca, vt notissimum est, significat Tyrannidem exercere. i. regnum obtinere; cum apud vetustiores tum Græcos, tum Latinos huiusmodi voces nil horribilis sonarent. Sententia *Tiraneggiare.*

σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ. i.
Princeps sapit sapientium commercio. In Collecta.

Et Virgil. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

τυτθός. *Citto*. i. infans, seu puer paruulus. Hom. Ilia. Z. Et *Citto.*

τιτθή. *Citta*. Vox Græca valet nutricem. De qua vide Notas Nunnesij, & Hoeschelij in Phrynichi Eclogam De Dictio. Atticis. Ambæ hæ dictiones sunt Senensium propriæ. *Citta.*

Y

ὕδρωψ. *Idropisia*. A Cicerone dicitur Aqua intercus. Horatius Græcam vocem vsurpauit: *Idropisia.*

Crescit indulgens sibi dirus hydrops.

Plinio est hydropisis: Celso aqua inter cutem. Hinc

ὑδρωπικός. *Idropico*, qui prædicto morbo laborat. Nec me latet hunc vulgò, non *Idropico*, sed *Ritropico* nuncupari. *Idropico.*

ὑποκριτής. *Ipocrito*. Sacris Scriptoribus hypocrita. Græcis varia significat. *Ipocrito.*

ὑπόκρισις. *Ipocrisia* Sac. script. hypocrisis. *Ipocrisia.*

ὕσσωπος. *Isopo*. i. Hyssopus herba medica notissima, qua nos in sacris mysterijs vtimur, polluta loca per ipsam lustrali aquâ aspergentes. Vnde vulgò *Asperges* appellari solet aut ipsa, aut instrumentum quoddam, quod pro illâ in cæteris arcanis adhibemus. Hoc a Sipontino aspergillum appellatur. *Isopo.*

Φ

Fagotto. φάκελος, vel φακίολος. *Fagotto* Græca eſt faſcis, onus.

Palco. φάλακον. *Palco.* i. tabulatum. Vox Græca ſignificat omne opus rude.

Falò. φαλός. *Falò.* i. breuis quidam ſplendor. φαλός eſt ſplendidus.

Fanale. φάνος. *Fanale.* i. fax, ſiue tæda. Euſtath. in Home. Ilia. T. ὃν δ' ἡμεῖς φανὸν, λαμπτῆρα οἱ παλαιοὶ ἔλεγον. Plura de hac voce congerit Nunneſius in Notis ad Phrynicum.

Fantaſticare. φαντάζεσθαι. *Fantaſticare.* i. per ſe ſolum meditari, vel ſolum cogitando ſibi loqui. Hinc

Fantaſia. φαντασία. *Fantaſia.* Cicero viſum. Quintilianus viſionem dixit. Nos pro imaginandi facultate accipimus: quem etiam ſignificatum habet inter alios Græca vox. Et

Fātaſima. φάντασμα. *Fantaſima.* i. Spectrum, viſum. Inſuper

Fantaſtico. φαντασικὸς. *Fantaſtico.* i. Difficilis, moroſus.

Faro. φάρος inter alia ſignificat turrem, quæ nauigantibus nocturno tempore lumen ſuppeditat. Statius dixit Pharum. Nos etiam *Faro.* De hoc Iſidor. Orig. lib. 15. cap. 2. vbi inter cætera. Vſus eius eſt nocturno nauium curſui igneis oſtendere, ad pronuncianda vada, portuſq; introitus, ne decepti tenebris nauigantes in ſcopulos incidant.

Ferraiuolo. φᾶρος. *Ferraiuolo.* i. Pallium.

Valigia. φάσκωλον. *Valigia.* Notat Picardus. Coactilia dixit Iureconſ. in π. de Auro, & arg. leg.

Fata. φάτις. *Fata.* i. mulier diuina, vates. Græca vox inter alia famam ſignificat.

Folle. φαῦλος. *Folle.* i. ſtultus. Dant. cant. 12. Inf.

O cieca cupidigia, o ira folle. Hinc

Follia. φαυλότης. *Follia.* i. ſtultitia, improbitas. Idem Para. cant. 7.

O che Dio ſolo, per ſua corteſia,
Dimeſſo aneſſe, o che l'huom per ſe iſſo,
Aneſſe ſoddisfatto a ſua follia.

Folleggiare. φαυλίζειν. *Folleggiare.* i. ſtultitiam quandam præ ſe ferre. Accipitur etiam pro eo, quod eſt Improbè ſe gerere; Non omnino integritatem ſe ruare, ut in illo Adag.

Quando la donna folleggia,
La fante dammeggia.
i. Cum domina deſipit, damno ancilla afficit.

Inſinocchiare. φενακίζειν. *Inſinocchiare.* i. verba dare, inanibus, callidíſque verbis alicui imponere. Notat Leonar. Saluiatus.

Fine. φέναξ. *Fine.* i. callidus, vafer. Galli.

Tiſichezza. φθίσις. *Tiſichezza.* i. corruptio, decrementum. Hinc

Tiſico. φθισικὸς. *Tiſico,* quem prædicta contagio abſumit.

Filoſofare. φιλοσοφεῖν. *Filoſofare.* i. meditari, ſeu aliquid mente agitare.

Fiaſco. φλασκίον. *Fiaſco.* Suidas. πυτίνη, ὃ παρ' ἡμῖν λέγεται φλασκίον. i. πυτίνη [vas vinarium] quod à nobis dicitur φλασκίον.

Flemma. φλέγμα. *Flemma.* i. pituita, ut uerterunt aliqui. Hinc

Flemmat. φλεγματικὸς. *Flemmatico.* Pituitoſus.

Frenello. φλυαρία. *Frenello.* *Frenelli* dicuntur a noſtris mulieribus e. g. inaures, redimicula in caput, uel collum, & huiuſmodi puellarum ornamenta. In

quam

quam sententiam vsurpauit φλυαρίαν Aristænetus Epistol.25. lib. prim. in princip.

φορά. *Furia*. i. Abundantia, & copia. Sic enim interdum accipimus, dicentes. *Quest' e vna gran furia di popolo. E' si prese vna gran furia di tordi.* Vtitur etiam Dant. Purga. cant.18. *Furia.*

φύρβος. *Furbo*. i. sceleratus, improbus. Græca vox valet inhumanum. *Furbo.*

φορτίον. *Fardello*. Sarcina quædam, siue onus; vnde quis suffarcinatus dicitur. *Fardello.*

φρενῖτις, vel φρενοβλάβεια. *Frenesia*. i. mentis delirium, dementia. Hinc *Frenesia.*

φρενιτιᾶν. *Farneticare*: quod Gaza vertit, Per febrem insanire; Per febrem delirare. *Farneticare.*

φυσικός. *Fisicoso*. i. Difficilis, & ad vnguem factus. Græca vox huic sententiæ aliquâ ex parte respondet. *Fisicoso.*

φύστη. *Pasta*. i. massa. Græca dictio est mazæ genus quoddam è vino, ac farinâ. *Pasta.*

X

χάζειν. *Cagliare*. i. labascere. Vox Græca significat concedo, ac deuito. *Cagliare.*

χάζεσθαι. *Cansarsi*. i. cedere, seu locum dare. Dant. Inf. Cant.12. *Cansarsi.*

——torna, e sì gli guida,
E fa cansar s'altra schera v'intoppa.

Hinc etiam exortum arbitror *Cassare*. i. aliquo officio priuare: quasi illi, qui priuatur, alteri locum dare conueniat. Quod vulgus cum irrisione quadam indicat; *Egli ha auto l'erba Cassia*. i. Officio, seu munere priuatus est. Cuius parœmiæ vis omnis consistit in voce illa *Cassia*, qua repræsentatur verbum *Cassare*. Sed de his suo loco pluribus.

χάθεμα. *Catena*. i. aurea torques, qua mulieres suum exornant collum. *Catena.*

χαλᾶν. *Calare*. i. remittere, relaxare. Et apud vtrosque sumitur tam Transitiuè, quam absolutè. ὅταν ἡ νόσος χαλάσῃ. *Quando la malattia sarà calata*. i. Cum morbus remiserit. Philo de Mundo. *Calare.*

χάνη. *Canna*. Vox Greca præter alia significat gargar. i. *la gargatta*; quod Argiuis est γαργαρεών. Hinc *Sgargarizzarsi*. i. Aquâ, vel alio liquore guttur purgare. Quod Græci γαργαρίζειν, & Latini gargarizare dicunt. Sed nolo silentio præterire, nos ut plurimùm ad arundinis distinctionem non simpliciter appellare *Canna*, sed cum adiuncto. Dicimus enim *la canna della gola*. Dantes tamen Inf. Cant.28. cecinit: *Canna.*

Restato a riguardar, per marauiglia,
Con gli altri innanzi a gli altri aprì la canna. &c.

χαρακτήρ. *Carattere*. i. Literarum forma. Vnde *Buon carattere*; *Ragioneuol carattere*. i. Pulcra literarum forma; Non contemnenda literarum figura. Dicitur etiam *Carattolo*; & fortasse meliùs. *Carattere.*

χαρακτηρίζειν. *Caratare*, seu, *Carattare*. i. Ad amussim, iuxtáve æstimationem notare; vt propriè fit auro, quando eius integritas valórque exploratur. Nostrâ (præter Varchium in Herculano) vtitur Illustrissimus Ioannes Bardius in suo Tractatu; qui inscriptus est SOPRA IL GIVOCO DEL CALCIO. i. De ludo harpasti. In quo Opusculo antiquarij multa scitu digna reperient. De hoc ludo, qui a calce ita uulgò nuncupatur vide libri 2. caput 5. Gymnasticæ Mercurialis: vbi etiam *Caratare.*

inuenies, in quo differat noſter ab Harpaſto antiquorum.

Carogne. χαρώνια apud Græcos ſunt barathra quædam, & Plutonia, fœdos odores exhalantia. Vnde nos obſoleta iumenta propriè appellamus *Carogne*. Pet. Vic. vari. lect. lib. 16. cap. 16. Et de maleolenti dicimus; *E' puzza com' vna carogna*. Viuum cadauer. Sepulchrum uiuum. Adag. *Oue ſon le carogne, iui vanno i corbi:* Cuius ſententia non eſt prorſus honeſta. Vſurpamus e.g. perditum iuuenem ire uidentes, ubi ſint meretrices.

Caſcare. χάσκειν. i. fixis oculis, vel aperto ore aſpicere. Vnde qui hoc pacto v.g. puellam aſpiciunt, ob ipſam dicuntur a nobis *Caſcare*. Dicimus enim; *E' ne caſca*. Hoc eſt; Eius amore maximè flagrat; Ipſam miſerè amat.

Chiromãte χειρομάντις. *Chiromante*. Qui per manum lineas profitetur fatum prædicere. Ars ipſa

Chiromanzia. χειρομαντία. *Chiromanzia*.

Ciro. χοῖρος. *Ciro*. i. porcus. De noſtrâ meminit conterraneus meus Chriſtophorus Landinus. Cant. 21. Dant. Inf. in fi.

Cogno. χόνος. *Cogno*. Vas quoddam, ſiue ſeria. Vnde in bibacem vulgò iactatur. *E' berebbe un cogno di vino*. Vox Græca non repugnat.

Creſima. χρῖσμα. *Creſima*. Sacramentum illud, quod vulgariter appellatur Confirmatio. Adag. *Per non ti tenere a Creſima*. i. Ne te multis morer. Idem valet; *Per non ti tenere a Loggia*.

Croma. χρῶμα. *Croma*. Nota cantoribus notiſſima: vnde *Semicroma*. Vox Græca colorem ſignificat. Hinc

Cromatico χρωματικά. *Cromatico*, Muſicis item notiſſima.

Ψ

ψελλίζειν. Strabo Geographiæ lib. 14. ubi ennarrat, unde dimanauerit uox Barbarus, ita inquit; οἶμαι δὲ τὸ βάρβαρον κατ᾽ ἀρχὰς ἐκπεφωνῆσθαι οὕτως κατ᾽ ὀνοματοποιίαν, ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως, καὶ σκληρῶς, καὶ τραχέως λαλούντων. ὡς τὸ βατταρίζειν, καὶ τραυλίζειν, καὶ ψελλίζειν. i. Arbitror autem τὸ Barbarum conficto nomine dictum eſſe de illis, qui difficulter, aſperè, ac duriter loquerentur, ut τὸ βατταρίζειν &c. Ex hoc igitur loco colligimus, qui δυσεκφόρως λαλοῦνται. i. Difficulter loquuntur, dici ſolitos βατταρίζειν. Qui σκληρῶς, i. aſperè τραυλίζειν. Et qui τραχέως. i. duriter ψελλίζειν. Quæ uitia a nobis quoque ἑλληνικῶς exprimi ſolent: prima enim uox redditur *Tartagliare*, vel *Balbettare*: altera *Trogliare*, quæ inter alia loca paſſim vſurpatur in Agro, quem dicimus Vallis Arni: Tertia *Scilinguare*; vnde *Scilinguagnolo* appellatur uinculum neruoſum ſub linguâ, quod, teſte Aeginetâ lib. 6. cap. 29. Græci ἀγκυλόγλωσσον dicunt. Si plura deſideras, uide Parœmiographum in Adagio βατταρίζειν.

Tartagliare. *Trogliare.* *Scilinguare.*

Ω

Vono. ᾠόν. *Vono*. i. ouum. Vnde τὸ λευκὸν τοῦ ᾠοῦ. Ariſtot. & ᾠοῦ παχὺ, καὶ λευκόν. Trallia. ληξιαρχικὸν alijs, vt notat Budę. quod Albumen oui Plinio, & nobis *Albume*. Oui candidum Celſo. Oui albor Palladio, Et nobis *Chiara d'uouo*. Nota etiam τὰ χρυσᾶ τῶν ᾠῶν, uel πυῤῥά. *Roſſi d'uoua*. i. uitelli. Vtraque apud Athenæum. χλωρὸν τοῦ ᾠοῦ. apud Hippocratem; quod Plinius oui luteum. ὦχρον alijs, vel λέκιθος, de qua meminit Euſta. in Odyſſ. Η. Nos *Tuorlo*. Hæc maximâ ex parte ſunt apud Victo. Var. lect. lib. 38. c. 4. & Rober. Conſtant. in Supplem. Adag. *Auere voua, o pulcini*. i.

Oua,

Oua, vel pullos habere, dicuntur illi, quibus uel grauida est uxor, vel infantuli in cunis lactantur.

ὤχρα. *Ocria.* Terræ genus, ex qua faciunt pictores colorem notissimum. Ocria.

Dictiones, quæ vel iuxta Etymologiam, vel iuxta sententiam Græcis optimè respondere videntur.

Abbienti. ἔχοντες. i. diuites, opulenti. Nostra a bonis auctoribus sæpius usurpatur.

Ageuolare. ἐξευμαρίζειν. i. facile reddere.

Allungarsi. μηκύνειν. i. sermonem producere. Apud Demetr. t. 71. Et, qui sermonem producit, μακρὸν. i. longum appellari, testis est idem; contex. 87. & Et Philemon Comi.

τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἕν,
μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ᾽ εἴπῃ συλλαβάς. idest.
Eum, qui nihil opportunè dicit,
Longum existima, vel si duas tantùm syllabas pronunciauerit.

Quem nos quoque dicimus *Lungo.* Lungo.

Arista a nomine ἄριστον, quod optimum significat.

Ateista a uoce ἄθεος, quæ impium, ac sacrilegum sonat.

Auello. Alij dicunt quasi ἄβιον, quòd corpus sine vitâ retineat. Alij quòd velet cadauer. Sed mihi magis arridet, ita nuncupari, vel ἀπὸ τοῦ ἀβέλλου, quod humile; vel ἀπὸ τοῦ ἀβέλλειν, quod circundare significat.

Adocchiare. ἐποφθαλμιάζειν. i. Oculos in aliquem conijcere. Nostrâ utitur Dan. Parad. cant. 25. Vulgò etiam dicunt *Aocchiare*.

Baleno. ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod est immittere, seu iaculari. Vnde etiam deducitur

Balestra, quàm Latinè Ballistam vertunt.

Bambino a βαμβαίνειν, quod est balbutire, illius ætatis proprium. i. Infans, puerculus. Adag. *Voler bene al bambino per amor della balia.* i. Diligere infantem nutricis gratiâ. Quando quis alterum alterius caussâ beneuolentiâ prosequitur.

Banda, & *Bandiera* credo deductas esse a uoce βάνδον, de qua Suidas οὕτω καλοῦσι Ρωμαῖοι τὸ σημεῖον τοῦ πολέμου. i. Ita uocant Romani signum, quo utuntur in bello: cum quo concordat Procopius, inquiens; Bandophorum a Romanis signiferum appellatum. Mecum facit Alciat. Prætermis. lib. 1.

Bandito autem, (qui etiam *Sbandito* quandoque dicitur) & *Bando*, ex eiusdē sententiâ lib. 2. cap. 2. Parerg. non hinc, sed potius originem traxit a nomine Abannatio (a Græcis, auctore Eustathio, dicitur ἀπενιαυτισμὸς) quod est unius anni exilium. Huc spectant Adagia. *La bandiera vecchia fa onore al Capitano.* Ioco dicitur ab eo, qui se excusat, quòd pannis obsoletis, ac maximè contritis obsitus sit, *Lo sbandito corre dietro al condannato.* Quando quis ab illo consilium, atque auxilium petit, qui neque consilij locum habeat, neque auxilij copiam. *E' và il bando da sua parte.* Idē illi. *E' gouerna a bacchetta.* i. Supremam habet potestatem; Nihil non potest. Bando.

teſt. Sed nota, *Bando* in hoc adagio non habere eandem ſententiam, ac ſupra: hîc enim valet edictum, ſeu decretum. *Mettere in bando.* i. Procul expellere. Petrarcha.

Tutto'l viuer paſſato ho meſſo in bando.

Baroni ſunt generoſi, inſignéſque viri; de quibus Baldus in cap. Innotuit. De electio. qui iuxta Alciati ſententiam lib. 5. cap. 16. Parerg. ſic dicti ſunt a quibuſdam Hiſpaniæ populis, qui Βηρῶνες appellantur a fluuio, cuius etiam Martialis mentionem facit. Hi principibus olim excubias facere ſolebant, vt è Iulij Cæſaris lib. 4. Bello. Ciui. accipitur: Caſſius ſemper Verones, complureíſque euocatos cum telis habere conſueuerat. Iidem iuxta linguam communem Verones, Barones verò Doricè vocantur. Dicerem, de his meminiſſe etiam Ciceronem, ſed contextus varij ſunt; in hac autem materiâ certis opus eſt teſtimonijs. Non diſſimulabo tamen, quæ ſcripſerit de illis Iſidorus Orig. lib. 9. capit. 4. Mercenarij ſunt, qui ſeruiunt acceptâ mercede: ijdem & Barones Græco nomine, quòd ſint fortes in laboribus &c.

Baſtagio. *Baſto.* i. clitellæ. *Baſtagio.* vox Neapolitanorum propria. i. baiulus, gerulus, baſtagiarius: Qua uoce utitur Imperator in l. quod ad præſens, C. de
Figlio. Murilegulis. lib. 11. (a nobis vulgò dicitur *Figlio*, vel, *Facchino*, cuius di-
Facchino. ctionis talem afferunt Etymologiam; *Fachino.* i. Qui ſe facit inclinatum)
Imbaſtare. & *Imbaſtare*; hoc eſt clitellas imponere: omnia fiunt a verbo βαστάζειν, quod portare, baiulare, ſeu ſarcinas geſtare ſignificat. Adag. Quando aliqui ſibi alter alteri obtrectant, dicimus. *E' ſi rodono i baſti*. Et, qui e.g. diſputando, ſuas rationes optimas, alterius verò inaneis eſſe conantur oſtendere, dicuntur; *Strignerſi i baſti addoſſo*.

Bizzarro ἀπὸ τοῦ βρίζειν, quod inter alia impetum facio, ac deprimo ſignificat.

Bombarda. a nomine βόμβος. i. bombus, uel a verbo βομβεῖν. quod eſt bombum edere.

Boſco. Quemadmodum Latini nemus ἀπὸ τοῦ νέμειν. i. a paſcendo dixerant; ita Etruſci ſuam dictionem formârunt ἀπὸ τοῦ βόσκειν, quod idem valet. Adag. *La fame caccia il lupo del boſco*. Hoc ſignificamus, famem ad multa impellere facinora; vnde Virgil. eam appellat maleſuadam.

Brace ἀπὸ τοῦ βράζειν. i. a feruendo. Latinis eſt pruna, quam a perurendo dictam uolunt. In Homœoteleuto poëticæ libertatis gratiâ dicitur etiam Bragia Dantes; Inf. Cant. 3. *Caron Dimonio con occhi di bragia*. Adag. *E' ç'è più fummo, che brace*: ſimillimum illi Græcorum; πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι. i. Multi thyrſigeri, pauci verò Bacchi. De quo Paræmiogra.

Calcedro quaſi χαλκήδριον. i. χαλκήρες ὕδριον. s. aerea ſitula. Vox Itala a Bononienſibus hodie vulgò uſurpatur.

Camato a voce κάμαξ, quæ perticam ſignificat.

Capitale a κεφάλαιον, quod eſt caput.

Cappa ἀπὸ τοῦ σκέπειν, quod valet tego, ſeu operio.

Carbonchio, ἀνθρακίτης, vel ἄνθραξ. i. carbo. Latinis carbunculus.

Cataſta ἀπὸ τοῦ καταστῆσαι, quod eſt conſtituere, ac congerere. Noſtra eſt
Accataſtare. ſtrues, lignorum congeries. Hinc *Accataſtare*, hoc eſt congerere, atque coagmentare.

Cata-

Cataletto ἀπὸ τοῦ καταλέγεσθαι, quod valet dormire, uel requiescere. *Cataletto* est feretrum, loculus, qui etiam *Bara* nuncupatur. *Bara.*

Catafalco est nobis machina quædam, quæ in Magnatum inferijs in ædibus sacris magno apparatu erigi solet; ἀπὸ τοῦ κατὰ, & φάλαγγος, de quo supra.

Cauterio ἀπὸ τοῦ κεκαῦσθαι, eo quòd sæpius combustione fiat. Vulgò *Rottorio*, vel, *Fontanella* dicitur.

Cedola a nomine σχεδάριον, quod est libellus, seu pugillar. Alij deducunt a schedulâ.

Cena a dictione κοινὴ. i. communis. Facit mecum, rationémq; reddit huius Etymi Franciscus Bonamicus in suo Tractatu de Aliment. lib. 3. cap. 40. cui viro, quæ mihi pauca de Philosophiâ cognita sunt, omnia accepta refero.

Cionno, & *Cionnino* vox infimatum a verbo κωνὶς, quod urceolum significat.

Cipolla a nomine κεφαλὴ, quod est caput. Græci κρόμμυον: & Latini cæpe, vel cæpam dicunt.

Combattere a solo, a solo. μονομαχεῖν. Singulari certamine pugnare. *Far duello.*

Comune κοινὸν. i. commune: reperitur. n. in hoc quoque sensu apud Latinos Commune. Hora. lib. 2. Od. 15.

Priuatus illis census erat breuis;
Commune magnum.

Nugas egero, si docere coner pluribus, Græcis κοινὸν Ἀσίας, Σικελίας, Βιθυνίας Λυκίων, Κυπρίων dici; & ea Latinos reddere, Commune Asiæ, Siciliæ, Bithyniæ, Lyciorum, Cypriorum. Hæc Ianus Gulielmius in Commentario Plantinarum Quæstionum in Mili. Glori. cap. 6.

il Consiglio ordo ciuium de Rep. deliberans. βουλὴ appellatur ab Aristotele lib. 4. de Repub. ut etiam ibi notat Victorius.

Dispensiere. δαίτρος, uel ταμίας. Promus, uel condus. Nos a dispensando; Græci a diuidendo; & Latini a promendo, vel condendo. Est autem unius, & eiusdem personæ officium, cibos præparare, in parteis distribuere, ac singulis accumbentibus suam portionem assignare. Hinc *la*

Dispensa ταμεῖον ἀπὸ τέμνειν, quod est diuidere, ac dissecare. Latini Promptuarium.

Doccia a δόκος, quæ trabem oblongam, nec admodum latam significat. Alij hinc deducunt *Doga*. De qua nos alibi. *Doga.*

Donneggiare γυναικίζειν. i. gestu, atque cultu mulierem repræsentare.

Eclissare ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, μ. Verbi ἐκλείπω, quod valet deficio.

Esercizio. i. ars, ut. *Che esercizio fa?* In hanc sententiam vsurpauit ἄσκησιν Lucianus, inquiens; τίνα τὴν ἄσκησιν ἐπαγγέλλεται. i. Quam artem profitetur? vel, ut dixit Cicero; Quanam arte confidit?

l'Essere, l'auere, i. fortunæ, seu peculium, a uoce τὸ ὑπάρχον, quæ idem sonat. A Claudio lib. 7. referente Nonio, & a Plauto in Prologo Truculenti vsurpata fuit habentia, quæ est substantia, οὐσία.

Fellonia ἀπὸ τοῦ φήλωσις, vel φήλωμα, ut inquit Cuiacci: in Comm. in Pri. de Feudis Titu. 2. vbi de voce Feloniâ in Feudis vsitatâ.

Fiaccola ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est ardere, seu comburere.

Fiera ἀπὸ τῆς φορίας deducit Picardus: φορία verò abundantiam significat. Nostra valet, quod Latinis nundinæ. Græci πανήγυριν dixerunt, & Cice-

ro

ro Mercatum uertit. Adag. In hominem tardum, & qui ſemper rebus peractis, aduenįat: *E' non ſarebbe a otta alla fiera a Lanciano*. Vulgariter enim dictitant, hoc mercatum tredecim menſeis durare, quaſi anni ſint plurium duodecim menſium. Ioculariter hoc dicitur, ut illud; *E' matto tredici meſi dell'anno*. De quo alibi.

Fratta ἀπὸ τοῦ φράττειν. i. a ſepiendo. Noſtra eſt ſepes quædam. Hinc, *Egli è per le fratte*. De eo actum eſt. Perijt. Terent.

Galante. i. benemoratus, venuſtus. Vult Perionius fieri a nomine καλὸν.

Giardino ἀπὸ τοῦ ἰαρδεύειν, quod eſt irrigare, ſeu adaquare. Noſtra verti poſſet Pomarium, ſeu violarium.

Giuſtizia præter uſitatam ſignificationem accipitur pro pœnâ (ut δίκη apud Græcos) & pro ſupplicio. Vnde; *Giuſtiziare vno*. i. De aliquo extremum ſupplicium ſumere.

Gruppo ἀπὸ τοῦ χρίμπτειν, quod inter alia eſt appropinquare, vel admouere.

Guaſtada a voce γαστροειδὴς, quæ ſignificat, In formam ventris formatum. Anglarenſis deducit a Syriacâ *Gaſtar*. i. Phialâ.

Guſo. i. bubo a κοῦφος, quod eſt leuis; ob eius leuitatem, inquit Varchius, cum in eo nihil ſit præter uocem, & plumas.

Imbeſtiarſi. Dantes de Paſiphaë Purg. cant. 26.

Che s'imbeſtiò nelle 'mbeſtiate ſcheggie.

Item *Indracarſi*, Parad. cant. 16.

L'oltracotata ſchiatta, che s'indraca.

Hæ voces non videntur exemplo carere. ἀποδενδροῦσθαι enim dixit Philoponus ex Plotino in Comment. in lib. Ariſto. de Animâ, quæ valet; arborem fieri; & nos fortaſſe dicere poſſemus *Inalberirſi*. Arboreſcere dixit Plin. lib. 9. agens de maluis.

Impoluerarſi. ἐγκονεῖν. i. Puluerulentum fieri.

Inchioſtro a verbo ἔγχειστον, quod illitum, atque inunctum ſignificat. Alij ab ἐγκαυστὸν, ſiue ἔγκαυστον, quod eſt inuſtum. Latinè dicitur atramentum. Adag. *Raccomandar di buono inchioſtro*. i. Commendare de meliori notâ. *Il tuo inchioſtro non corre. Il tuo inchioſtro non tigne*. Quo ſignificamus, aliquem apud quempiam nihil vtilitatis poſſe præſtare.

Indiarſi. ἐνθειάζεσθαι. Dei, vel diuini participem fieri. Vtitur Dantes Parad. cant. 4.

Laico ἀπὸ τοῦ λαοῦ hoc eſt a populo. Noſtra eſt Profanus ſacri ἀντίθετον. De hominibus tantùm.

Magari, frequens Venetorum vox. q. dicant, μακάριον. i. beatum. Significat enim; Vtinam ita ſit. Hoc faxit Deus.

Maccheroni a nomine μακαρία, quod iuxta Heſychij ſententiam ſignificat βρῶμα ἐκ ζωμοῦ, καὶ ἀλφίτων. i. Pulmentum, ſiue edulium ex iure, & farinâ. Μεταφορικῶς Plumbeum, atque inſipidum hominem appellamus *Maccherone*.

Maccherone. (margin)

Maneggio ἐπιχείρημα. i. aggreſſio. Noſtra valet Negocium, vel rem, in hac ſententiâ. *Queſto è un gran maneggio*. Eſt negocium magni ponderis: Eſt res, quæ magnam flagitat curam. Sed, ut verè dicam, non poſſum ſatis explicare. Hinc

Maneggiare, μεταχειρίζεσθαι quod eſt, In manus ſumere, manibus uerſare, tractare. Extat apud D. Gregor. ὅτε τὴν ἑξαήμερον μεταχειρίζομαι. i. Cum Hexa-

Hexæmerum in manus ſumo, vel, manibus verſo ἐν χερσὶν ἔχω, ut etiam, nos; *Ho in mano*. Dicitur & χειρίζειν, & διαχειρίζειν.

Menare a mano. χειραγωγεῖν. i. manu ducere, vel manu regere.

Meſtruo, καταμήνιον. i. menſtruorum profluuium, quod ſingulis menſibus accidere mulieribus ſolet.

Micidiale. ἀνδροφόνος. i. Homicida.

Migliorare. βελτιοῦσθαι. i. meliorem fieri.

Mottetto. Cantionis genus, quod a nonnullis dicitur modus, ſiue modulus. Fieri volunt ἀπὸ τοῦ μυθεῖν.

Naſcenza. ἐμφύσημα. Inflatio. Nos etiam *Enfiato*. *Naſcenza*. dixit Boccaci. Fabu. 45. De Græcâ agit Galenus Meth. Medi. lib. 14. c. 4.

Nauicella. κύμβιον poculi genus, de quo Pollux, & alij.

Orecchini. ὠτίδες. Inaures.

Paladino. a παλαχῖνος, quod eſt Bellicoſus.

Paliſcalmo, qua non ſemel vtitur Bocca: quæ etiam dicitur.

Paliſchermo genus eſt agillimæ nauiculæ, quæ vulgò *Schifo* dicitur. Scapha, linter. A πολύσκαρθμος, quæ peragilem ſignificat.

Paragone vox multiplex ἀπὸ τοῦ παράγειν. Alibi in Italiâ dicitur *Parangone* à παραγκωνίζεσθαι. Vnde *paragonare*. i. comparare, conferre. Galli.

Piaſtra ἀπὸ τοῦ πλήσσειν. i. A percutiendo.

Piatto, *Di piatto*. In enſe tria in propoſito noſtro conſidero, cuſpidem, aciem, & partem latam, ſeu planam, qua percuti quidem, ſed feriri non poteſt. Hæc vltima dicitur a nobis *piatto*, a voce πλάτος, quæ latitudinem ſignificat. Hinc etiam inditum eſt nomen ruderum fruſtis, quæ ſint lata, nec admodum craſſa; appellantur enim a noſtris cæmentarijs *Piatèe*, vt cum dicunt, *Spiccarſi piatèe*; quod aliter *Caſcar lo'ntonaco*; & vno verbo; *Scanicare*. Sed hæc opportuniùs in Dictionario. *Piatea*. *Scanicare*.

Pena per dolore, e fatica. i. pro dolore, ac labore. Et

Penàre in hanc ſententiam. *E' vi penò tre di*. i. In eo tridui laborauit. Excellentiſſimi illi viri (Deputati vulgò dicuntur) qui notas in Boccacium conſcripſerunt, ἀπὸ τοῦ πόνος, & πονεῖν, quæ laborem, ac laborare ſignificant, fieri volunt. Alij hanc ἀπὸ τοῦ πένεσθαι, & illam a pœnâ Latinâ, vel ποινὴ Græcâ originem traxiſſe πιθανῶς arbitrantur.

Pouero a παῦρος, quod paucum ſignificat; quia pauperi pauca ſunt.

Raccapitolare. ἀνακεφαλαιοῦν. i. In ſummam ſubducere, colligere. Vnde

Raccapitolazione. ἀνακεφαλαίωσις. Epilogus, peroratio, in ſummam collectio.

Riceuitori. Sic dicuntur Hieroſolymitanorum equitum Quæſtores, ſiue Exactores ab vſu Græcorum, de quo meminit Ariſtotel. in 6. de Rep. ἀποδέκται enim dicebantur, qui publica vectigalia exigebant. Victori. ibidem.

Scapezzare. Decapitare. ἀποκεφαλίζειν, δειροτομεῖν, καρατομεῖν, κεφαλοτομεῖν (quod Phrynico non probatur, quamquam vſurpauerit Theophraſtus) i. caput amputare. Dicitur etiam παραφραστικῶς, *Mozzar la teſta*.

Schermo. i. Defenſio, ſeu munimen. A χέρμα, quod eſt lapis, ſeu telum.

Sguiſciare a nomine γλισχρὸς, quod inter alia ſignificat lubricum, ſeu viſcoſum.

Soma. i. ſarcina a σῶμα, quod corpus ſignificat.

Solleuare. i. concitare, ſeu commouere, vt *Solleuare il popolo*; Populum concitare.

citare. Quod Græcis interdum ſignificat μετεωρίζειν.

Signoreggiare. κυριεύειν. i. Dominari.

Spaderella dicitur a nobis ea herba, quæ vocatur a Græcis ξίφιον. i. Gladiolus.

Spago ἀπὸ τοῦ σπᾶν. i. a trahendo. Noſtra valet filum tenue ex cannabe contortum. Adag. *Chi ha ſpago, aggomitoli.* i. Qui ſibi criminis conſcius eſt, in pedes ſe conijciat. Qui alicui culpæ eſt affinis, fugæ ſe dedat.

Spogliatoio ἀποδυτήριον. i. locus, vbi capſarij in balneis conſtituebantur. Cuiacci. Obſerua. lib. 5. cap. 8. Spoliatium videtur poſſe dici Latinè.

Squola ἀπὸ τοῦ σχολή, quod eſt ocium.

Stucchevole. καταχορής. i. ſatietate plenus, tædium afferens: dicitur etiam *Sazievole.* Græca in hoc ſenſu eſt apud Demetri. contex. 129.

Suſtanzie. Quod a Latinis intelligitur ſub nomine peculij, vel fortunarum, dicitur interdum a Græcis οὐσία: Vnde noſtri patrimonium, & vniuſcuiuſque bona appellant *Suſtanzie.*

Tarocchi a voce ἑταρόχοι, qua denotantur ſodales illi, qui cibi cauſsâ ad luſum conueniunt. Hæc Alcia.

Tonnina a nomine θύννος, quo appellatur piſcis prægrandis.

Trottola a voce στρεπτὸς, quæ vertibile, vel mutabile ſignificat. *Barberare* dicitur hoc inſtrumentum, quando indirectè, atque inæqualiter uoluitur, a verbo, vt cenſeo, βαρβαρίζειν. Sed hæc fortaſſe nimis exquiſita.

il Trouato. ἐξεύρημα. i. inuentum, commentum, ut apud Sophoclem in Oedip. Tyran. Κρέοντος, ἢ σοῦ ταῦτα τὰ ἐξευρήματα; i.

An eſt Creontis, an tua hæc inuentio?

Valletto. i. puer, ſeruulus. ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Galli. Alij cenſent, dictum eſſe, *Valletto.* q. *Vaſſalletto.* Ego nihil iudico.

Veltro. i. canis venaticus ἀπὸ τοῦ βελτέρου, eo quòd inter canes melior, ſeu præſtantior ſit. Alij dictum volunt a velocitate.

le Vergogne. i. tam fœminæ, quàm maris pudenda, ſeu verenda vnico verbo dicimus, vt Græci τὰ αἰδοῖα.

Villani. Qui a Latinis inhumani, auari, ac ſordidi appellantur, nuncupari ſolent a nobis *Villani*: quæ vox, ſi Celtopædiæ ſcriptori credimus, a dictione βλεννὸς, vel βλεννώδης originem deduxit. *Villani* etiam dicuntur a nobis ruſtici, ſiue agricolæ; quos, auctore Feſto, antiquiores Romani Petrones a petrarum aſperitate nominabant. Quod etymon optimè congruit cum priori ſignificantiâ vocis *Villani.*

Dictiones, quæ per figuram, aliqua ſcilicet mutatione facta, è Græcis Florentinæ effectæ ſunt.

Quemadmodum cunctarum rerum copiâ Etruſca lingua cæteras omneis antecellit, vel ſaltem locupletiſſimas quaſque æquiparat, ita uerborum pulcritudine, ac ſuauitate nulli, niſi me φιλοπατρία decipit, nec antiquæ, nec recentiori concedit. Quamquam igitur multas dictiones a Græcis, & quàm plurimas a Romanis deſumpſerit, eas tamen ſic eleganter ſuas effecit, ut, ſi quis non rectè obſeruat, vix illud ſentire poſſit. Proferentur

tur hoc in loco a me exempli caussâ nonnullæ, quas ipsa a Græcis mutuata, si quid asperi, vel rudis præseferre videbantur, penitus sublato, quasi edolatas, benéque perpolitas iam olim suâ ciuitate donauit: in qua semper floruerunt, & hoc tempore maximo apud omneis in honore sunt. Vt autem istud efficeret, ad opportuna confugit remedia, clariores nempe figuras, ut vocant; per quas optimè sui voti compos effecta fuit. Aut itaque dictionis literam immutauit; aut literam, syllabámve addidit; aut easdem detraxit; & hoc fecit modò in principio, modò in medio, & modò in fine dictionum. In aliquibus etiam, quatum tamen multas non obseruaui, pudenter syllabas inter se transposuit. Enallage uerò, qua Romani quoque multas ex Græcis sibi asciuerunt, esse solet mutatio Aspiratarum, quas dicunt, in suas Tenueis, vel Medias, & alicuius Vocalis, vel Diphthongi in suas cognatione propinquas. De quibus si exquisitam cupis doctrinam, ac perfectam, certámque intelligentiã, consule Caninium in suo Hellenismo: mihi enim satis est, ex omni sermonis Italici venustatum specie apis instar aliquid delibare; vnde tanquam ex imperfecto typo ipsius viua imago sic satis coniectari possit.

Aliquot dictiones per Prothesin, Epenthesin, vel Paragogen. i. Quibus in principio, medio, vel fine aliquid additum est.

ἄλλοτε. *Allevolte.* i. interdum. *Allevolte.*
βαρδὰς. *Bardassa.* i. cinædus. *Bardassa.*
θηριακή. *Vtriaca.* i. theriaca. *Vtriaca.*
θολεῖν. *Ronigliare.* i. Turbare. *Ronigliare.*
κυκλόειν. *Accerchiare.* i. Circumdare, uel quasi circulo aliquem undequaque concludere. *Accerchiare.*
ματίζειν. *Domandare.* i. Inquirere. Perioni. *Domãdare*
πατριάζειν. *Patreggiare.* i. Patrem moribus referre. *Patreggiã.*
πιάειν. vel πιάζειν. *Pigliare.* i. capere. *Pigliare.*
πρώκτον. *Poltrone.* i. Ignauus, iners. Celtopæ. Auc. *Poltrone.*
ῥαβάσσειν. *Arrabattarsi.* De quibus vocibus sic Victor. Var. lect. lib. 16. cap. 16. *Arrabattarsi.*
Arrabattarsi uulgò dicimus de quopiam, qui, nulli labori parcens, rem suam procurat angustam: eo enim verbo intelligitur festinatio quædam, crebérque motus corporis. Græcis quoque ῥαβάσσειν idem valet, vt testimonio veterum Grammaticorum intelligitur; quorum nonnulli affirmant significare, sursum, deorsúmque cursitare; alij autem sonitum edere, streperéque manibus, & pedibus. Hæc Victo.

ῥάκος. *Straccio.* i. Vestis pannosa, atque attrita. Quamuis autem Perionius, hinc deductum velit, quod a nobis dicitur *Drappo*. i. tela sericea; magis tamen videtur nostra dictio maternam seruâsse originem. Et Eustath. in Φ. Ilia. describens ludum illum puerilem vulgò dictum, *Mosca cieca*, ῥάκος dicit pro fasciâ, qua ligantur oculi: vnde nostra coniectura non parum adiuuatur. Non me tamen fugit, Venetijs omnem vestium speciem nuncupari *Drappo*. *Straccio.*

Tauola. τάβλα, vel ταύλη. *Tauola.* i. Tabula lusoria.

Scaramuc. χάρμη. *Scaramuccia.* i. leue prælium, & quasi præludium. Perio.

Oca. χὴν. *Oca.* i. anser. Iuncto articulo ὁ, ut si dicas ὁχὴν, ut Virgilianum Inarime; Notat Casteluetrus. Non me latet, Caninium deductam velle a voce Syriacâ *Auza.* Sed de vtriusque coniecturâ iudicent docti. Adag. De eo, qui in puerili ætate optimis erat moribus, in adultâ verò pessimus est, dicimus: *Buon papero, e cattiu'oca.* Quando significare volumus, celeritate opus esse, nec diutius esse immorandum, eò confugimus. *E' non è tempo da dar fieno a oche.*

Nonnullæ dictiones per Aphæresin, Syncopen, vel Apocopen. i. Quibus ex principio, medio, vel fine aliquid detractum est.

Gallegg. ἀγάλλεσθαι. *Galleggiare.* i. Gestire, atque exultare.

Aggio. ἀλλαγή. *Aggio.* i. collybus. De hac voce Iuli. Poll. lib. 3. c. Θ. ἀργυρίου ἀλλαγή, ὁ καλούμενος κόλλυβος. Et lib. 7. cap. Λ. καὶ ὁ νῦν κόλλυβος ἀλλαγή. Et Alci. Parer. p. cap. 45.

Anca. ἀγκάλη. *Anca.* quæ & *Gallone.* i. Ile latus. Dictio Græca significat vlnam. Alij dictam volunt *Anca* quasi ansam.

Bottega. ἀποθήκη. *Bottega.* i. Taberna, vel officina.

Mandorlo. ἀμυγδάλη, & ἀμύγδαλον. *Mandorlo, & mandorla.* i. Amygdala, & amygdalum. Adag. Quando aliquis est irâ percitus, &, vt fertur, in fermento iacet, vulgò dicitur. *Egli arrabbia, com'vn picchio sur vn mandorlo.*

Ragno. ἀράχνης. *Ragno.* i. araneus. Vnde Rete illud notissimum dicitur *Ragna*; quoniam fortasse similitudinem aliquam ἀράχνης. i. Araneorum telæ præseferat.

Traccia. ἀτραπός. *Traccia.* i. Ferarum vestigium. Vox Græca inter alia significat tramitem. Galli.

Limosina. ἐλεημοσύνη. *Limosina.* i. Id, quod pauperibus, stipem cogentibus, pietatis ergò tribuitur. Sacri Scripto. verterunt eleemosynam.

Conio. εἰκόνιον. *Conio.* i. Monetæ forma, seu impressio. Dan.

Pagando di moneta senza conio. Parad. cant. 29. Hinc

Coniare. εἰκονίζειν. *Coniare.* i. Monetam percutere, seu Monetæ figuram imprimere. Vtitur Dan. Inf. Cant. 30.

Pazia. ἀπαθεια. *Pazia.* i. insania. Notat Cani.

Romito. ἐρημίτης. *Romito.* Ille scilicet, qui in loco solo, & aspero cœlibem uitam degit.

Abbassare. καταβιβάσαι. *Abbassare.* i. Deprimere, dempto κατ, si Perionio credimus.

Grofano. καρυόφυλλον. *Grofano.* i. caryophyllum. Vnde inter cætera de homine, qui paruo quidem corpore, sed totus sapientia sit, dicere solemus. *Egli è vn Grofanino.*

Parlare. παραλαλεῖν. *Parlare.* i. loqui, seu uerba facere. Hinc *Parabolano.* i. confidens; ac uerbosus παράβολος. Et *Parola*, quod Græci ῥῆμα, uel, ἔπος. Canini: tamen, hac deductione reprobatâ, uult prædictas omneis à παραβολῆ originem trahere.

στοιχίζειν. *Steccare*.i. Circumuallare. De qua sic Victorius Vari. lect. lib. 32. cap. 16. Maiores nostri, cum operibus cingere oppidum aliquod significare uolebant, Græco uerbo utebantur. Quod in patrium nostrum sermonem transijt; dicebántq; *Steccare*; Cætera uide ibi. Steccare.

πλαθάνη. *Piattello*.i. patina. Picar. Piattello.

πρεσβύτερος. *Prete*. i. vt vertunt sacri scriptores; Presbyter. Adag. Quando aliquis mortuus est, vulgus, siue popellus quasi αἰνιγματῶδες inquit. *Egli è ito a guardar l'oche al Prete*. Prete.

Non uidetur illud silentio prætereundum, quemadmodum Græci, ac præsertim poëtæ adimunt syllabam in fine alicuius dictionis, dicentes δῶ pro δῶμα, vt inter alios persæpe Homerus, ita & nostros, vt, *ve'*, *vo'*, *mo'*, *me'*, *fe'*, *co'*, *ca'*, *fi'*. & similium pro *vedi*, *voglio*, *modo*, *meglio*, *fede*, *capo*, *casa*, *figliuolo*.i. vide, volo, modo, melius, fides, caput, domus, filius. Quibus vtitur Dantes. Addo, Romanos quoque hoc imitatos fuisse: dixerunt enim pa' pro parte, po' pro populo, vel pro potissimum; coil pro cœlum; & do pro domum. Pa pro parte, & po pro potissimùm (aliter populo) positum est in Saliari carmine. Festus. Diuom domus altisonum coil. Ennius. Endo suam do. Idem apud Victorinum, vbi agit de Versu. Si plura de istis desideras, legito, quæ notat Paullus Merula in suo Commentario Ad Incerta Ennij Fragmenta. Osci, quorum linguam callebat Ennius, Dores sequuti, extremas vocum parteis abscindebant, vel dimidiatas voces usurpabant pro totis; &c. Hæc Merula; & inibi affert multa exempla, atque auctoritates.

Dictiones per Metathesin. i. Quibus litera, vel syllaba transposita est.

ἅλς. *Sale*. i. Sal. Sale.

ἄρδις. *Dardo*. i. telum, vel sagitta. Vox Græca ipsam teli cuspidem significat. Dardo.

βάραλος, vel βραδὺς. *Balordo*. i. stupidus, bardus. Balordo.

ἐρκάνη. *Guardia*. i. custodia. Per Aphæresin, ac Metathesin, ut uult Perioni: Nos de hac lib. 4. Guardia.

λαγών. *Gallone*. i. ile, latus. Vde Anca. Gallone.

μορφή. *Forma*. i. forma. Vnde *Formare* μορφοῦν. Forma.

ὀκχὴ. *Cocca*. i. crena: Perio. Dan. Inf. Cant. 12. Cocca.

Chiron prese lo strale, e con la cocca
Fece la barba in dietro alle mascelle.

σάκτα. *Tasca*. i. pera. Tasca.

συνείδησις. *Sinderesi*. i. Conscientia. Nostrâ frequentissimè utuntur nostri Theologi concionando. Sinderesi.

Colle-

Collectas hoc in loco affero quaſdam dictiones ad breue exemplum, quæ, & ſimpliciter, & ἀκύρως, ſeu μεταφορικῶς apud Græcos, & apud nos idem valere comperiuntur.

Luogo. χωρίον. *Luogo.* i. locus. Omnibus pro loco, ſitu, vel regione, & pro ſcripturarum membro, vel ſententiâ. ἐπαγνοὺς αὐτῷ τοῦτο μάλιςα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς. *Auendogli letto particularmente queſto luogo di ſcrittura*. i. Cum hunc potiſſimùm Epiſtolæ locum ei legiſſet. Luc. 1

Mano. χεὶρ. *Mano.* manus. Omnibus inter cætera pro cœtu, ac multitudine. *Vna mano di giouani.* Iuuenum manus; Virgil. Aen. 6. Et Iureconſul. in l. Metum autem præſentem. in princ. & alibi in Titu. π. Quod metus cauſ. Exempla Græcorum vulgatiſſima ſunt. De illo etiam ſignificatu, de quo Pollux afferens exemplum dixit χεὶρ ςρατιωτικὴ, conuenit inter nos, & Græcos; dicimus enim *Il braccio militare.* i. manus militaris. **Braccio militare.** Quòd autem χεὶρ pro toto brachio accipi ſoleat, vide, quæ attulimus in ſecundo libro, agentes de ſyntaxi imperfectâ in exemplo χειροβίωτος. Tettio loco adnota. Χεὶρ ſignificat quoque hominis ſcripturam, ſiue chirographum. Et nos dicimus *Mano*, ut *Io ho ſcritto di mia mano* ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ. D. Paulus ad Gala. cap. vltimi. Et Cice. ad Atticum; Noſtri familiares ſignum requirent, aut manum. Et alibi; Omnes erant ipſius manu. Si plura deſideras, vide Pet. Vic. Var. lect. lib. 18, cap. 10.

Mortale: βροτὸς. *Mortale.* i. mortalis non ſolùm ἐπιθέτως, ſed plerunque ſubſtantiuè ſumitur.

Peſce. ἰχθύς. *Peſce.* i. piſcis. Hæc dictio nobis, & Græcis non ſolùm tale animal ſignificat, ſed locum etiam, vbi venundari ſolet, vt de ſuâ teſtatur Euſtath. In Odyſſ. Θ in princ. Romani appellabant Forum piſcarium.

Pellegrino. ξένος. *Pellegrino.* i. peregrinus, ſiue hoſpes. Quæ vox vtriſque nouum, atque inauditum ualet. Exemplum Græcorum eſt apud Demetri. vbi de nominibus factis agit. ποιεῖ δ᾽ ἐ μάλιςα μεγαλοπρέπειαν, διὰ τὸ οἷον ψόφοις ἐοικέναι, καὶ μάλιςα τῷ ξένῳ. i. *E fanno grandiſſimamente il magnifico, per lo eſſer ſimili quaſi a ſtrepiti, ma in particulare per lo pellegrino.* Quem locum ita uertit Victo. Efficiunt autem maximè amplitudinem, quia tanquam ſtrepitibus ſimilia ſunt, & maximè ob peregrinationem. Petrar.

Leggiadria ſingulare, e pellegrina. Hinc Phraſis, *Auer del pellegrino.*

Tempo. χρόνος. *Tempo.* i. tempus; & ab utriſque pro ætate accipitur, ut cum dicimus; *E'non biſogna guardare al tempo.* Quod etiam dixit Hæmon Creonti apud Sophoclem in Antigo.

— εἰδ᾽ ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον, ἢ τἄργα σκοπεῖν. i.

Porrò egò
Si ſum iuuenis, haud tempus addecet magis
Conſiderare, quàm opera.

βλίτον, ſeu βλίτθον, olus, teſte Hermolao, betæ folijs. A Latinis blitum, ſeu blitus, quòd iners, & fatuum ſit, F. Pomp. Vnde Plautus in Truculento

Bliteam

Bliteam meretricem dixit. Et nos hominem stolidum, atque ignauum appellamus *Bietola*, *Bietolone*. Quin etiam Græci quoque verbo idem valente pro simili conuicio vtebantur. Laërtius de Cynico in eius vitâ: περιστάντων δὲ αὐτὸν μειρακίων, καὶ εἰπόντων, βλέπωμεν, μὴ δάκῃ ἡμᾶς, θαῤῥεῖτε, ἔφη, παιδία, κύων τεῦτλα οὐκ ἐσθίει. i. Circunstantibus se adolescentibus, ac dicentibus; caueamus, ne mordeas nos; Bono, inquit, estote animo, filioli, Canis betis non vescitur. Et ibidem; δύο μαλακῶν ὑποκρυπτομένων αὐτόν, ἔφη, μὴ εὐλαβεῖσθε, κύων τεῦτλα οὐ τρώγει. i. Cum duo molles se ab eo subducerent, Nolite, inquit, vereri, Canis betas non comedit. *Bietola.* *Bietolone.*

κριόμυξος, quasi veruecino mucco scatens dicitur stultus, & insipidus. *Castrone, viso di castrone*. Vsus est hac voce Cercidas mimographus, vt testatur Galenus Therapeu. lib. 6. Hic & βλεννόμυξος appellatur; quam vocem exponit Hesychius μυξώδη, εὐαπάτητον. i. Mucculentum, facilè deceptibilem. Nos quoque eumdem nuncupamus *vn Moccicone*. Plura vide in Adagio, Veruecceus. Addo insuper, λέμφον, quod apud Atticos mucculentum significare, notat Herennius Philon, prouerbiali tropo, teste Hesychio, atque Eustathio, dici hominem stupidum, ac nullius ingenij. *Castrone. Viso di Castrone. Moccicone.*

βούβαλος. i. bubalus. A recentiori Græcorum ætate dictus fuit homo crassæ Mineruæ, atque adeò indocilis. Vtitur Ioan. Tze. Locum prouerbio fecit animantis hebetudo. Parœmiogr. Nos quoque *Bufolo*. Et alibi idē auctor. βοΐδιον. i. bucula. Menandro dicitur homo fatuus, & ignauus, cuiusmodi etiam ἀμνοκῶν Aristophani vocatur, quasi νοῶν ὡς ἀμνός. i. Agninâ sapientiâ præditus: alioqui κῶν pecudem, seu ouem Cares vocant. Subnecte; *Bufolo.*

θαλάττιον πρόβατον. Planu. in vita Aesopi. θαλάσσιον πρόβατον. i. Marina ouis; Demetr. ubi agit, De Scommati. & exponit, ὁ μωρὸς ὁ ἐν τῇ θαλάσσῃ. i. Stultus in mari. Nos quoque stultos, siue ineptos interdum appellamus, *Pecora*. Et ad locum Demetrij notauit Petrus Segnius, simile esse, quod uulgo in ore est. *Bue d'India*; cum quo congruit etiam; βοῦς ἐνάλιος. i. Bos marinus. Refertur a Suidâ. *Pecora. Bue d'India.*

ὑὸς τύπος. i. Suis typus. In hominem inuenustum cui rictus suis instar protuberat: uel in stupidum, qui primore etiam fronte facilè præseferat, qualis sit. Eustathi. Nostrum uulgus in huiuscemodi iactat; *Viso di porco*. *Viso di Porco.*

Vnum, & idem verbum usurpatur a Græcis pro eo quod est scribere, ac pingere, ut notum est, nempe γράφειν. Et Petrar. cecinit in Tettradecasticho: *Amor con sue promesse, &c.*

E'l cor ne gli occhi, e ne la fronte ho scritto.

Ad huius verò imitationem, ut arbitror, in duplici significantiâ utuntur nostri τὸ *Leggere*. Nam propriè, quæ scripta sunt leguntur; picta autem aspiciuntur propriè, non leguntur. Et tamen extat apud nostros: *Leggere.*

Di fuor si legge, com'io dentro auampi. Petrar.

Ma spesso nella fronte il cor si legge. Idem.

Et. *A chi sa legger, nella fronte il mostro.*

Latinus quoque uidetur huc spectasse. Aenei. 6.

— quin protinus omnia

Perlegerent oculis: &c.

Cuore. ἦτορ. *Cuore*.i. cor; Ab utriſque interdum ſumitur pro animo uirili, atque audaciâ. Apud nos uulgatiſſimum eſt; *E' non ha cuore*. i. Prorſus audaciâ caret. Et παροιμιωδῶς: *E' non ha cuor per un grillo*. Pro quo iactabatur, ut hoc etiam obiter dicam; δειλότερος Πεισάνδρου. i. Piſandro timidior. Quem ferunt, adeò prodigiosâ timiditate fuiſſe, ut quandoque anxius eſſet, ne uiuentem ipſius animam alicubi uideret, quæ ſe uiuum reliquiſſet. Hæc Paſtam. Parœmiogra. Exempla Græcorum uide apud Orpheum in hymno Mercurij. Alterum appono ex Pinda. Pythi. Ode.9.

σεμνὸν ἄντρον, Φιλλυρίδα,
προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς,
καὶ μεγάλαν δύνασιν
θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ
νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ
μόχθῳ καθύπερθε νεᾶνις
ἦτορ ἔχοισα, φόβῳ
δ᾽ οὐ κεχείμανται φρένες. i.

Phillyride, relicto nobili antro, mulieris animũ, & magnum robur admirare; ut audaci capite puella, ſupra laborem cor habens, certamen ſubſtineat, nec præcordia timore fluctuent. Adde & hoc Theognidis; ἀνδρὸς κραδίη μινύθει, καὶ αὔξεται. i. Viri cor minuitur, & augetur. Sed uoluntas inceſſit, quia pulcherrimus eſt, integrum locum tranſcribendi, atque examinandi.

Ἀνδρός τοι κραδίη μινύθει, μέγα πῆμα παθόντος,
Κύρν᾽. ἀποτινυμένη δ᾽ αὔξεται ἐξοπίσω. i.
Viri cor minuitur, magnam iniuriam paſſi,
Cyrne. Vlciſcentis verò augetur poſtea.

Videtur igitur valere hoc in loco; *Scemare il cuore*; maximam percipere moleſtiam; &, *Creſcere*; non mediocri voluptate affici. Quæ ſententia verbis Græcis, ut opinor, optimè conuenit.

Apud Stobæum Sermo.7.extat hic verſiculus:

δένδρον δ᾽ ὡς ἕστηκε σιδηρέαις ὑπὸ ῥίζαις. i.
Arbor autem velut ſtat ferreis firmata radicibus.

Vnde elicio ferreum quandoque a Græcis, ut a nobis accipi pro firmo, ac ſolido: nos enim dicimus de homine admodum laborioſo, atque indefeſſo:
Di ferro. *Egli è di ferro: Egli ha le braccia di ferro*. Horatius modò dixit adamantinum, & modò aheneum non longè ab hoc ſignificatu. Vide Adagium; Ferreus, aheneus.

ἄπολλον, ἀλλὰ σκαιὸν οὐ μετρίως λέγεις.
Apollo, cappita tu di vna coſa non poco ſiniſtra.i.
O Apollo, ſed tu rem non mediocriter aduerſam dicis.

Extat in Menan. Fragm. Titu. περὶ ἀπορρήτων. Vbi notandum eſt, nomen
Siniſtro. σκαιὸν accipi pro aduerſo, uel noxio, ut a nobis *ſiniſtro*, cum dicimus; *Egli ha auto molti ſiniſtri*. i. Multa ei acciderunt infortunia. Et Euſtath. in Odiſſ.A. οἱ παλαιοὶ τὰ φαῦλα συμπτώματα, λαιὰ, καὶ ἐπαρίστερα ἔλεγον.

Male. Infortunia appellantur a nobis *Diſgrazie*, atque interdum *Mali*, vt cum dicitur; *L'huomo è ſoggetto a mille mali*. i. Vel ſexcentis ſubiacet homo infortunijs: Quòd uero Greci quoque κακὰ in hanc ſententiam quandoque acciperent, teſtis eſt Alexis Comicus in Fragm.

--τοῖς γὰρ κακοῖς
τοὺς μὴ μαχομένους ῥᾶστα χρωμένους ὁρῶ. i. ut uertit Iacobus Hertelius;
-- Infortunia enim
Illos, qui non repugnant, facillimè ferre video.

γυνὴ valet nobis *Donna*. i. mulier. Quæ uox ab utrisque etiam pro uxore usurpatur. Exempla sunt. *Donna.*

κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱάσι στυγῶ. i.
Malas malè odi filijs dare coniuges. Sopho. in Antigo.
οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῶν φορτίων
ὄντως γυναικὸς προῖκα πολλὴν φερομένης. i.
Non est ullum grauius onus
Re uerâ uxore, quę dotem afferat copiosam. Antipha. Comi.

Aueua della sua donna un figliuolo senza più. Boccac. Fabu. 67. Et uulgariter; *Il tale ha preso donna*.

Casa. domus. δῶμα. Omnibus inter cætera significat familiã ipsam. Stobæ. *Casa.*

θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλει. i.
Deus causam producit hominibus,
Cum familiam aliquam penitus affligere vult. Sermo. 2.

Mangiatoia, quæ a Latinis dicitur præsepe, μεταφορικῶς accipitur etiam pro loco, vbi homini victus præbetur, vt est cœnobium cœnobitis, & aulicis aula. Quod quidem non est nostrum inuentum; a Græcis enim & illis vetustissimis in hanc sententiam vsurpatam fuisse vocem φάτνην, quæ idem significat, non semel comperi. Citatur a Parœmiographo prouerbium; εἰς ἀρχαίας φάτνας. i. Ad pristina præsepia. De illo, qui è lautiori vitâ excussus, ad solitum contubernium sese recipit; pro quo nos παροιμιακῶς. *Egli è tornato al pentolino*. Eubulus quoque Comicus εἰς δούλους. *Mãgiatoia.*

πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι
ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην. i.
Multi cum fugerint ab heris, qui liberi
Erant, rursum idem præsepe quærunt.

Extat etiam præsepis in hoc sensu apud Plautum in Curculione.

--- nam si non ferat,
Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Hinc loquendi formula. *Egli ha trouato buona mangiatoia*.

ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον. *Non giudicare persona a torto*. i. Neminem iniustè iudica. Phocyli. Vbi nota, accipi πρόσωπον in eâdem sententiâ, atque ab Italis *Persona*. i. pro aliquo, vel quopiam homine. De nostrâ meminit Leonar. Saluia. in suis præceptis, lib. 2. capit. 20. nisi me fallit memoria. *Persona.*

Baculus a Græcis nuncupatur βακτηρία, seu βάκτρον, & a nobis, vt supra dictum est, *Bastone*. Vtrique verò tali voce vtimur μεταφορικῶς pro fulcimento, &, vt ita dicam, sustentaculo. De nobis nihil amplius dicendum videtur, cum vulgatissima sit loquendi formula. *Il baston della vecchiaia*. Ex Græcorum quàm plurimis vnico Menandri exemplo contentus ero. *Bastone.*

βακτηρία μέν ἐστι παιδεία βίου.
Il sapere è il baston della vita. i.
Eruditio est vitæ columen. Quod παροιμιακῶς ab Etruscis

videtur verſiculo illo circumſcriptum;

Cader non può, chi ha virtù per guida.

Radice. ῥίζα, *Radice*, quæ propriè radix eſt, quandoque transfertur, vt cauſſam, & originem ſignificet, veluti, cùm dicimus, *L'auarizia è radice di tutt' i mali.* ἡ φιλαργυρία ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστι. i. Auaritia radix eſt omnium malorum. In Epiſto. Baſil. Magni πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἐπισκόπους. Et Parœmiogra. πηγὴ καὶ ῥίζα. i. Fons, & radix; pro origine, & principe cauſsâ. Hinc Petrar.

O del dolce mio mal prima radice. & Dan.
Ma s'a conoſcer la prima radice
Del noſtro amor, &c. Inf. Cant. 6.

Semplice. *Semplice* nobis eſt ſimplex, & inſipidus, ſiue ruſticus, ac rerum imperitus.
Scempio. Itidem *Scempio* eſt ſimplex, & *Scempiato* inſipidus. Noſtrarum exempla
Scempiato. non affero, quia res vulgatiſſima eſt. Quòd ἀπλέος pro inſipido, ſiue ruſtico accipiatur, teſtis eſt Planudes in vitâ Aeſopi, narrans caſum hoſpitis incurioſi, ad Xanthum ducti. Videtur autem reſpexiſſe ad locum Iſocra. πρὸς Νικόκλεα. ἁπλῶς δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας: Quo videtur innuere vulgi morem, ſiue dicas errorem. Budęus quoque citat ἁπλῶν pro εὐήθης, quod eſt fatuum ex Ariſtot. Meteorol. pri.

Male. *Male* ἑλληνικῶς dicitur κακῶς. Significat autem vtriſque non ſolum malum, ſiue improbum, ſed etiam morbum, ſiue ægrotationem. Noſtræ exemplum ſit Adagium, quo indicamus, morbos repentè quidem inuadere, viréſque omnino adimere, paulatim verò diſcedere, ac vireis longo poſt tempore recuperari. *Il mal viene a libbre, e vaſſene a once.* Exempla Græcorum frequentiſſima ſunt. Vnum tamen affero Philemonis Comici, quod pulcherrimum eſt in noſtro propoſito. s. agendo de Congruentiâ vtriuſque ſermonis.

πολὺ μεῖζόν ἐστι, τοῦ κακῶς ἔχειν, κακὸν,
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα, πῶς ἔχει, λέγειν.

Egli è molto maggior male dell'auer male, il biſognare all'auente male dire a tutti i viſitanti a vna, come egli ſtà. Noſtra optimè Græcis conueniunt; Latinè verò ſic fortaſſe exprimi poſſet ſententia. i. Multò maior morbus eſt ipsâ ægrotatione, quòd ſingulis quibuſque inuiſentibus, qui ægrotat, quomodo habeat, dicat, oportet.

ὠμός Græcis eſt crudus cocti ἀντίθετον. Vtuntur etiam pro eo, quod Latinis
Crudo. eſt ſæuus, ſeu crudelis, quemadmodum vſurpamus nos *Crudo*. Exempla non profero, quia res eſt apud vtroſque notiſſima. Quamuis autem non negem, a Latinis quoque transferri crudum, dico tamen homini μεταφορικῶς adiunctum, videri indicare quemdam cruditatis effectum, s. ſignificare moroſum, ac nauſeæ plenum, quíque truci ſit aſpectu, vel iracundum, vt apud Plau. Ego faxo, dicat, me in diebus pauculis.

Crudum virum eſſe. In Truculen.

Sed hæc a doctioribus perpendantur.

Verborum, Nominum, & Aduerbiorum compositorum breuis Catalogus.

Alfabeto. ex ἄλφα, & βῆτα. Adag. *Egli ha per Alfabeto ogni partita.* Optimè rerum peritus est. Vaferrimus est.

Almanco. τελάχιστον. Minimum, ut minimum.

Anticamera. ex ἀντὶ, & καμάρα, Hac uoce significamus secretiorem domus partem, quòd posita sit contra καμάραν, quæ nobis valet thalamum, vel cubiculum. Latini nuncupâssent Penetrale, vel simili ratione.

Antiporto. πρόθυρον. i. Vestibulum. Quæ verò Latini Prothyra dicebant, de quibus fit mentio in l. Quæsitum π. de Fund. Instruc. ex Vitruuij sententiâ a Græcis appellabantur διάθυρα. i. Obices transuersarij ductiles, aut versatiles; nempe repagula, quæ vehicula, & equos ab ædium vestibulo arceant. Ita exponit Budæ. in Posterio. Adnotatio. in Pandec. Vnde obiter lectori memorari potest, non ualere argumentum ab eloquio ad eloquium. i. non concludi necessariò, si argumenteris. Hæc dictio Græca valet hoc: Ergo, a Latinis usurpata, idem valebit. In quo Etrusci, a Romanis mutuantes, fortasse aliquâ ex parte modum excesserunt. Sed quis vsui, horum domino, frænum imponeret?

Arpicordo ab ἅρπη, & χορδή, quæ falcem, & chordam significant.

Beccafico. συκαλίς. ficedula. Adag. De eo, qui uel optima respuit, habétque nauseæ; *Gli fann' afa i beccafichi.* Item de illo, qui satis amplis fortunis non acquiescens, etiam cum aliquo periculo maioribus inhiat. In quo uel admodum simili proposito illa quoque interdum pronunciãtur, *Vuol cercar de' fichi in vetta. Cerca miglior pane, che di grano. Ogni uccel d'Agosto è beccafico.* i. Augusti mense omnis auis ficedula est. Nempe. v.g. Belli tempore uel ignauissimus quisque in militum numero ascribitur, ac numeratur.

Bencreato. εὔτακτος. bonis moribus præditus.

Bennato. εὐγενής. Generosus. Petrar.

> *Lieti fiori, felici, e bennate erbe.* Et alibi;
> *Ma tu bennata, che dal ciel mi chiami.*

Benestante. καλοτυχέων. honestarum facultatum compos.

Biancomangiare. λευκόφαγον. Leucophagum.

Bisauolo. δισπάππος. Atauus.

Biscotto. δίπυρος. copta.

Boccadoro. χρυσόστομος. Vnde vulgò: *San Giouanni Boccadoro*, qui Latinè Chrysostomus.

Bottagre. ὠὰ τάριχα. i. Oua Taricha, quasi oua condîta. De his Platina lib. 10. in fi. De Honestâ uoluptate.

Capinera. μελαγκόρυφος. Festus; Melancoryphi genus auium, quæ Latinè uocantur atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint.

Cioè. τουτέστι. Idest.

Compaesiotto. συμπατριώτης. Conterraneus. Quæ dictio a Luciano ut barbara carpitur. Sed hoc quid mea?

Condolersi. συναλγεῖν. i. conqueri.

Contraddire. ἀντερεῖν. Aduerſari, obloqui.

Contraccambiare. ἀντιπελαργεῖν. Vicem rependere.

Contrappaſſo. ἀντιπεπονθός. i. Talio. De noſtrâ Dant. Inf. cant. 28.

Così s'oſſerua in mè lo contrappaſſo.

De Græcâ Ariſtoteles Ethico. Nicom. lib. 5. Vbi Victorius ex Sex. Pompeio comprobat, a Romanis pœnam hanc talionis appellatam fuiſſe.

Dacquinmanzi. ἐνθεῦτεν. poſtmodum.

Dapperſè. Aduerbium. αὐτόθεν. Per ſe.

Dapperſè. Nomen. αὐτεπάγγελτος. αὐτόματος. Vltroneus. Spontaneus.

Dellemani. θρασύχειρ. Audax, manu promptus.

Dimenticare. Scordarſi. ἀμνημονεῖν. Obliuiſci.

Diſcredere. ἀπιστεῖν. Non credere: Vnde *Diſcredente* vox hodie vſitatiſſima; & dicitur de illo, qui, non facilè credens, alteri non obtemperat. Dicimus etiam *Diſcrederſi*, ſed in hanc ſententiam; *E' ſi diſcrede meco.* Sua conſilia mecum communicat.

Diſonore. ἀτιμία. Infamia, dedecus. Hinc *Diſonorare* ἀτιμᾷν infamiâ, vel dedecore afficere.

Diſopra. ἄνωθεν. Supernè.

Diſordine. ἀταξία. confuſio, & ordinis perturbatio. Vnde *Diſordinare* ἀτακτεῖν. Ordinem confundere, vel turbare, vt cum de valetudinario e. g. dicimus. *Egli ha diſordinare.* i. Præſcriptam vitæ ordinem non ſeruauit. *Diſordinare.*

Diſubbidire. ἀπειθεῖν. Non parere, non obtemperare. *Diſubbidiente, & diſubbidienza* vulgò tritiſſimæ.

Domanlaltro. μεταύριον. Perendie.

Eſſoſteſſo. αὐτοτοαυτό. Ipſummet.

Facimale. Et Bocca: *Maſattore.* κακοεργὸς. maleficus κακομήχανος. Dixit Phanocles in Elegiâ Orphei.

Gobbacompagno παραβαλέταιρος. Sociofraudus, dixit Plautus in Pſeudolo. Qui familiarem decipit, ſocij, vel ſodalis impoſtor. Aſcanius Perſius.

Gattomammone. Ex voce catus, & μιμέων, inquit Victo. in Ariſto. Poëti. ubi de Imitatione agit. Græci appellant hoc animal κερκοπίθηκον, & Martiâlis vertit Cercopithecum, quod eſt ſimia caudata.

Giraſole. ἡλιοτρόπιον Heliotropium.

il Guardaroba. γαζοφύλαξ. i. Theſauri cuſtos.

la Guardaroba. γαζοφυλάκιον. i. Locus, vbi res precioſæ conſeruantur.

Ierlaltro. Laltrieri. πρώχθες Nudiuſtertius.

Infinqui. μεχριτοῦδε. Hactenus.

Lauamano. χειρόνιπτρον. Malluuium, vel malluuia dicitur a Feſto.

Luogotenente. τοποτηρητής. Vicarius. Legatus.

Liocorno. μονόκερος. Vnicornis. Fera, de qua Aelianus, & Plinius.

Magrana, vel *Migrana*, ἡμίκραινα, vel ἡμικρανία. Morbus, quo medium capitis infeſtatur.

Malagenole. πολύμοχθος. Difficilis, laborioſus.

Maleſtante. κακοτυχέων. Male ſe habens.

Mantenere. i. ſeruare, ac protegere. In quam ſententiam vſurpatam inuenias apud Homerum, atque Ariſtidem formulam hanc ὑπερέχειν χεῖρα quæ dictioni noſtræ optimè reſpondet: valet enim Manum ſuper habere; Manum ſuper aliquo tenere.

Mez-

Mezzedima. Quasi ἡμιαιεβδόμας. Hoc est Media hæbdomas. Ita alicubi in Etruriâ nuncupatur dies Mercurij, vel, vt Christianorum more loquar, Feria quarta: Quia scilicet hic dies est medius in hebdomade.

Mezzobarile. ἡμικάδιον.i. Cadi dimidium.

Mezzomangiato. ἡμίβρωτος. Semesus.

Mezzora. ἡμιώριον. Semihora.

Mezzonestito. ἡμίγυμνος. Seminudus. Apud Longum.

Mezzomorto. ἡμιθανής. ἡμίθνητος. vulgò Semiuiuus. Catul. Epig. 48. Semimortuus.

Monocolo. μονόμματος. ἑτερόφθαλμος. a Latinis dicitur Cocles; Vnoculum dixit Plautus in Curcu. vbi de coclitibus meminit: & paulo infra idem Curculio (hic enim erat cocles) a Lycone luscus appellatur. Defioculus dicitur a Martiale lib. 12. Nunnesius in Notis Phrynichi ex Amm. & Thom. & Moschop. affert differētiam inter ἑτερόφθαλμον, & μονόφθαλμον. Hic enim naturâ vnum tantùm oculum habet, ut Cyclops; illi verò alter effossus est, ut Philippo Regi Macedonum.

Nimo. μηδείς. nemo.

Nonmai. οὐδέποτε. nunquam.

Pampane. πάμπαν. omnino.

Pantufola dicitur a nobis crepida, cuius solum fit è subere; a πᾶν, & φελλός, quæ omne, & suber significant. Notat Budæus ex Lascari in Comment. Ling. Græ. Quòd autem Grææ quoque mulieres suber in calceis gestarent, vt grandiores viderentur, consule Pet. Victori. var. lect. lib. 15. cap. 23. vbi pluribus exemplis id optimè comprobat.

Portalettere. γραμματοφόρος. Tabellarius.

Perlopiù. ἐπιτοπολύ. Vt plurimùm.

Scaldaletto ἀπὸ τοῦ θερμαίνειν, & κλίνη. quæ voces calefacere, & cubile significant; vnde Thermoclinium a nonnullis. Et sic

Scaldauiuande. a θερμαίνειν σιτία. quasi dicas θερμοσίτιον.

Sempreuiuo, vulgò *Soprauuiuolo* ἀείζωον. Semperuiuum.

Soprannome. ἐπίκλησις. cognomen.

Strafizzeca. σαφὶς ἀγρία. Herba pedicularis dicitur a Scribonio Largo. A Celso, & Plinio vua taminia. Notant Lexicographi. De hac Trallianus lib. 1. cap. 15. Ex Theodoro Moschione.

Tagliaborse. βαλαντιοτόμος. Crumeniseca.

Tecomeco. ἀλλοπρόσαλλος. Nunc huic, nunc illi adhærens; subinde mutans parteis.

Treppiede. τρίπους. Tripes.

Hæc omnia nobis, & Græcis, vt facilè cernitur, sunt composita ad minus è duabus dictionibus. Qui ergo ista, & id genus similia, quorum nostra lingua non indiget, quasi vnam appinxerit dictionem, a veri similitudine meâ quidem sententiâ non longè discesserit.

FINIS.

FLORIS
ITALICAE LINGVAE
LIBER SECVNDVS.

De Syntaxi imperfecta.

ANTEQVAM de perfectâ ſyntaxi quidpiam afferatur, nonnulla ſpeciminis gratiâ producenda cenſui, quæ ad Conſtructionem quidem, ſed imperfecto quodam modo pertinent, vt Epitheta rebus adiuncta, & ſimilia: quia hinc etiam, quanta ſit cognatio inter Græcam, atque Italicam linguam, apertè cognitum iri exiſtimaui.

gli Riluce il pelo. — λιπαρόχροος dicitur Daphnis a Theocrito; vbi interpres; *τετίσι εὐτραφής.* i. cute nitens, ac bene nutritus; Quod nos circumſcribimus; *E'gli riluce il pelo.* Renidet.

Diſamor. — ἄστοργος. *Diſamorato.* i. Qui neminem amat; inhumanus.

Smemor. — ἄφρων. *Smemorato*, qui mente caret. A Latinis vertitur amens.

Affaticâte. — φερέπονος. *Affaticante.* Laborum patiens. Quod videtur exprimere voluiſſe Virgil. cum cecinit;

Aſſuetúmque malo Ligurem.

Bellocchio. — εὐόφθαλμος. *Bellocchio.* Cui pulcri ſunt oculi.

Cattiualingua. — κακόγλωσσος. *Cattiualingua.* i. Maledicus, ſiue detractor. Græca valet maleominoſum, & inauſpicatum. Dicitur & quandoque ironicè *Buonalingua.* q. εὔγλωσσος.

Daffatica. — ἐπίπονος. *Daffatica.* Laborioſus.

Lingualunga. — τανύγλωσσος. *Lingualunga.* i. Garrulus, vt Græcam vertit Volaterranus ex Home. Odyſſ. E.

Mancin'e man ritto. — ἀμφιδέξιος, uel ἀμφοτεροδέξιος. *Mancin'e man ritto.* Ambidexteri.

Occhineri. — μελανόφθαλμος, uel μελανόμματος. *Occhi neri.* i. Oculos habens nigros.

Occhigazzerini. — γλαυκόφθαλμος, *Occhi gazzerini. Occhi ſereni*, inquiunt noſtri poëtæ. Cælius.

Occhi de bue. — *Occhi di bue.* Ita appellamus eos, qui grandiores, ac rotundiores oculos habent, qui & *Occhioni.* Apud Homerum βοῶπις frequentiſſimum eſt Epithetum Dearum, ac præcipuè Iunonis. Noui maieſtatem boum, & ab his dici pleraque magna, vt βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπιν. Varro de Re ruſtic. lib. 2. cap. 5.

ἄγλωττ

ἄγλωσσος, vel ἀγλώττος. *Senza lingua.* Elinguis. *Senza lingua.*
ἄστεγος. *Senza tetto.* Vt in illâ Parœmiâ. *Sẽza tetto.*

Gallina vecchia senza tetto,
Non fu mai senza difetto. i.
Gallina vetus sine tecto, haud est sine vitio.

Quâ significamus, alicui vitio affinem esse illum, qui, in senectute ostiatim sibi uictum quæritans, nullam habeat certam domum.

ἀνέστιος. *Senza casa.* Domo carens. *Sẽza casa.*
ἡμιγένειος. i. Semibarbatus. Nos, *Dimezzopelo.* *Di mezzo pelo.*
μικρόψυχος. *Di poc'animo.* Latinè vertitur Pusillanimus. *Di poc'ani.*
ἄφυλλος. *Sfrondato.* Sine foliis. *Sfrondato.*
μεγαλοπρεπὴς, uel, μεγαλόφρων. *Magnanimo.* i. Magnificus, liberalis, splendidus. Hoc sonat *Magnanimo* in linguâ nostrâ. Illæ verò μεγάθυμος, &, μεγαλόψυχος, respondent vtique voci Latinæ Magnanimus; sed verterentur a nobis *Ardito, & Coraggioso.* *Magnanimo.*
ἐγκύμων, vel, vt adnotauit Perio. ἔγκυος. *Incinta.* i. grauida, prægnans. Nostrâ vtitur Ioannes Villanius, Magister Aldobrandinus, & alij antiquiores, ut in Dictionario. Hinc *incignersi.* Dan. *Incinta.*

Benedetta colei, che'nte s'incinse. Inf. cant. 8.

τετράγωνος. *Tetragono.* i. Quadratus. Dant. Parad. can. 18. *Tetragono.*

-- auegna ch'i mi senta
Ben tetragono a' colpi di ventura.

Græcâ vtitur Arist. in 1. Ethico. Nicoma. disputans contra eos, qui hominis fœlicitatem definiunt bonis externis. Vide Adag. Quadratus homo. Eius vis elici videtur ex illo Methodij dicto; ὡς ἔοικεν ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστι, πάντοθεν ἴση, καὶ ὁμοία. i. Iustitia, ut videtur, quadrata est, undecunque æqualis, ac sibi similis.

ὑδαρὴς, quod aquosum est. Et ad alias res translatum valet tenue, atque infirmum, vt cepit Aristot. in 2. Polit. disserens contra Remp. Platonis. Nos quoque vulgò uerbum, quod huic respondet, sæpe vsurpamus: dicimus enim aliquas res, quæ multum suarum virium amiserunt, ac valdè tenues sunt, *Annacquate*, ut solem etiam obscuriorem, nec, ut solet fulgentem. Hæc ex P. Victor. varia. lect. lib. 1. cap. 13. *Annacquato.*

αἱμώνια σῦκα. Apud Athenæ. in lib. 3. ita appellati fuerunt, quia cruorem referrẽt. Cum Magnus (hic. n. de hoc pomo disputat) præstare cæteris bonitate tradiderit hos ficos, colorémque rubrum habere, ac sanguini similem, fortasse erant illi, quos nos ab Ambrosiâ, Deorum cibo, vt opinor, Ambrosiottos appellamus: concurrunt enim ambo illa in nostris. *Fichi brogiotti* vulgò dicuntur. Hæc item ex Victo. var. lecti. lib. 37. c. 4. *Fico brogiotto.*
σκορόδου κεφαλή. *Capo d'aglio.* i. Allij caput. Aristoph. in Vesp. *Capod'aglio.*
βάκτρον εὔμετρον. i. Claua satis magna, vt interpretatur quidam uir doctus. Nos; *Mazza di buona misura.* Theocr. *Mazza di buona misura.*
ἀπυνδάκωτος. *Senza fondo. Sfondato.* i. fundo carens. Calicis epithetum, ut citatur ab Eustathio in Ilia. Λ. & a Phalereo in libello de Elocutione. Ad quem auctorem multa iandiu in Aduersaria congessi, partim meo Marte coniecta; partim ex aliorum scriptis excerpta. Præcipuè verò notaui, quæ pertinent ad contextus expurgandos, quasdámque Parœmias obscuriores enodandas. Addentur fortasse breues istæ lucubrationes corol- *Senza fondo.*

larij

larij uice nostris ad Horatium Notis (ipsum.n. contulimus cum antiquioribus tam Græcis, quam Latinis) quas propediē cum studiosis per typos, Deo fauente, communicabimus.

Senz'vn qu. ἀχρήματος. *Senz'vn quattrino.* Pecuniâ carens.

Senza fiele. ἄχολος. *Senza fiele.* Fele carens, fel non habens. Nostra dicitur de homine, probo, atque integris moribus.

Stinchi lūghi. μακροσκελής. *Stinchi lunghi.* crura longa habens. Quemadmodum dicimus *Gambesecche* quasi σικχοκνήμης. Qui gracillimis est cruribus.

Testa larg. ἀρυμέτωπος. *Testalarga.* Habens latam frontem.

Viso di can. κυνοπρόσωπος. *Viso di cane.* Cui uultus est caninus.

Suergognato. ἀναίσχυντος. *Suergognato.* Impudens. *Sfacciato* etiam dicitur, quasi ἀπρόσωπος.

Sboccato. ἄστομος. *Sboccato.* i. Obscœna loquens. Cui significantiæ non omnino repugnat Græca vox. Additur etiam equis, vt mox notabitur.

Indebitato. καταδάνειος. *Indebitato.* aere alieno constrictus.

Chi viue delle sue braccia. χειροβίωτος, χειρώναξ. *Chi viue delle sue braccia.* Qui manibus sibi victum quæritat. Xenoph. Vbi nota, nostram loquendi formulam ex amussim Græco verbo respondere: cum χείρ brachium sæpe significet, vt multa affert exempla Thesauri compilator, traditque Victo. In Phalerei Commentario non longè a principio. Pleniùs quoque nostram Phrasin repræsentat Chrysostomus illis locutionibus οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶντες, uel, οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν τρεφόμενοι. Homi. 1. in Matth.

Consumato nelle guer. τετριμμένος ἐν πολέμοις. *Consumato nelle guerre.* i. Qui rei militari assiduam operam nauauit. Suid.

Donna graziosa. γυνὴ χαρίεσσα. *Donna graziosa.* i. mulier venusta, scita.

Donna cattiua. Apud Antiphanem Comicum in præceptis nuptialibus dicitur mulier κακή, vt a nobis *Donna cattiua*, pro meretrice, & quæ pudicitiam in propatulo habet. Locus est.

— οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι,
ἢ συγγενείας οὕνεκ' οὐκ ἀπώλεσαν
κακὴν λαβόντες. i.

— Aliqui propter liberos,
Vel cognatorum gratiâ non perdiderunt
In crimine deprehensam.

Boccacius obscurè talem denotauit, appellans, *Donna di mondo.* Vulgò *Donna di partito.*

Vasi a mano. σκεύη πρόχειρα. *Vasi a mano.* i. Vasa expedita, & quibus quotidie vtimur. Brunettus & alij antiquiores dixerunt *Vasi ammannati*. Et *Ammannare* in hoc, vel simili sensu vtitur Dant. Purg. Cant. 23.

Di quel, che'l ciel veloce loro ammanna.

Nos hodie dicimus *ammannito*, sed in hanc sententiam. *Io l'ho costì ammannito.* i. Scilicet id promptum habeo. Hinc Phrasis; πρόχειρον ἔχειν. *Auere a mano.*

Pesce sfiorito. ἰχθὺς ἄνωθεν ἐξηνθισμένος. *Pesce sfiorito di sopra.* i. Piscis superiori parte quasi deflloratus. Philemo Com.

Veste catt. πονηρὸν ἱμάτιον. *Veste cattiua.* i. Vestis sordida, attrita, obsoleta. Chrysost.

Occhio di vite. ἀμπέλου ὀφθαλμός. *Occhio di vite.* i. Vitis oculus. Latini gemmam dixerunt. Demetr.

μέτοπ

μέσον ἦμαρ. *Mezzo giorno*, *Mezzo dì*. i. medius dies. Meridies Latinis. Home. Ilia. φ. *Mezzogiorno.*

Refractarius equus, retrogradus, acceſſim, ſiue receſſim cedens, & imitans nepam (vt loquitur Plautus) ἀναποδίζων, ὀπισθόρμητος. Italis *Reſtio*. Aliud eſt equus duri oris Ouidio (alij enim perperam confundunt qui σκληρόστομος, & δυσγάργαλος Polluci, στομίας, ſiue ἄστομος Suidæ. Italis *Duro di bocca Sboccato*. Hæc Rob. Conſtantinus. *Reſtio. Sboccato.*

εὐπρόσωπος. i. Facietenus pulcher. Ariſtot. de Rep. lib. 2. *Bello in viſta*. Vnde Petrarcha; *Bello in viſta.*

O vita noſtra, ch'e sì bella in viſta.

τύχη ἀγαθὴ, vel φαύλη. *Buona*, vel, *Cattiua fortuna*. i. Proſpera, ſeu aduerſa fortuna. *Buona fortuna, & cattiua.*

φροντίδες πολιοκρόταφοι. i. Curæ caniciem inducentes: Vnde nos, *I penſieri fanno mettere i pe' canuti*. i. Curæ caniciem inducunt. Paulus Silentia. apud Stobæ. in Sermo. de Pruden. *i Pēſieri fanno mettere i pe' canuti.*

φωνὴ λευκή. i. Vox alba, ſiue candida; Aſſignari autem a Latinis voci hoc Epithetum (inquit Victorius in Demetrium) affirmare non auſim: nos vtiq; dicimus *Voce chiara*. *Voce chiar.*

τυροῦ τροχός. *Forma di cacio*. i. Caſei orbis. De hoc Euſtathi. in Odyſſ. Μ. ὅτω δὲ καὶ τυροῦ τροχός, καθ' ὁμοιότητα τοῦ κατὰ ἅρμα, καὶ ἅμαξαν. *Forma di cacio.*

Pie' del monte. dicitur a nobis infima montis pars. Homerus πόδα ἴδης non vno in loco dixit. i. Idæ pedem. Examinat Demetr. vbi agit de Tranſlationibus. *Pie' del mōte.*

διάνοια ψυχρά. *Concetto freddo*. i. ſententia frigida, ſeu ieiuna. Demet. *Cōcetto fr.*

ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαι. *Cento paſſi giuſti*. i. Centum paſſus iuſtæ menſuræ. Herodo. *Cento paſſi giuſti.*

μάχαιρα γυμνή. *Scimitarra gnuda*. i. Machæra manu ſtricta. Theocr. in Dioſcu. Et γυμνὰ ξίφη. *Spade gnude*. Aelian. in Omnige. Hiſt. lib. 12. *Scimitarra gnuda.*

ζῶσα φωνή. *Viua voce*. Viua vox. Martianus in l. Nam & ipſum. ff. de Orig. Iu. & Cic. non vno in loco. Vnde, e. g. quando ſignificare volumus, aliquem in principem ſuffragijs omnibus electum eſſe, omnémque populum vnanimem eum principem inclamâſſe, dicimus; *E' fu fatto a viua voce*. Quod Boccaci. in Proœmio. Decam. *Et ad vna voce lei prima del primo giorno eleſſero*. Parœmiogra. enumerat inter adagia. *Viua voce.*

ᾠὰ τὰ πνικτά. *Voua affogate*. i. Oua ſuffocata, vt vertunt. Galenus de Alimen. facul. lib. 3. *Voua affogate.*

τὰ πλείω τοῦ βίου. i. Magnam vitæ partem. Vnde nos. *Il più del tempo*. *il più del tempo.*

Cum ſignificare volumus virginem aliquam gracilem, ac minutam, dicimus ipſam *Pocolina*, quemadmodum Polyphemus apud Homerum præ ſe contemnens Vlyſſem, corporíſque ipſius breuitatem irridens, uocat ipſum ὀλίγον. Et idem ſcriptor appellauit ὀλίγην menſam, cum tamen μικρὰν paruamque intelligeret. Hæc Victo. Var. lect. lib. 36. cap. 18. Adde, ſi plura deſideras, locum Il ia. 14. vbi σάκος ὀλίγον, & quæ hîc tradit antiquus Scholiaſtes, atque Euſta. qui latè in Odyſſ. 12. ad ἰχθῦς ὀλίγους De hoc argumento pertractat. *Pocolina.*

ψυχὴ ἐμή. *Anima mia*. i. Anima mea, vel, vt dixit Terentius, anime mi; ibi: Tu modò, anime mi, noli te macerare. Sic inquit amaſius Charicleæ in Heliodo. Aetiop. lib. 1. De hoc argumento vide, quæ ſcribunt Iuuenalis *Anima mia.*

G Saty-

Satyrâ ſextâ in Romanos Græciſſanteis; & Martialis lib. 10. Epigr. 68. In Læliam, vbi nota etiam ζωή. i. Vita.

Vn mar di beni.
πόντος ἀγαθῶν. *Vn mar di beni.* i. Innumera bona. Apoſto. Biſan.

Prima di tutte le coſe.
πρῶτον χρημάτων πάντων. *Prima di tutte le coſe.* i. Ante omnia. In primis. Herod.

Quanto lo ſtorione?
πόσου ὁ λάβραξ; *Quanto lo ſtorione?* i. Quanti labrax? ſcilicet, venditur. Extat apud Diphi.

Come dite?
πῶς λέγετε; *Come dite?* i. Quid dictis? Locutio Luciano vſitatiſſima.

Volere il giambo.
P. Victo. in Comm. lib. 7. Ariſtot. de Rep. agens de Iambis, ita inquit. Nos certè, cum quempiam oſtendere uolumus, patrio noſtro ſermone, ludere, ac iocari, dicere conſueuimus ipſum *Volere il giambo*, hinc ductâ voce, cum ſit notum adiungere nos nominibus, quæ ab hac vocali incipiunt, literam, g. Duxit autem multa verba noſter a vetere Græcorum ſermone, quorum etiam quædam ſunt in uſu multitudinis, ac valdè vulgaria, vt aliàs, exemplis poſitis, teſtatus ſum. Sed, quod paulo ſupra vocatum fuit ἀσθενὲς σῶμα, inde nos cognomine vocamus eum, qui uitio hoc crurum laborat, quod ſignificat Ariſtoteles: appellamus enim, *Stramba.*

Stramba.

Fino alla gola.
μέχρι τοῦ λαιμοῦ. *Fino alla gola. Inſino a gola.* i. vehementer, maximè: Dicimus enim; *Egli è nell'oro inſino a gola.* Auri ditiſſimus eſt. *Egli è ne' trauagli inſino a gola.* i. Vehementer angitur. Græca Phraſis eſt apud Ariſtoph. in Equiti.

Di nuouo.
ἐκ νέου. *Di nuouo.* i. Rurſum. Hero.

Vn trar di mano.
ὅσον λίθου βολήν. *Vn trar di mano.* i. Ad iactum lapidis. Lu. Et Dant. Purga. Canti. 3.

Quant'vn buon gittator trarria di mano.

Da capo a piè.
ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν. *Da capo a piè.* i. A capite vſque ad pedes. Nempe Totus. Philo. ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλήν. i. A pedibus ad caput. Ariſtopha. De parœmiâ, *Guardar da capo a piede*, vide lib. 3.

Inſino a vn certo che.
μέχρι μέν τινος. *Inſino a vn certo che.* i. Aliquandiu. Apollodo. lib. 1.

Dopo non molto tẽpo.
μετ' οὐ πολὺν χρόνον. *Dopo non molto tempo.* i. Haud diu poſtea. Philo.

εἰς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου. *Nel reſtante della vita.* i. Quandiu poſtea uixit.

Come formiche.
ὡς μύρμηκες. *Come formiche.* i. Vt formicæ. s. ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι, ut inquit apud Theocritum interpres. i. Innumerabiles, & (ſi Latinè de hominibus ita dici poſſet) immenſi.

Per ogni tẽpo.
παρὰ πάντα χρόνον. *Per ogni tempo.* i. Quouis tempore.

Molto poch.
πάνυ ὀλίγοι. *Molto pochi.* i. Admodum pauci.

Inſino alla fine.
μέχρι πρὸς τὸ τέλος. *Inſino alla fine.* i. Vſque ad finem.

Quant'a me.
κατ' ἐμέ. *In quant'a me.* i. Pro meis uiribus.

In vn'attimo.
ἐν ἀτόμῳ. *In un attimo.* i. Illico, repente. Notat Pet. Vict. uar. lect. lib. 16. cap. 16. Dicimus etiam *In un baleno*; Vnde Dant.

Talor così &c. — in men, che non balena. Inf. can. 22.

In verità.
ἐπ' ἀληθείας. *In verità.* i. Reuerâ. Theocrit. Edyll. 7. In ueritate, dixit Vlpianus l. 47. §. Titius. π. de Neg. geſt.

Perquanto
παρ' ὅσον. *Perquanto.* Quatenus.

Inſin'a qu.
μέχρι πότε; uel, μέχρι τίνος; *Inſin'a quanto?* Quouſque?

In tutto. etc.
πάντῃ, & πάντη πάντως. *In tutto.* &, *In tutt', e per tutto.* i. Omnino, penitus. Antiquiores Etruſci dixerunt; *Al poſtutto.*

μέ-

μέχρι νῦν. *Fin' a ora.* i. Adhuc. Vt τὸ ἁμάρτημα μέχρι νῦν ἰάσιμόν ἐστι. *Il peccato fin' a ora è sanabile.* i. Peccatum adhuc tale est, ut sanari possit. Philo. *Fin' a ora.*

μέχρι ἐχθές. *Insin' aieri.* i. Vsque ad hesternum diem. *Insin' aieri.*

μέχρι τοῦ νῦν. *Insin' al presente.* i. Adhunc usque diem. ἃ μέχρι τοῦ νῦν κεκρυμμένα ἔχω παρ' ἐμαυτῷ. *Lequali cose insin' al presente io tengo ascose in me.* i. Quæ ego ad hunc usque diem apud me occulta habeo. Basil. *Insin' al presente.*

πόθεν; Perche? Quare? *Perche?*

ἔξω λόγου. *Fuor di proposito.* Abre. *Fuor di proposito.*

πατρόθεν, & μητρόθεν. *Da lato di padre. Da lato di madre.* i. Ex parte patris, & ex parte matris; Vt uertit expositor. Pind. Olym. Ode 7. *Da lato di padre.*

ἐν τούτῳ. *In questo* intelligitur χρόνῳ, uel καιρῷ, ἐν τῷ παρόντι. *Al presente* ἐν τῷ μεταξύ. *In questo mentre.* &c. i. Hoc tempore. In præsentiâ. Interea. Supersedeo exempla afferre, quia passim apud bonos auctores inueniuntur. *In questo &c.*

ἐξ ἔτεος εἰς ἔτος. *D'anno in anno.* i. In singulos annos. Theocr. Edyll. 25. *D'anno in anno.*

καλῶς ἔχει. *Bene sta.* Quam loquendi formulam usurpamus, approbare uolentes, aliquid rectè factum esse. i. Rectè se habet. Græca passim apud bonos auctores. Significat etiam, quod uulgò dicimus; *Granmercè*; de quo infra in Consuetudinibus. *Bene sta.*

De Syntaxi Perfecta.

Omnis ratio syntaxeως uidetur uersari in perspicuâ uerborum cognitione: quæ cum apud Græcos plura quàm apud nos Tempora, ac Participia, ut dicunt, sortita sint; non inutile uidetur fore, si aliqua hoc in loco non omnino vulgaria attingantur.

Cum omnia, de quibus verba fiunt, referantur ad tempus vel Præsens, vel Præteritum, vel Futurum; & Præsens vnâ tantùm ratione considerari possit, alia verò non ita; Hinc Græci, Linguæ omnium ditissimi, quos postea cæteri imitari conati sunt, plura habebant Tempora, vel Modos, quibus, quicquid in animo erat, modò vellent, propriè poterant explicare. Si agendum fuisset de re iam transactâ, sed incertum foret tempus, quàm dudum, aut quàm pridem expedita esset, per Aorista propriè explicabant. Quòd si certũ tẽpus denotare voluissent, Præteritum perfectum, quod ipsi παρακείμενον appellant, usurpâssent. In quo nos, & Galli utique, atque Hispani, vt in multis alijs, Latinos superamus; ipsi enim vnâ, & eâdem voce ad plura significanda utuntur; & nos pluribus, ac longè diuersis. Exempli gratiâ nos Græcorum παρακείμενον λέλειφα, exprimimus: *Io ho lasciato*. Aorista verò ἔλειψα, & ἔλιπον. *Io lasciai*, & *ebbi lasciato*: Quæ omnia a Latinis vnicâ voce, reliqui, comprehenduntur. Quin etiam in hoc Græcos ipsos si non vbertate, saltem proprietate vincimus: nam, quamquam id propriè efferre potuissent, uix tamen, aut rarò eos id obseruâsse inuenias: & nobis nullo pacto sine sententiæ variatione id efficere liceret. Illud etiam à Græcis mutuati sumus. s. *Ho lasciato*: sæpius enim pro λέλειφα, λελειφὼς ἔχω vsitato Pleonasmo ab ipsis usurpatum videas. σφάγος ἀπνοποιὸν ἔχει πεπάνας. i. ἔπεψατε. Sopho. in princ. Aiacis Flagill. Et in Captiuis. εἰ μυρίας ὢν τὰς ἄλλα νικήσας ἔχω. i. ἐνίκησα. Citat Florens Christia. in Gloss. Commen. in Aristoph.

 Irenam.

Irenam. ἱρατοῖ ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἐωυτὰς ἔχομεν. i. ἐπετρέψαμεν. Herod. εἰς ἐτω ἀτιμίαν τλὼ πόλιν ἡμῶν ἡ τετε πονηρία, καὶ ψευδολογία κατασήσατα ἔχει. i. καθέστηκε. Demosth. In Tit. Institut. Iustinia. Quibus modis tollitur Obligat. extat hæc formula. ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. *Hai riceuuto tanti danari? Ho riceuuto.* i. Habes acceptos tot denarios? Habeo acceptos. Sic enim vulgò vertunt.

Sed, cum Verbis multa & a fronte, & à tergo addantur, ego, quæ a Grammaticis percipi possunt, omnino resecatis, pauca hæc animaduertenda propono.

Præter casus, qui a tergo iuxta verborum naturam illis apponuntur, alij quoque non solùm a Græcis, & Latinis, sed etiam a nobis, quando usus venit, adiungi solent. Grammatici Latini præsertim recentiores Casus communeis appellant, & Pretij, Temporis, Instrumenti, vel Caussæ nomen indiderunt. Quorum aliqua exempla afferam, cum ex hoc etiam Syntaxi multum lucis afferendum sit.

Casus Pretij.

θανάτῳ τλὼ σωτηρίαν ὠνῆσαι. *Comperar la salute con la morte.* i. Morte salutem mercari. Nazianz.

καὶ τῇ διαφόρει πωλεῖσθαι τίμια nempe ῥαβδία. i. Et magno pretio vendi posse. s. virgas. Sic enim vertit Theodorus Gaza. Locus est Theophra. de Hist. Planta. lib. 9. cap. 6. vbi agit de Balsamo.

τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν τὰ πάντα οἱ θεοί. *Gli Dei ci vendono tutte le cose per le fatiche.* i. Dij nobis omnia laboribus vendunt. Epich. περὶ φιλοπονίας.

τῷ φθάσαι τλὼ ἁμαρτίαν ὁμολογῆσαι, τλὼ κόλασιν ἐξωνήσατο. *E' riscattò la pena con l'auer preuenuto di confessare il peccato.* i. Eo quòd confiteri peccatum anteuertit, pœnam redemit, vel, effugit. Synes.

Casus Temporis.

μή μοι πολλὸν χρόνον ἐνθάδ' ἔρυκε. *Non mi trattener quì molto tempo.* i. Ne me hîc multum temporis detineas. Hom. Odyss. Δ.

ἐποιχόμεθα πρόπαν ἦμαρ. *Andiamo ogni dì.* i. singulis quibusque diebus commeamus. Theocr. Edyll. 25.

-- κρεῖσσον εἰς ἅπαξ θανεῖν,
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

E meglio morir vna volta, che stentare tutti i giorni suoi. i. Melius est semel mori, quàm omneis dies malè pati. Aeschy. in Prometh.

κόλακος δ' ὁ βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ.
La vita dell'adulatore poco tempo sta in fiore. i.
Assentatoris uita exiguo floret tempore. Alexis Comic. εἰς κολακίαν.

οὐδὲ γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ὑπὲρ ἄλλων τινῶν, ἢ τούτων ἐπολεμήσαμεν. *Percioche il passato tempo noi non auiam guerreggiato per alcune altre cose, che per queste.* i. Nec enim superiori tempore propter ullam aliam rem, nisi hanc

bella

bella gessimus. Isocr. in Plata.

μέτρῳ ἄμα τι τοιάδ' ἄειδον. *A mezzo dì cantauano tali cose*. i. Meridie talia canebant. Theocri. Edyll.6.

Casus Instrumenti.

νίκησον ὀργὴν τῷ λογίζεσθαι καλῶς. *Vinci l'ira con l'adoperar ben la ragione*. i. vt sententiam reddam; Adhibita ratio fac superet iram tuam. Menand. in Frag.

ἀπέκτεινε τῷ ξίφει. *Ammazzò con la spada*. i. Gladio interfecit.

οὐ πᾶν τραῦμα τῷ αὐτῷ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. *Non ogni ferita si cura col medesimo 'mpiastro*. i. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Ignatius.

παρεκελεύετο τῷ παιδὶ, εἴτις ἐντὸς τῆς αὐλῆς βιάζοιτο, κατακαίνειν αὐτὸν τῇ σπάθῃ. *Comandò al garzone, se alcuno dentro della corte lo sforzaua, l'uccidesse con la spada*. i. Puero præcepit, ut, si quis intra aulam uim ei inferre pararet, cum ense occideret. Parthe. Eroti. cap. 24.

Ablatiuus Caussæ.

ὅς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τ' ἀγαθὰ,
κἂν αἰθίοψ ἡ μήτηρ, ἐστὶν εὐγενής.

Chi per sua natura è volto al bene, quantunque sua madre sia Etiope, è nobilissimo. i. Quisquis suopte ingenio procliuis ad bona fuerit, Nobilis est, etiamsi a matre Aetiope natus sit. Epichar. Comi.

-- τρία μὲν δή, δέσποτα (inquit seruus apud Menan. in Empipra.)
δι' ὧν ἅπαντα γίνετ' ἢ κατὰ νόμους,
ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον ἔθει τινί.

Tre cose sono, o padrone, per lequali il tutto si fa, o per amor delle leggi, o per necessità, o (terza) per vna certa consuetudine. i. Tria sunt, here, per quę omnia fiunt, aut ex legibus, aut necessitate, aut, tertiò, consuetudine quadam. In Frag.

Sed ex prædictis multa sunt nobis, ac Latinis communia uel nostris non omnino respondent. In his autem, quæ infra, ut in mentem uenient, nullo ordine congeram, res contra se habet.

Nominatiuus pluratiui numeri nominum neutrius generis passim a Græcis construitur cum verbo singuli numeri, ut Sopho. in Aiace Flagell.

τὰ σκληρὰ μὲν τοι, κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει. i.
Affligunt dura, sint licèt iustissima.

Quod a nonnullis etiam fit in nominibus Masculini, ac Fœminini generis, ut ab Hom. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. i. Illius erãt tria capita. νῦν δὲ ἐξ οὗ ἐγένετο Ἀθηναῖοι, εἰς κίνδυνον ἥκατι μέγιστον. idest. Nunc autem, ex quo Athenienses extiterunt, in maximum periculum ueniunt. Herod. Quã loquendi formulam apud Etruscos persæpe & legas, & audias. Boccaci. Fabu. 27. *Io veggio, ch'e' vi si dimostra tutti i segreti*. Antiquus Mythologista Fabella 82. in fine. *Or viene quelli, che era ito alla cittade a comperare le cose che bisognaua loro*. Et vulgò dicitant; *Del senno di poi n'è ripien*

Del senno di poi. &c.

pien le foſſe; In eodem propoſito, ac Cicero In Epiſt. Fam. Ex Liuio Andronico; Serò ſapiunt Phryges. Item *Non è ſett' anni, che io diſmeſſi il nauigare.* οὔπω δ' ἔτη ἐςὶν ἑπτὰ, ἀφ' οὗ τὸ πλεῖν καταλέλυκα. i. Nondum tranſacti ſunt ſeptem anni, ex quo nauigare deſtiti. Demoſth.

Vtrique alicui iubentes, ne quidpiam faciat, eamdem loquendi formulam adhibemus: μὴ κινεῖν εὖ κείμενον. *Non toccar quel, che ſtà bene*. i. Bene accommodatum ne moueas. Plato in Philebo. μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα. *Non far bene a huom vecchio*. i. Ne vnquam bene facias ſeni. Ariſto. Rhetor. 2. citat prouerbij vice.

Ab vtriſque breuitatis, ac venuſtatis cauſſâ υἱὸς, vel θυγάτηρ. i. Filius, vel filia omittitur, cum dicimus: Ἀλέξανδρος τοῦ Φιλίππου, &, Ἠλέκτρα τοῦ Ἀγαμέμνονος. *Aleſſandro di Filippo. Elettra d' Agamemnone*. i. Alexander Philippi filius. Electra filia Agamemnonis.

Quod apud Græces frequens reperitur, vt e. g. apud Sophoclem in Oedip. Tyran. ὅταν ταχύς τις οὑπιβουλεύων λάθρα χωρῇ. &c. Notántque Pet. Victo. Vari. lect. lib. 9. cap. 4. Et Budæus in Comment. in Phraſi ἥκω φέρων, commune eſt ambobus. Sophoclis enim exemplum ſic verteremus. *Quand' vno di naſcoſo viene inſidiando*; nempe; *inſidia*. i. Vt Latinè quis dixerit; Quando aliquis clam inſidiatum venit. i. inſidiatur. His adde; ὃ δὲ ἁπάντων θῶμα μέγιστον δοκεῖ μοι τῆς ταύτῃ, ἔρχομαι φράσων. *Vengo dicendo quello, che è la maggior marauiglia di tutte le coſe di qui*. i. Quod autem mihi in hac regione præ ceteris admirabile videtur, iam dicam. Herod. Dicimus etiam *Vengo a dire*, Vnde Petrar. Cant. 18.

Con queſto alzato vengo a dire or coſe, &c.

Item ſubnecte. ἥκω συμβουλεύσων. Iſocra. in princ. Paneg. ἥκομαι ἀξιῶν. Gal. in princ. Cat. Maio. ἥκεις δῶρα τοῦ θεοῦ φέρων. Ariſtoph. in Pluto. Boccacius Fabu. 67. *Auuenne, che il doloroſo marito ſi venne accorgendo*, &c. Et Fab. 98. *E venendo i due giouani vſando inſieme, tanto ſi trouarono*, &c. Nec longè diſſimile illud Antiqui Mytholo. Fabellâ 61. *E mandò comandando a Triſtano, che non ſi partiſſe.* Sed de his infra, vbi agitur de Supinis.

Quod verò inquiunt Græci prædictis ſimile; ἕστηκα βλέπων pro ſimpliciter βλέπω, huic noſtro aliquâ ex parte reſpondet; *Io ſto a vedere*.

Illud meliùs congruit; οἴχεσθαι φεύγοντα. *Andarſene fuggendo.* Idem, atque ἁπλῶς φεύγειν. i. In fugam ſe conijcere. Plato in Sympo.

Vtriſque duæ negationes magis negant, cum apud Latinos, vt inquit Diomedes, duæ abnegatiuæ vnam confirmationem faciant. οὐ στήκει οὐδέν. *Niuna coſa non iſtà ferma*. i. Nihil firmum manet. Sota. Comi. Nec mihi prædicto Canoni obijciat aliquis locos Ciceronis, quos congerit Budæus in Comment. linguæ Græcæ. Quibus addi poſſent Varronis, Plauti, Celſi, Vlpiani. Qui non modo ignoráſſe me clamat, ſed omnino omneis heroas negat neſciſſe. Varro apud No.

Neque ego haud committam, vt, ſiquid peccatum ſiet,
Feciſſe dicas de meâ ſententiâ. Plau. in Bacchi.

Neque reſpondet ei plerunque non ſolùm coniectura, ſed etiam experientia. Celſus lib. 1. in princ. Quis enim dubitat, neminem eſſe, a quo ſtipuletur, cum, nemine nihil faciente, locus ipſe publicus damnum inferat ſui naturâ? Vlp. in l. Fluminum ff. de Dam. Infec. vbi Accurſius multa.

ta. Notâtque Anto. Auguſtinus lib. 2. cap. 1. Si quis igitur hæc mihi obijciat, totam litem alterâ lite reſoluam, opponendo, quæ ex Græcis profert eodem in loco Bud. &. atq; addendo illud Sopho. in Oedi. Tyran. ἰὼ γύναικα, ubi interpres ἀντὶ τῦ πάνυ. αἱ γὰρ δύο ἀποφάσεις μίαν συγκατάθεσιν ποιῦσι. Pro planè: duæ enim negationes vnam affirmationem faciunt. Sed hi loci, ut rariſſimi ſunt, & per figuram quandam prolati, ita nec imitandi. Et nos Regulam conſtituendo loquimur de illis, quæ propriè, & uulgò ut plurimùm tali pacto ſe habent.

Conuenit etiam inter nos, Græcos, atque Romanos de duabus loquendi formulis, quarum altera per ἔκλειψιν, altera per πλεονασμὸν effertur. Prioris exemplum extat apud Boccaci. Fabu. 54. *Come diauol non hanno, che vna coſcia, & vna gamba?* Vbi [*non hanno, che*] ponitur pro *Non hanno più, che*. Item in Adagio; *Mal per quel topo, che non ha, che un feſſo ſolo*. De quo lib. 5. ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ἢ κείνοις γλυκύς, πικρὸς ἀντὶ τῦ πικρότερος. Sopho. in Aiace Flagelli. ὁ γὰρ μὴ τοιῦτος, κληρωτὸς ἄν τις εἴη, ἢ βασιλεύς. Ariſto. Ethicor. 8. μωρὸν εἶναι ἐγὼ, ἢ ἀγνοούμενον. Chryſo. Homi. Quos uidetur imitatus fuiſſe Virg.

Atridas, Priamumque, & ſæuum ambobus Achillem.

Et Plautus in Rudente.

Eò tacent, quia tacita bona 'ſt mulier ſemper, quàm loquens.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Hom. Ilia. A. ἐγὼ δὲ βυλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Plut. in Vitâ Alex. Dixit etiam Terentius uolo pro malo, ut concordant uetuſtiores codices; in Hecyrâ;

Quamuis cauſſam hunc ſuſpicari, quàm ipſam ueram volo.

Alterius verò frequentiora ſunt apud noſtros exempla, tam priſcos, quàm recentiores. Sed nos tribus contenti erimus. Boccac. Fabu. 2. *E più tanto ancor migliori, quanto eſſi ſon più vicini al Paſtor principale*. Petrus Bẽbus Proſarum li. 1. *E tanto più ancora maggiormente, quanto, &c.* Itẽ li. 2. *Et tra due buone quella, che più è migliore, & quella che meno.* Σαῶν δ' ἂν εἴη μᾶλλον δυστυχέστερος, ἢ ζῶν. Eur. in Hec. σύ μοι δοκεῖς, δίκας ἀγοράζουσι μᾶλλον, ἢ φιλοτιμότερος ἢ σοφώτερος τῇ πατρίδι. Syn. in Epiſt. 103. Quæ exempla affert Hoeſchelius ad eum Phrynichi locum; εὔκαιρον τὸ μᾶλλον πλουσιώτερον, καὶ μάλιστα πλουσιώτατος. Vbi Nunneſius legit ἄκαιρον, vt ex verſione conſtat. μεγαλειότερον ἀπέβη μᾶλλον, ἢ εἰ εἶπεν. i. Amplius euaſit magis, quàm ſi dixiſſet. Ita vertit Victo. Eſt locus Demetr. ubi agit de Aſyndeſmo. Meſſenio Plautinus in Menæc.

— nam magis multo
Patior faciliùs verbera. Et in Prologo eiuſd. Fabu.
Qui dederit, magis maiores nugas dederit. Adde locum in Sticho,
Immò enim hic magis eſt dulcius.

De Articulis.

Ex Articulis, vt uocant, quàm maximè quoque appâret congruentia inter Italicam, & Græcam linguam. Quod ſi vellem pluribus perſequi, citra ullum laborem innumera afferre poſſem vtrinque exempla. Sed, quoniam

niam doctiſſimorum uirorum ſcripta paſſim de hoc argumento circumferuntur, paucis contentus (quæ tamen non vulgaria, nec prorſus contemnenda exiſtimo) ad cætera libentiùs properabo.

Generalis Articulorum ſignificatio (de Propoſitiuis agimus) tam apud Græcos, quàm apud nos eſt ἐμφατική, & habet ἔντασιν: Articuli enim ex propriâ vi, quæ incerta ſunt, atque infinita, declarant, atque definiunt; nam denotant fieri mentionem alicuius certæ rei, vel perſonæ præcognitæ; vt ex illo Ioan. ὁ προφήτης εἶ σύ; *Se il Profeta tu?* i. Ille propheta es tu? Locus notiſſimus, qui a Theophylacto pulcherrimè exponitur. Sed, quia ſeria res eſt, multíſq; diſputationibus agitata, libet huccius verba transferre. ὁ προφήτης εἶ σύ; ἀρνεῖται καὶ τοῦτο, καίτοιγε προφήτης ἦν. πῶς οὖν ἀρνεῖται; πῶς; ὅτι οὐκ ἠρώτησαν αὐτὸν προφήτης εἶ σὺ, ἀλλ' ὁ προφήτης εἶ; μετὰ τοῦ ὁ ἄρθρου ποιησάμενοι τὴν ἐρώτησιν, ἀντὶ τοῦ ἐκεῖνος ὁ προφήτης ὁ προσδοκώμενος, &c.

Præponimus vtrique Articulum hoc pacto; ὁ ἀγαθὸς Σωκράτης φιλοσοφεῖ. *Il buon Socrate filoſofa.* i. Bonus Socrates philoſophatur. Sed Græci etiam bis repetunt; ὁ σωκράτης ὁ ἀγαθὸς: nos verò; *Socrate il buono*; pro quo Latini, Socrates ille bonus.

Quod Latini ἀδιαφόρως inquiunt e.g. Vinum bibere: a Græcis, & a nobis triplici ratione effertur, omníſque ſententiæ diuerſitas ex vi Articuli prouenit. Dicimus igitur; πίνειν οἶνον. *Ber vino.* πίνειν τὸν οἶνον. *Bere il vino*. Et πίνειν τοῦ οἴνου. *Ber del vino.* Prima phraſis ſignificat, Non eſſe abſtemiũ, ſed vinum bibere. Altera; Totum vinum præparatum abſumere. Tertia, ex ipſo aliquam partem deguſtare. Et quod hoc exemplo notatum eſt, in alijs omnibus huiuſmodi, quæ .s. ad eſculenta, vel poculenta pertinent, apud vtroſque obſeruatum reperias. Notatur a Gallis, & inibi plura afferuntur exempla.

Quòd Articuli Infinitis præponantur, verbáque tunc nominum vicem gerant, poſt Infinitorum Syntaxin appoſitum eſt.

Illud etiam vtriſque commune eſt, vt, ſi addatur Articulus nomini Adiectiuo, pro ſubſtantiuo tunc accipiatur. e.g. τὸ λευκὸν, & τὸ μέλαν. *Il bianco*, & *Il nero*. i. Album, & nigrum pro candore, ac nigrore intelligimus.

Circa Orthographiam (conſtituo hoc in loco, quia maiori ex parte Nota hęc pertinet ad Articulos) hæc ad verbum deſcribo ex Caninij Helleniſmo, vbi agit de Apoſtropho. Tollitur et prima ſequentis, ὦ ἀγαθὲ, ὦ 'γαθέ. ἡ ἀγαθὴ, ἡ 'γαθὴ. ἡ ἀρετὴ, ἡ 'ρετὴ. ποῦ ἐστι, ποῦ 'στι. μὴ ἐστι, μὴ 'στι. μὴ ἐπιτάμης, μὴ 'πιτάμης. Theoc. ὃ ἐγὼ ἔλεγον, ὃ 'γὼ ἔλεγον. Ariſtoph. ὦ ἐτᾶν, ὦ 'τᾶν. Doricè. Quod ſoli Etruſci imitantur. *lo'ngegno, ſu'l, e'nſieme*, pro *lo ingegno, ſu il*, & *inſieme.* Veteres Latini etiam conſonantes tollunt, opu'ſt.

Ille quoque modus, qui a nonnullis nimiùm fortaſſe emunctæ naris prorſus exploditur, *le di lui pedate*, non caret exemplo: Græci enim ſæpiſſimè vſurpant, ut ζηλοῖ τε τὸν πατέρα, καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκει. *Và imitando il padre, e ſeguita le di lui pedate*. i. Patrem æmulatur, ipſiúſque ueſtigijs hæret. Plato 8. Polit. ὁρῶ τῆς σῆς ὄντα μερίδος. Ex noſtratibus Boccaci. Fabu.31. *Di che egli pare, oltre allo amoroſamente auer peccato, che tu,* &c. & Fabu.67. non longè a princ. *Perche innamoratoſi ardentiſſimamente di lei, propoſe di mai di Bologna non partirſi, ſe egli,* &c. Dant.

De la molt'anni lacrimata pace. Purg. Cant. 10.

Petrus

Petrus Bembus lib. primo, vbi agit de laudibus linguæ Etruscæ. *La qual cosa si orgere si può per questo, che ella, & alle quantunque alte, & graui materie da basteuolmente voci, che le spongono. Di forse sette anni.* Antiquus Mythologista. Quamuis autem hanc, & alias, rarò vsitatas loquendi formulas, non probauerim frequentiùs adhibitas, non censeo tamen, vt Barbaras omninò respuendas, ne illud in nos iure optimo ab aliquo vsurpetur;

Quam temerè in vosmet legem sancitis iniquam?

De DIMINVTIVIS, vt vulgò dicuntur.

QVoad Accidens illud quarumdam dictionum quod pertinet ad minuendum, augendum, improbandúmq; germanum ipsarum sensum, liceat præceptionis gratiâ, vel quia res noua est, noua fingere vocabula; quæ tamen signata Latinorum notâ pro viribus procudere conabor. Dictio illa, quæ a simplici, sententiam minuendo, deducta fuerit, Diminutiua dicetur; quæ augebit, Augmentatiua; &, quæ vitij quidpiam rei inesse significabit, Improbatiua nuncupabitur. Quæ Diminutiuæ dicuntur; vel simpliciter sententiam vocis imminutam esse ostendunt (& hæ Generis nomine appellabuntur) vel blandiendi gratiâ proferuntur (*per vezzo* dicitur a nobis) & hæ Blanditiuæ non indecenter vocati posse videntur. Quã do igitur e.c. propositis nominibus, *Donna*, & *Casa*, eorum significantiam minuere contendimus, dicere solemus; *Donnina, Donnicina; Casetta, Casina*, vel, *Casino:* quando augere; *Donnona, Donnone; Casona, Casone:* quando improbare, vitium scilicet in re ostendere, dicimus; *Donnuccia, Donnaccia; Casaccia, Casuccia.* Diminutio itaque, & augmentum ad quantitatem continuam, vt vocant, referuntur; Improbatio qualitatem respicit, quippe voces Improbatiuæ indicent, non rem diminutam, vel auctam, sed proximo suo primitiuo deteriorem effectam. Sunt etiam Augmentatiuę illæ (sed accipiuntur sæpius in malam partem) quæ desinunt in *One*, vt *Ladrone, Ribaldone, Manigoldone.* Item quæ terminantur in *Otto, Otta, Occio, Occia.* Hæc enim addita nominibus masculini, ac fœminini generis, augent significatum vsque ad quamdam certam quantitatem, vt, *Casotto, Casotta, Grassoccio, Grassoccia.* *Vide Arist. Rhet. 3 non longè a fi.*

Diminutiua, quæ cuiusdam beneuolentiæ causâ prolata, Blanditiua diximus appellari posse, in *Ino*, vel *Ina*, sæpius finiuntur; & vt plurimùm nominibus puerorum proprijs addi solent, vt si dicas; *Cosimino, Cammillina, Tommasino, Pierina.* Adduntur etiam Epithetis, quæ propriè pueris adiunguntur; nec ista solùm, sed in *Ello*, & *Ella* eandem vim sæpissimè habent, vt *Zoppettino, Bruttina; Tristerello, Ghiotterella;* & si iterum diminuã tur dicendo, *Tristerellino, Ghiotterellina,* maiorem beneuolentiam, blandimentúmque significabunt. Et de his hactenus: nostri enim instituti non est, vt alibi non semel diximus, omnia minutatim percurrere, & præcipuè huiusmodi, quæ Grammaticorum propria sunt. Qui igitur de his plura desiderat, ipsorum dogmata consulat.

Sunt etiam Græcis, & Latinis aliqua Diminutiua, vt Latinis, tenellus, tenellulus, puella, puellula, bellus, bellulus, ocellus, & similia; Græcis ve-

τὸ παιδάριον, ἱππάριον, μειρακύλλιον, θεράπνιον, ψεκάδιον, κυλλοποδίων, & huiuſmodi; quæ optimè a nobis redduntur, *Fanciullino, Cauallino, Giouanetto, Deſinarino, Acquitrina, Zoppettino*. De voce ψεκάδιον hæc notat Victo. vari. lecti. lib. 33. cap. 23. vnde etiam elicitur magna Italicæ linguæ copia; inquit igitur. ψεκάδιον, imminuto eo nomine, Græci vocare ſolent tenuē imbrem, & qui aliquo modo imitetur rorem. Nos patrio ſermone *ſpruzzaglia* vocare ſolemus. i. aſperſionem, quia ſimilis imber ille eſt puſillę aquæ, qua aſpergimus leuiter alienum, aut noſtrum os: hoc enim facere apud nos eſt *ſpruzzare*. Vnde etiam ſæpe noſtri agricolæ, translato hoc verbo ad aliam rem, vt mos ruſticorum hominum eſt, dicunt pomorum aliquorum tantùm *ſpruzzaglia* quandam éſſe, cum infrequentiā, & paucitatem ſignificare volunt. Hactenus Victo. qui, quod ego ſupra *Acquitrina, Spruzzaglia* nominat, & propriè quidem, ſed repræſentando nomē imminutum non inconuenienter etiam *Acquitrina* dixeris; quæ dictio ferè eſt idem, atque *Spruzzaglia*, ſed non tam propriè dicitur, in tali ſenſu. Hæc de Græcorum Diminutiuis.

Quatenus pertinet ad Augmentatiua, & Improbatiua, ipſi omnino carent: Blanditiuis autem, vel quę ipſorum naturam quodammodo ſapiant, rarò, neque apertè vſi eſſe videntur: nos verò frequenter, ac manifeſtè ipſa vſurpare ſolemus. Vt Blanditiuum Epitheti notat Victor. κυλλοποδίων in Vari. lect. lib. 19. cap. 19. ita ſcribens. Noluit accuſare Iuno Vulcanum, cum apud optimum poëtam ipſum κυλλοποδίωνα appellauit: apertum enim erat vitium pedum ipſius, nec tegi vllo pacto potuit; nullo autem verbo magis Deum illum oſtendere poterat, quàm, ſi inde ipſum vocâſſet: fuiſſet enim alienum a perſona matris filium ſine cauſâ lædere: prætereà tēpus illud, quo cum ipſo ita egit, id non patiebatur. Imminuto igitur illo nomine, blandè filium Iuno appellauit; ſignificauitque eum leuiter claudicare. Nos quoque patrio ſermone, ſi perſonam talem, quod nomen par eſt Græco, eodem conſilio *Zoppettino* vocaremus, videremur potius malum ipſius conterere, quàm id ipſi exprobrare; intelligeremúrque ſubitò ipſam valdè amare, & vitio illius dolere. Hæc Victori. Euſtathius tamen ad eum locum qui eſt Ilia. φ. ita inquit. ὄρσεο κυλλοπόδιον ἐμὸν τέκος. ἀθετεῖται διὰ τὸ τοῦ πεδίου τε ἄκαιρον. ἡ γὰρ μήτηρ ἥρα ἡ προσφθεγγαμένη, οὐκ ὤφειλε προσθεῖναι τὸ τοῦ τέκνου ἐλλάττωμα τὸ, ὦ κυλλοποδίον. ἔστι δὲ ὁ λόγος ἁπλοϊκὸς ὡς ἀπὸ μητρὸς. ὅτε δὲ μετ᾽ ὀλίγα παύεσθαι αὐτὸν λέγει, ἴσχεο τέκνον, φησὶν, ἀγακλεές. καὶ ἄλλως δέ φασι διὰ τὸ ἐμὸν τέκος, λεαίνεται τὸ τραχὺ τῆς κλήσεως. i. Excitare, parùm claude mi fili, deluditur ob intempeſtiuum epithetum. Iuno enim mater, quæ ipſum alloquitur, non debebat addere filij vitium, o parùm claude. Eſt autem oratio ſimplex, nec maleuola tanquā à matre prolata. Quando igitur poſt paulo iubet, ipſum quieſcere, abſtine, inquit, fili perilluſtris. Et aliter dicunt: eo quòd dixit, mi fili, mollitur appellationis aſperitas. Item lib. 6. ubi agitur de egregiâ Vulcani domo, ab ipſo conſtructâ, ideâ ab Homero nuncupatur κυλλοποδίων. Vbi Euſtath. τὸ δὲ κυλλοποδίων, οὐ σκωπτικῶς ὁ ὅμηρος ἔφη σιλλογραφῶν εἰκῆ, ἀλλ᾽ ἢ κατ᾽ ἰδιότητα ὥσπερ καὶ τὰς τοῦ διὸς θυγατέρας λιτὰς χωλὰς διεγράψατο, ἢ πρὸς ὑπόδειξιν τοῦ μηδὲν προσίστασθαι τῷ ἡφαίστῳ εἰς τὸ θαυμαστὸν ἔργον τὴν τῶν ποδῶν κυλλότητα. i. Quòd autem vocatur parùm claudus, non contumelioſè dixit Homerus, vt ſcommatū ſcriptores facere ſolent, ſed vel ob proprietatem, quemadmodum etiam Pre-

ces Iouis filiæ claudæ descriptæ sunt, vel, vt ostenderet, nihil officere Vulcano ad tam admirabile opus, quòd fuerit claudus. Muretus quoq; Victorij sententiam afferens lib. 11. cap. 10. Varia. lect. nec approbans, nec reprobans, ex Plutarcho inquit, voluisse summum, ac sapientissimum poëtam ostendere, neque bona, neque mala corporis talia esse, vt aut ad laudem, aut ad uituperationem cuiusquam ualdè pertineant. Ego in re tam dubiâ, controuersáque nihil proferre audeo. Doctiores iudicare poterunt.

DE SVPINIS.

CVm utrique Supinis, ac Gerundijs careamus, pro ipsis easdem loquendi formulas vtrique adhibemus. Quod enim Latini efferunt per prius Supinum, Vado quæsitum; Græci, ἔρχομαι ζητεῖν. Nos, *Io vo a cercare*. In altera etiam loquendi formulâ, qua idem exprimitur, conuenit inter nos. ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα. *Io son venuto, portando uccelli*. i. Aues portatum ueni. In Menan. Frag. οὐ βολβοῖς ἐμαυτὸν χορτάσων ἐλήλυθα. *Io non son venuto contentãdomi di cipolle*. i. Non veni, ut bulbis satur forem Alexis. Bocc. Fabu. 34. *Venendo il tempo, che mandar ne la douea, al Re Guglielmo mandò significando ciò, che fare intendeua*. Et Dauanzatus in Schismate. *Morto Cromuelo, il Re mandò dicendo alla sua moglie Anna, &c. Fatturo*, etiam, *Passuro*, & *Succeduuro* cum similibus quandoque usurpantur a nostris, quæ optimè suo loco exprimerent χορτάσων Græcorum; Dant. Parad. Cant. 6.

Fatto auea prima, e poi era fatturo. Atque ibid. Cant. 20.

Quel de' passuri, e quel de' passi piedi.

Et Dauanz. in Opusculo proximè citato dixit, *Dichiarolla [Arrigo Maria] Principessa de' Brettoni Vualli, grado proprio del Re succeduuro; e mandolla a quel gouerno.*

Item, quod Romani per posterius Supinum vulgò enunciant, e. g. turpe dictu; Hi, αἰσχρὸν λέγειν. Et nos, *Sconueneuole a dire*, aut, *Sconueneuole a dirsi*. Quod etiam a Græcis factitatum inuenio, ut scilicet hoc infinito modò Actiuè, & modò Passiuè utantur.

ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

A Dio son facili a fare tutte le cose, e niente è impossibile. i. Omnia Deo factu facilia, & nihil eius potentiam superat. Linus apud Stobæum. *Dio può fare ogni cosa.*

τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν. *Questa luce è a gli huomini giocondissima a vedere*. i. Hæc lux mortalibus aspectu iucundissima est. Eurip. in Iphige. in Auli.

πρηΰς δ' εἰσιδέειν, καὶ μείλιχος. *Questo è mansueto, e piaceuole a vedere*. i. Hic mansuetus est, & blandus aspectu. Mosch. Edyll. 2.

τούτῳ γὰρ αὐτόθεν μικρῷ ἀκουσθῆναι ὄντι, ἐπεσαγόμεθα. *Essendo questo per sua natura gretto a vdirsi, noi l'aggrandiamo*. i. Huic enim suâ ui paruo auditu existenti, granditatem acquirimus. Vt vertit Victo. Est locus Demetrij.

μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη εὑρέσθαι. *E molto ageuole a trouarsi*. i. Admodum facilis est inuentu. Aratus.

Ad Comparatiua breuis Notatio.

Et, ne ſubtiliùs minuta quædam percurrens, eius, quod a me etiam, atque etiam repetitum eſt, oblitus videar, lectorémque tædio afficiam, pauca hæc exempla Comparatiuorum Syntaxeωs abſque vllâ declaratione conſideranda propono: In quibus perſpicientur omnes caſus, qui Comparatiuis addi ſolent, quomodo ab utriſque apponantur, & in ipſis apponendis ſimilitudo.

βυλῆς μὲν ὐδὲν ἐςὶ ἔχθιον κακῆς. *Niente è più noceuole del mal conſiglio*. i. Nihil malo conſilio nocentius eſt. Sopho. in Elec.

τοῖσι πόλεμος γλυκίων γένετ', ἢε νέεσθ.
A queſti è più dolce la guerra che 'l tornarſene. i. His dulcius eſt bellum, quàm reditus. Hom. Ilia. B.

τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς, κρεῖσσόν ἐςι κατθανεῖν. *E meglio il morire del viuere in trauagli*. i. At vitâ plenâ ærumnis mors eſt potior. Eurip. in Troad. Act.3. Huic ſimile illud Dant. Purg. Cant.27.

Poco potea parer lì del dì fuori:
Ma per quel poco vedea io le ſtelle
Di lor ſolere, e più chiare, e maggiori.

εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος. *Vn huomo è più degno di veder la luce, d'infinite donne*. i. Vnus vir lucis aſpectu dignior eſt, quàm ſextentæ fœminæ. Eurip. in Iphi. in Auli.

πολὺ δὲ μᾶλλον τέτε ἡ πόλις. *Ma molto più di coſtui la città*. i. Sed multo magis hoc ciuitas; nempe, amica eſt. Principium orationis Demoſth. contra Leptin.

ὅλαι γὰρ διὰ περιόδων εἰσὶ συνεχῶν, ὐδέν τι ἔλαττον, ἤπερ ἡ Ὁμήρε ποίησις δι' ἑξαμέτρων. *Percioche tutte ſono di Periodi continuati non punto meno, che la Poeſia d'Omero di Eſametri*. i. Totæ namque Periodis continentibus conflatæ ſunt, non minus atque Homeri Poëſis Hexametris. Vbi inter alia optimè reſpondet τὸ [ὐδέν τι ἔλαττον] τῷ. [*non punto meno*]. Demetrius non longè a principio.

DE INFINITIS.

De Syntaxi Infinitorũ, quæ a Græcis ἀπαρέμφατα dicũtur ea maximè proferã, quorum Latina lingua uidetur eſſe omnino expers. Et ex his omittam etiam hoc in loco illas loquendi formulas, quibus Græci, atque Itali pro Gerundijs utuntur, ut cum alijs eiuſdem generis infra latiùs pertractentur.

Quòd Infinita a Verbis regantur, & ab aliquibus etiam Adiectiuis nominibus, inter omneis conuenit; Idque non ſolùm Græcis, & Romanis, ſed Etruſcis quoque commune eſt. Nos duobus exemplis contenti erimus. In altero Infinitum, ac Verbum præcedens ad eamdem pertinebunt perſonam; In altero uerò ad diuerſam.

αἰσχύνεται τέτοι ἀγαθὰ ἀσκήσας ἀνὴρ,

Κακὸς

Κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις.

Ogni huomo, auendo ben'operato ha per male esser chiamato cattiuo. i. Omnis vir, cum bene egerit, ægrefert malus vocari. Euripi.

κέρδιστον εὖ φρονοῦντα, μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

Giouceuolissimo è intendendola bene, parer non intenderla. i. Vtilissimum est, bene sapientem, non videri sapere. Aeschy. in Prometh.

Illud etiam commune est omnibus nobis, vt Infinitum loco suppositi, quod dicunt, præponatur.

τὸ ταῦτα νέον ὄντα ποιεῖν, ἔχει τινὰ συγγνώμην. *Il fare queste cose vn giouane, ha qualche scusa*. i. Iuneuem hæc facere, habet aliquam excusationem. Vel meliùs. Hęc cum quis iuuenili adhuc ætate facit, vtcunque ferendum est. Nazianz.

τὸ μὴ φρονεῖν ἀνώδυνον κακόν. *Il non auer l'vso della ragione è vn mal senza dolore*. i. Non sapere doloris expers est malum. Sopho.

τὸ τύπτεσθαι ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινος. *Il toccarne da dolore, auuegna che l'huomo è di carne*. i. Cædi, dolorem affert, siquidem homo ex carne constat. Aristo. in Ethi. Nicoma. lib. 3. cap. 9. Vnde nostrum vulgare dictum. *Ogniuno è di carne*. Quo significamus, plagas, & ærumnas neminem non diuexare. Nec me latet, hanc loquendi formulam a Latinis per Ipsum aliquando expressam fuisse, vt a Plinio. lib. 7. cap. 54. Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti. i. τὸ καίειν.

Ogn'vno è di carne.

ἦν δὲ αὐτῷ δεινὸν οὐχ ἡ νόσος, ἀλλά τι τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς ἀπεῖναι. *Ed era a lui graue non la malattia, ma esser lontano da te capo sacro*. i. Angebat autem ipsum non morbus, sed a te sacro capite abesse. Synesi.

τὸ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται. *Il maggior rimedio de' mali è giudicato il morire*. i. Mors malorum maximum existimatur remedium. Euri. in Herac.

ἴδιον παντὸς ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν. *E' proprio d'ogni buono il giouare*. i. Proprium est bonorum omnium prodesse. Cyrillus.

Quòd autem Infinitum alterius casus vicem gerat, Græcis vtique, ac nobis commune est, Latinis autem minimè.

Infinitum pro generandi casu.

τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον. *Niente è più diletteuole del filosofare*. i. Nihil Philosophiâ iucundius.

τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ὥστε ἤδη καὶ ἔχειν αὐτοῦ ἔρωτα. *Io son tanto lontano dal temer la morte, che di già io ne ho anche desiderio*. i. Tantùm abest, vt mortem extimescam, vt iam ipsius quoque cupiditate tenear. Plato.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πονεῖν σοφώτερον. *Niente è meglio dell'esser diligente*. i. Nihil quicquam vtilius est diligentiâ. Damox Comi.

Infi-

Infini. Pro Datiuo.

τῷ φιλοσοφεῖν ἐναντιοῦται ἡ ἀφροδίτη. *Venere ſi contrappone al filoſofare.* i. Philoſophiæ aduerſatur Venus.

ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται. *Tutte le coſe ſon ſerue al ſapere.* i. Omnia ſapientiæ ſubijciuntur. Menan. apud Stobæ. ſerm. 3. Quod vulgò παροιμιακῶς, *Chi sà, è padron de gli altri.*

Chi sà, e padron de gli altri.

Infini. Pro Quarto caſu.

τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν. *Noi diciamo, il filoſofare eſſer coſa orreuole.* Ad Philoſophiam incumbere dicimus honeſtum eſſe.

ᾧ τὸ εἶναι παρέσχημαι. *Alquale io ho dato l'eſſere.* i. Cui vitam dedi. Luci.

Quòd autem in illa formulâ; *E' dicono, ch'egli è venuto vn certo foreſtiero;* a purioribus Latinis verbum verbo reddatur, me obſeruâſſe non memini. Græci, & nos paſſim. Euripi. in Bacchi. Act. 1.

λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος. i.
Aiunt, quemdam adueniſſe hoſpitem.
ὅρα γε μὴν δὴ καὶ γυναιξὶν ὡς Ἄρης ἔνεστιν.

O vedi vn poco, che anche le donne ſtanno ſul gigante. i. Vide age, mulieribus quoque Martem ineſſe. Sopho. in Electrâ. In quo exemplo adnota inſuper particulas expletiuas, vt vocant; quas Italicè expreſſas, ſententię non mediocrem vehementiam conferre agnoſcas.

Nomina verò, vnde Infinita pendent, non ſunt ex Adiectiuis tantùm admodum pauca, vt Latinis, ſed omnis generis quàm plurima; Exquibus hæc exempli gratiâ.

ἔργον λύπην ἐκφυγεῖν. *E' fatica fuggir la malinconia.* i. Operoſum eſt mœrorem effugere.

οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. *Non è il caſo a parlare, e non può tacere.* i. Ad dicendum non idoneus, & ad tacendum impoſ. Epicharm. In Garrulitatem.

κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν. *Coſtui era più il caſo di niun altro a fauellare.* i. Optimus hic erat inter omneis homines dicendo. Eupo.

οὐ ταυτὸν τὸ βλέπειν τῷ κατθανεῖν. *Non è il medeſimo il vedere, che l'eſſer morto.* i. Non idem eſt lucem tueri, & efflâſſe animam. Hecuba Andromachæ in Troad. Eurip.

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. *Attiſſimo a chiacchierare, diſadattiſſimo a fauellar da ſenno.* i. In loquendo optimus, in dicendo impotentiſſimus. Eupolis. Hanc loquendi formulam vulgus ita παροιμιακῶς efferret: *A chiacchierare e' val tant'oro, a parlar da ſenno, e' non vale vna man di noccioli; Vna chiarabaldana; Vna frulla.*

Chi toſto giudica, toſto ſi pēte.

οἱ ταχεῖς φρονεῖν οὐκ ἀσφαλεῖς. *I toſtani a riſoluerſi non ſon ſicuri.* i. Qui citiùs deliberat, non tutus eſt. Sopho. in Oedi. Tyran. Huc ſpectat adagi: *Chi toſto giudica, toſto ſi pente.* De quo alibi.

δ' εἶναι

δειναὶ μὲν αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. *Le donne sono eccellenti a tramare inganni.* i. Callidæ sunt mulieres inueniendis dolis. Eurip. In Iphige. in Tau. Tale dictum sic enunciaremus adagialiter; *Le donne hanno più un punto del Diauolo.*

Le Donne hanno più un pũto del Diauolo.

ἐπριάμην κρεάδι' ἀρνὸς ἐσθίειν πίονος. *Ho comperato carnicine di agnello grasso a mangiare.* i. Emi carunculas agni ad vescendum pinguis. Alex.

Item quòd a Præpositionibus, & Aduerbijs passim regantur Infinita, quẽadmodum Græcis, ac nobis familiare inuenias, ita a Latinis alienissimũ est. Exempla eorum, quæ a Præpositionibus, infra post Gerundia, hæc ab Aduerbijs reguntur.

πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. *Innanzi al leuar del Sole.* i. Ante orientem solem.

πρὶν νενικηκέναι ἐγκώμιον ᾄδειν. *Cantare innanzi all'auer vinto.* i. Antequam quis victoriam sit assecutus, encomium canere. Plato in Lyside.

πρὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι. *Innanzi all'esser costituito Alessandro in Imperio.* i. Priusquam Alexander imperio poliretur. Aeschi.

μέχρι τοῦ τετελευτηκέναι. *Insino all'esser morto.* Vsque in finem. Interpretantur sacri expositores.

ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα. *Insieme con l'uscir del ventre lo riceuette la regal porpora.* i. Simulátque è materno utero prodijt, imperatoria purpura eum excepit. Herodia.

ὡς εἰπεῖν. *Come dire.* i. Perinde ac si dicas. Arist. 1. de Ani.

DE GERVNDIIS.

QVattuor apud Latinos fuisse Gerundia communi Grammaticorum sententiã videtur esse receptum: qui ad quatuor casus præceptionis causâ ea redegerunt.

Primi Casus exempla.

Quod Romani in primo casu inquiunt. Hoc faciendum est. Græci; τοῦτο ποιητέον ἐστί. Nos; *Questo è da fare. S'ha da far questo.*

οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν. i. Non plurimi faciendum est viuere, sed rectè viuere. *Non è da stimar forte il viuere, ma il ben viuere.* Plato.

ἆρ' οἶσθ' ὅτι σοι πρὸς ἄνδρας σοὶ μαχητέον. i. Nostine, tibi cum viris esse pugnandum? *Sai tu, che da te s'ha da combatter con huomini?* Mnesim: Comi.

Locutio autem inferior, quæ idem valet, ac superiores, nostro loquendi modo optimè respondet.

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ', ἃ μηδὲ δρᾶν καλά. *Non è da parlare, di quel che non è conueneuol fare.* i. Inhonesta factu, ne dictu quidem honesta sunt. Sopho. apud Stobæ. sermo. 17. Quæ sententia ferè examussim congruere videtur illi nostræ;

Non si de' pur pensare
Quel, che sta male a fare.

De Altero casu.

Alter casus a Latinis effertur. Viuendi magister. Necessitas moriendi. A Græcis,& a nobis vnâ,& eâdem penitus ratione.

ὁ πατήρ γε τοῦ ζῆν ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός. *Il campo è a gli huomini il padre del viuere*. i. Est sanè viuendi pater hominibus ager. Amphis apud Stobæ. serm.54.

τῶν μετρίων αἱ μείζονες λῦπαι
ποιοῦσι τοῦ φρονεῖν μετάστασιν.

I trauagli più che mediocri fanno mutazion del sapere.i. Tristitiæ plusquam mediocres sapiendi mutationem afferunt. Alexis Comi.

Ogn'vno ha a morire.

ἅπασιν ἀποθνήσκειν ἀνάγκη γίνεται. *A ogn'vno è necessità morire*. i. Necessitas moriendi ad omnes pertinet. Antiphanes apud Stobæ. serm.49.

ἐκ μακρῶν συνουσιῶν τοῦ κακῶς λέγειν ἀρχὴ γίγνεται. *Dalle lunghe conuersazioni diriua l'origine del dir male*. i. Ex longis consuetudinibus cauillandi initium oritur. Alexis.

ἡ ῥητορικὴ λέγεται ἐπιστήμη τοῦ εὖ λέγειν. *La Rettorica è detta scienzia di ben parlare*. i. Rhetoricè dicitur scientia rectè loquendi. Alcinous Philos.

Tertij Casus exempla.

Καλόν γ' ἀποθανεῖν, πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον. *Bella cosa è il morire innanzi al fare cosa degna di morte*. i. Præclarum est mori antegerendum morte dignum.

τὰ θεῖ' ἀφείς τις, εἰς τὸ μαίνεσθαι τρέπει. *Qualcuno, lasciate le diuine cose, si riuolta allo'mbestialire*. i. Diuinis omissis, aliquis ad furendum uertitur.

ἀπάγουσιν αὐτοὺς αἱ μὲν εἰς τὸ σώζεσθαι, αἱ δὲ εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι. *Conducono costoro altre a saluarsi, altre a capitar male*. Cuius loci sententiam Latinè sic aliquis adumbraret. Adducunt ipsos aliæ quidem ad salutem, aliç verò ad interitum. Cebes.

ἐμέθυον· ἱκανὴ πρόφασις εἰς τὸ ἁμαρτάνειν. *Io era briaco: occasione sufficiente a peccare*. i. Ebrius eram; satis est prætextus ad peccandum.

πολύ γ' ἐστὶ πάντων κτῆμα τιμιώτατον
ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη.

La più preziosa cosa, che sia per tutti gli huomini al viuere, è l'arte. i. Multo omnium res preciosissima Omnibus hominibus ad viuendum est ars. Hipparchus in Pictore. Apud Stob. ser.58.

De quarto Casu.

Hoc Latini vtuntur modò absolutè,& modò cum Præpositionibus, ut notissimum est.

Princeps esse velis non grauiter puniendo, sed omneis tuâ intelligentiâ superando,& efficiendo,ut censeant, te, quàm seipsos pro suâ ipsorum salute

lute

lute meliùs conſulere. ἀρχικὸς εἶναι θέλε μὴ τῷ σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ νομίζειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινόν σε βουλεύεσθαι. Qui locus, ſi rectè conſideretur, non parùm oſtendit, quanto ſit propior, ac ſimilior Græcæ linguæ noſtra, quàm Latina: nulla enim adhibitâ verborum circuitione, ſic ad uerbum conuerto. *Vogli tu eſſere il principale non già col punir grauemente, ma con l'eſſer ciaſchedun ſuperato dalla tua intelligenza, e col giudicare i medeſimi, che tu meglio di loro per la lor propria ſalute deliberi.* Locus Iſocr. notiſſimus.

In nihil ſapiendo iucundiſſima vita.
  ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος.
  Nel non conoſcer mente è vita giocondiſſima. Sophocles in Aia. Flag.

Ex laborando libenter, contingunt, quæ velis aſſequi.
  ἐκ τοῦ φιλοπονεῖν γίνεθ' ἃ θέλεις κρατεῖν.
  Dall'affaticarſi volentieri naſce, quanto tu deſideri conſeguire.

Ab admonendo, & conſulendo abſtinendum eſt.
  τοῦ νουθετεῖν, καὶ συμβουλεύειν ἀφεκτέον.
  E da aſtenerſi dall'ammonire, e dal conſigliare.

Pro aliquâ re adipiſcendâ.
  ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τι.
  Per conſeguir qualche coſa.

Et hæc ad Latinorum normam dicta ſufficiant.

Afferam nunc quoſdam huius generis loquendi modos, quibus Latini omnino carent, cum Græcis, atque Etruſcis notiſſimi ſint, ac familiariſſimi.

In his Infinita occupant ſedem patrij caſus.

μέχρι τοῦ ἐρυθριᾶν. *Fin all'arroſſire.* i. Quoad ruborem emiſit.

διὰ τὸ δῆλον εἶναι τὸ καθ' ἕκαστον. *Per eſſer manifeſto il particulare.* i. Eo quòd ſingulare manifeſtum ſit. Ariſt. Poſter. 1.

ἐκ τοῦ μὴ συγκεῖσθαι τοὺς λίθους, ὡς δεῖ. *Dal non iſtar le pietre, come biſogna.* i. Eo quòd lapides non ſunt compoſiti, ut oportet. Apud Demetr.

δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι. *E manifeſto dall'auere eretto vn altare a Platone.* i. Conſtat ex eo, quòd in honorem Platonis aram erexit. In uitâ Ariſt.

τοσοῦτον ἀπολέλοιπεν ἡ πόλις ἡμῶν περὶ τὸ φρονεῖν, καὶ λέγειν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. *La città noſtra è cotanto paſſata auanti a gli altri huomini intorno al ſapere, e al fauellare.* i. Noſtra ciuitas tantùm & ſapientiâ, & eloquentiâ cæteris hominibus antecellit. Iſocr. Panegy.

ἀντὶ τοῦ πρὸς ἑτέρους περὶ τῆς χώρας πολεμεῖν, ἐντὸς τείχους πρὸς ἀλλήλους οἱ πολῖται μάχονται. *Incambio di combatter con gli altri per lo'mperio, i cittadini dentro le mura combattono tra di loro.* Locus Iſocr. è Panegy. quem alij aliâ ratione vertunt. Sententia talis eſt. Tantum abeſt, ut cum alijs de Imperio dimicent, ut ciues intra muros alter cum altero prælientur.

ἀντὶ τοῦ μετὰ τῆς Ἀσίας ἁπάσης εἰπεῖν. *In uece di dire; con tutta l'Aſia.* i. Pro eo, quod dicere debebat; cum omni Aſiâ. Demet.

δοῦλός ἐστι τοῦ πεπωκέναι. *Egli è ſeruo d'auer beuto.* i. Seruus eſt potus. Phile. Comi. Sed hæc noſtra formula durior eſt; illa huius generis tritiſſima, ac

nulgatiſſima; *E' ſarebbe tempo d'auermi ſpedito.*

ἐκ τοῦ εὖ ἀκούειν. *Per eſſere in buon concetto.* i. Eo quòd bene audit. Antipha. Comi.

ὅταν ἐμπέσῃ τις εἰς τὸν θυμὸν φόβος,
κἂν τοῦ καθεύδειν ἕνεκά τις οὐκ ἐξέρχεται.

Quando è caduta nell' animo qualche paura, ella ne anco per lo dormire ſen' eſce. i. Cum aliquis timor in animum illapſus eſt, etiam ſi quis dormiat, non egreditur. Phile. Comi.

γίνεται δ' ἡ ἐνάργεια ἐκ τοῦ παραλείπειν μηδὲν, μηδ' ἐκτέμνειν. *Naſce l'euidenza dal non laſciar, ne troncar niente.* i. Oritur autem euidentia, cum relictum eſt nihil, neque amputatum. Demetr. Qui, & paulo poſt;

τὸ γὰρ ἐναργὲς ἔχει ἐκ τοῦ πάντα εἰρῆσθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ μὴ παραλελεῖφθαι μηδέν. *Perciocche ha l'euidenza da l'eſſerſi dette tutte le coſe, che accaggiono, e non ſi eſſer tralaſciata niente.* i. Euidentiam enim habet ex eo, quòd cuncta dicta ſunt, quæ eueniunt, & nullum omiſſum eſt. Sic Victo.

ἀντὶ δὲ τοῦ κτεῖναι, σὺν ταῖς τίτθαισι κολάζει
δέσμιον ὡς λῃστὴν εἰς τὸ βάραθρον ἐνείς.

In cambio d'ucciderlo, e' lo tormenta inſieme con le balie, tenendolo nel Baratro legato com' un ladrone. Eſt diſtichum Hexaſtichi Palladę in Iouis impietatem contra Saturnum: quod ſic Latinè redditum eſt;

Quum occidiſſe nequit, pariter nutricibus illum,
Vinctum vt latronem detinet in barathro.

οὕτως ἐξέπληξεν αὐτοὺς τοῦ πολεμεῖν. *Coſi gli ſpauentò del combattere.* i. Ita eos bello exturbauit. Iſocra.

τὸ οἴεσθαι τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται. *Il penſare è molto lontan dall' eſſere.* i. Opinari ab eo, quod eſt, plurimum diſtituitur.

Pro dandi caſu in his videas appoſitum Infinitum.

περὶ τοῦ δεδοικέναι. *Intorno all' auer temuto.* i. Quo ad timuerit. Nazianz.

ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἥ τ' ἀδοξία,
δειλία τε, ἥτ' ἀτιμία βίου.

Nell'eſſer pouero è l'ignobilità, la peritanza, e'l diſonor della vita. i. In paupertate eſt ignobilitas, & timiditas, & ignominia uitæ. Eurip. apud Stob. in ſerm. 3.

ἐπισκοτεῖ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν. i. *Il riceuere adombra il conoſcere.* i. Prudentia, ſi quis accipiat quicquam, obnubilatur. Antipha.

σχολὴ μὲν τῷ ζῆν πολεμιώτατον κακόν. *L'ozio è al viuere un nimiciſſimo male.* i. Ocium eſt uitæ malum infenſiſſimum. Alexis.

ἐν μόνῳ τῷ νικᾶν κειμένης τῆς σωτηρίας. *Conſiſtendo la ſalute nel vincer ſolo.* i. In ſola victoria ſita ſalute. Diodo.

πᾶσα πρακτικὴ ἀρετὴ ἐν τῷ γίνεσθαι, οὐκ ἐν τῷ γεγονέναι, τὸ εἶναι ἔχει. *Ogni virtù attiua ha l'eſſere nel farſi, e non nell'eſſerſi fatto.* i. Omnis, quæ in actione conſiſtit, virtutis hæc natura eſt, vt fiat, non ut facta ſit. Didymus.

Infi-

Infinitum loco quarti caſus.

διὰ τὸ μὴ φροντίζειν. *Per non por mente.* i. Eo quòd mentem non adhibebat.

μετὰ τὸ διαλεχθῆναι. *Dopo l'eſſerſi diſputato.* i. Poſtquam diſputatum fuit. Gramm. in Comm. in Animam.

περὶ τὸ συμβάλλειν. *Intorno al conſigliare.* i. In ferendo conſilio.

διδόναι χρόνον πρὸς τὸ βουλεύεσθαι. *Dar tempo a deliberare.* i. Ad deliberandum tempus concedere.

μετὰ τὸ πλουτεῖν δεύτερον. *Dopo l'eſſer ricco è la ſeconda coſa.* i. Poſt diuitias ſecundum locum tenet.

διὰ τὸ μικρὰ σύμπαντα ἔχειν. *Per auer tutte le coſe piccole.* i. Quia puſilla cuncta habet. Demetr.

τοῦτο μόνον κερδανοῦμεν τῆς σῆς φιλίας, τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς φίλοις. *Noi guadagneremo queſto ſolo dall'amicizia tua, il non ci fidar de gli amici.* i. Hoc ſolùm vtilitatis ex tuâ amicitiâ capiemus, vt amicis minimè fidamus. Gregor.

πρὸς τὸ λαβεῖν μὲν ὁ νοῦς, τ' ἄλλ' οὐχ ὁρᾷ. *L'animo, attento al pigliare, non vede l'altre coſe.* i. Animus, ad accipiendum fixus, alia non videt. Diphilus.

Florentiniſmi, ſiue Italiciſmi, ex Græciſmis.

φεύξομαι, ὡς ἔχω ποδῶν. *Io fuggirò, quanto io ſi aurò ne' piedi.* i. Fugiam, quantùm pedibus potero. Socra. in Gorgiâ Plato. Quæ Phraſis latiſſimè patet. Sed de hoc in Dictionario. *Quanto ne ho nelle gãbe.*

τούτων εἰς ἐστὶ Πλάτων. *Di queſti è Platone.* i. De horum numero eſt Plato. *E' di queſti.*

— τόδ' ἀφθόνον αὐτόθεν ὕδωρ
ἐξέχυτο πληγῇ πρότερον ποδός. Inquit Aratus, de Hippocrene tractãs. *Abbondeuole acqua quindi ſcaturì al colpo del primo piede.* i. Copioſa verò inde aqua effuſa eſt ictu prioris pedis. Nobis locutio vulgatiſſima, vt e. g. *Al primo colpo non cade l'albero.* *Al primo colpo.*

αὐτοὺς δὲ τοὺς Πέρσας ἐκέλευε, εἰ σοφοί εἰσι, γνῶναι, τὸ θέλει τὰ δῶρα λέγειν. *E commandò gli ſteſſi Perſiani, ſe ſon ſani, interpretare che voglia dire i doni.* i. Iuſſit autem, ipſos Perſas, ſi ſolertes ſint, interpretari, quid ſibi dona velint. Herod. in Melpom. *Che vuol dir coteſto?*

μετὰ τὰ δῶρα τὰ ἐλθόντα Δαρείῳ. *Dopo i doni venuti a Dario.* i. Poſt dona Dareo miſſa. Idem. Et Lucia. γράμματα εἰσεφοίτα αὐτῷ παρὰ τῆς γυναικός. *Gli veniua lettere dalla donna.* i. A muliere ad eum literæ deferebantur. *Doni venuti a lui.*

νῦν δ', ὅτε δὴ μέγας εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων, πυνθάνομαι. *Ma ora, che io ſon grande, e ſentendo il parlare altrui, intendo.* i. Nunc autem, cum iam ſum prudentiori ætate, & aliorum orationem audiens, intelligo. Home. Odyſſ. B. *E' grande, e intende.*

τῆνος ἄγαγεν ἐνθάδε χρειώ. *Il biſogno di lui mi ha condotto quà.* i. Huc veni, quoniam ipſius egeo. Theocri. Edyll. 25. *Il biſogno m'ha condotto a queſto.*

ἡ παροιμία φησί. *Dice il prouerbio.* i. Vulgò iactatur. Eſt in prouerbio. Lucia. Epiſt. ad Nigri. *Dice il prouerbio.*

ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο. *Ma, quando e' fu arriuato al vino.* i. Vbi verò ad ſermonem de vino peruenit. Herodo. *Arriuare a vna coſa.*

Donde ſe?

πόθεν εἶ; *Donde ſe?* i. Cuias es? Vulgata locutio. Vtitur Maxi. Planu. in vitâ Aeſopi. Plautus in Bacch. dixit; Vnde es?

Che ſai tu fare?

τί οἶδας ποιεῖν; *Che ſai tu fare?* i. Quanam arte confidis? Vt dixit Cicer. in Quint. Tuſc. Idem Planu.

Non dirà nulla.

τοσαῦτα εἴπας Ἀρτάβανος, νομίζων, Ξέρξεα ἀποδέξειν λέγοντα οὐδὲν, ἐποίεε τὸ κελευόμενον. *Auendo detto così Artabano, ſperando, Serſe non dicendo niente auerle a approuare, eſeguì, quanto era ſtato commeſſo.* i. Hæc locutus Artabanus, quòd ſperaret ea a Xerxe ſine vllis verbis admiſſum iri, iuſſa executus eſt. Herod. in Polymn.

Non ho biſogno di dire.

λέγειν οὐδὲν δέομαι. *Io non ho biſogno di dire.* i. Nihil attinet dicere. Aeſchi.

Bocca del fiume.

ἐπ᾽ Ἀξείνου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. *Mandati, arriuarono alla bocca d'Aſſeno.* i. Ad Axeni (maris) os, miſſi venerunt. Pind. in Pyth. Od. 4. πόντου στόμα. i. Maris os. Apolloni. Et nos *Alla bocca d'Arno, La bocca del Teuere*, vbi s. Arnus, vel Tiberis in mare egerit. Virgilius appellauit oſtium Aen. 6.

Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Idem nuncupatur etiam *Foce*; a Latinis Fauces. Plin. de eodem fluuio lib. 5. cap. 9. Multis, inquit, faucibus in Aegyptum mare ſe euomit.

Che hai tu fatto?

οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας; *Che coſa dunque hai tu fatto?* i. Quidnam rei feciſti? Cum increpatione. Herodo. in Terpſic.

Lõtano dal giudicare.

πόῤῥω εἰμὶ τοῦ οἴεσθαι. *Io ſon lontano dal giudicare.* i. Multum abeſt, vt exiſtimem. Plato.

Metterſi alla poeſia.

ὃν δ᾽ ἂν τις τῶν αὐτῶν μηδὲν χείρων σοφίαν,
ἐπιχειρήσει τῇ ποιήσει, &c. *Ma ſe alcun di qui, non la intendendo punto peggio di loro, ſi mette alla poeſia.* i. Si quis verò noſtratium, nihilo illis inferior ſapientiâ, aggrediatur poëſin. Eupo.

Padron di fare.

κυρίους ὑμᾶς τοῦ ποιεῖν ἃ βούλεσθε. *Vi laſciò padroni di fare, quel che voi volete.* i. Liberum vobis voluit eſſe, facere quicquid velitis. Chryſ. Et alibi. σὺ κύριος εἶ ποιῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην ἐγκώμιον σόν. *Tu ſe padrone di fare queſta villania tua lode.* i. In te ſitum eſt, hanc contumeliam in laudem tuam conuertere.

E' fuor della verità.

ἔξω τῆς ἀληθείας τοῦτο. *Queſto è fuor della verità.* i. Hoc falſum eſt. Baſil.

Ti mancaua l'vccellarmi.

ἔτι λείπεται τὸ χλευάζειν με; *Mancauati l'vccellarmi?* i. Etiam me derides? Planu. in vitâ Aeſo.

Correr riſco di morire.

ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι. *Corſe riſico d'eſſere sprofondata tutta.* i. Parùm abfuit, quin funditus euerteretur. Thucyd.

Gli venne gran malattia.

οὔ τις ἐπήλυθε νοῦσος ἐκείνοις βουκολίοις. *Niuna malattia veniua a quelli armenti.* i. Nullus morbus illa inuadebat armenta. Theocri. Edyll. 25.

κλαίειν σε ποιεῖν ἐπειρώμεθα. *Noi ci prouauamo di farti piagnere.* i. Lacrymas tibi exprimere tentabamus. Xenoph.

Non ha biſogno di preghe.

οἶμαι οὐδὲν δεήσεσθαι Ἱππίαν τῆς ἡμετέρας δεήσεως. *Io ſtimo, che Ippia non aurà punto biſogno di noſtri preghi.* i. Opinor, Hippiam haud neceſſe habiturum, vt eum oremus. Plato 2. Hipp.

Alzò le mani al cielo per me.

ἀνὰ ἐμοῦ χεῖρας ἱκετίδας ἄρατε πρὸς θεόν. *Alzate a Dio le mani ſupplicheuoli per me.* i. Supplices manus pro meâ ſalute ad Deum tendite. Syn.

Con che faccia lo guarderai?

ποίοις ὀφθαλμοῖς εἰς ἕκαστον τούτων ἀντιβλέψεσθε; Quibus oculis unumquemque eorum aſpicietis? i. An præ pudore eos intueri poteritis? Et nos; *Con che faccia lo guarderai tu?* Quo. s. vultu, vel, Qua facie ipſum aſpicies? Demoſth.

ἀπόστιν ἀποφέρει ἡ ναῦς τῷ δεσπότῃ ὡς ἐπιτοπολὺ κατ' ἔτος ἕκαστον; *Quanto rende l'anno al più la naue al padrone?* i. Quantum lucri vt plurimum singulis annis domino suo affert nauis? Lucia.

οὐδ' ἀποκρίσεως ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίαν. *Ne degnò di risposta il portante la nouella.* i. Nec responso quidem dignum censuit eum, qui hunc nuncium afferebat. Herod.

τὰς γαστέρας ἄχρι φαρύγγων πεπληρωμένοι. i. Qui ventrem ad fauces vsque cibis plenum habent. Phil. Nos paucioribus. *Pieni insin'a gola.*

χιλιάδας βίβλων ἕκαστοι συγγεγράφασιν. *Ciascuno scrisse le migliaia de' libri.* i. Infinita volumina quisque conscripsit. Luc.

ἔχει δ' οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς. i. Plurimum abest, vt hæc ita se habeant. Nos ferè ad verbum. *La cosa non istà così, ne presso.* Iuxta illud; *Non istà nè ben, nè presso.* i. Plurimum abest, vt rectè se habeat. Demosth.

πάντων ἐν ταῖς εὐναῖς ὄντων. *Essendo tutti nel letto.* i. Omnibus dormientibus. Philo.

τί τοῦ θανάτου οὐ καταγελᾷς; *Che non ti ridi tu della morte?* i. Cur mortem ludibrio non habes? Chrysost.

ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἐραστὴν ἔχουσι. *Tengon sempre l'amante in isperanza.* i. Amantem spe semper alunt. Luc.

οἷς ἀρκεῖ τὸ θελῆσαι πρὸς τὸ εἶναι σοφοῖς. *Ai quali basta il volere all'esser dotti.* i. Quibus ad eruditionem consequendam solum velle sufficit. Greg.

αὐχέν' ἀποστρέφειν. *Voltar le spalle a uno.* i. Dissimulare se cognoscere. Theognis.

τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἁλίσκεσθαι. Demosth. & φωρᾶσθαι ἐπὶ τῷ ἔργῳ. Basili. de adultero loquens. *Esser colto in sul fatto.* i. In ipso facinore deprehendi. Atque ἐν ἔργῳ arridet legi in l. Quod ait. ff. Ad l. Iuliam de Adult. euulsis obscœnis illis, quæ ex Luciano a uiro alioquin literatissimo vulgaris exemplaribus conglutinata fuerant.

ἔθιγες φρενῶν. *M'hai toccato il cuore.* i. Animum perculisti. Eurip.

εἰς τὴν γῆν κύπτειν. *Guatare in terra.* i. Demisso capite, terram aspicere.

ἐπὶ ξηρᾶς καθίζειν. *Lasciare in secco.* i. In sicco collocare. Theocr. Edyll. 1.

ἐκ παίδων μεταβαίνειν. *Vscir di fanciullo. Vscir di bambino.* i. Ex pueris excedere. Quò pertinet Latinum prouerbium. Nuces relinquere. Persi. Saty. 1. Idem valet nobis; *Lasciare il pappo, e'l dindi.* Ex Dantis loco notissimo. Purgat. cap. 11. Et illud uulgi; *Vscir della balia.* q. Nutricem dimittere.

οἰκεῖ Κορινθόθι. *Abita Corinto.* i. Habitat Corinthi. Demet. t. 8.

τὸν Ἀριστοτέλην πειρᾶται εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν συγκατασπᾶν. *Tenta di tirare Aristotile nella sua opinione.* i. Aristotelem in suam sententiam adducere conatur. Gramm. in Comm. 1. Ani.

τρέφειν καλῶς. *Alleuar bene.* i. Bene instituere. Eurip.

ἐκ καρδίας φιλεῖν. *Amar di cuore.* i. Toto pectore, seu, Medullitùs amare. Luc.

δι' ἃς μέγας κεκίνηται πόλεμος. *Per le quali si è mossa vna gran guerra.* i. Ob quas ingens bellum excitatum est. Procop. Et Planu. in vita Æsopi; πόλεμον κατὰ Σαμίων κινεῖν. i. Samijs bellum indicere.

μυρίων κακῶν μοι αἴτιος οὗτος κατέστη. *E' mi è stato cagione di mille mali.* i. Sexcentorum malorum mihi auctor fuit. Lucia.

καταστρέφειν, uel, καταθέειν τὴν γῆν. *Scorrere il paese.* i. Depopulari, seu, Vastare regio-

Quanto rende l'anno il podere?
Non degnò di risposta.
Pieno insino a gola.
Scrisse le migliaia de' libri.
Non istà così, nè presso.
E' nel letto.
Ridersi della morte.
Tenere in isperanza.
Al fare gli basta il volere.
Voltar le spalle.
Corre in fatto.
Toccare il quore.
Guatare in terra.
Lasciare in secco.
Vscir di fanciullo.
Abita Roma.
Tirar nella sua opinione.
Alleuar bene.
Far di cuore.
Muouer guerra.
E' cagiò di mille mali.
Scorre il paese.

regionem. Herod.

Vſar cõ vna donna. ἣ ἐτύγχανε κεχρημένος ποτέ. *Con laquale egli auea vſato.* i. Cum qua ſtupri conſuetudinem habuerat. Demo.

Conſumar la vita. τὸν βίον κατατρίβειν. *Conſumar la uita*. i. Totum vitæ ſuæ tempus conterere. Iſocra.

Mẽdicar le parole. τῇ λέξει πτωχεύειν. *Mendicar le parole.* i. Verborum inopiâ laborare. Chry. lib. 4. de Sacer.

Feſteggiar d'vna coſa. οἶδα Ἰουδαίους τὸν ἐμὸν ἑορτάσοντας θάνατον. *Io ſo, che i Giudei feſteggiaranno della mia morte.* i. Noui, Iudæos de meâ morte mirificam voluptatem capturos. Herodes, animam agens, apud Ioſephum.

Venire alle mani. εἰς χεῖρας ἰέναι. *Venire alle mani.* i. Prælium inire. Manus conſerere. Plut. in Themiſto. Nec me latet, Latinos quoque dicere, Ad manus venire.

Riderſi del compagno. ἑταίρῳ ἐπιγελᾶν. *Riderſi del compagno*. i. Ex ſodalis infortunio ſibi riſum fingere. Lucia.

Nõ vede lume per la collora. δι' ἀμετρίας ὀργῆς τυφλώττειν. *Per la gran collora non veder lume.* i. Animi impotentiâ cæcutire. Greg.

Mãdar ambaſciadore. πρεσβεύτης ἀπεστάλη. *Fu mandato ambaſciadore.* Legationis cauſsâ miſſus fuit. Suid.

Moderar la pena. μετριάζειν τὴν τιμωρίαν. *Moderar la pena*. i. Mitiore ſupplicio afficere. Philo.

Nõ ſi muouer di letto. ἐκ τῆς κλίνης οὐκ ἐδύνατο κινεῖσθαι. *Non ſi potea muouer di letto*. i. E lecto pedem efferre non poterat. Iſocra.

Far molti danari. πολλὰ χρήματα ἐργάζεσθαι. *Far molti danari.* Demoſth. i. πολλὰ χρήματα ἀπὸ τῆς ἐμπορίας κερδαίνειν, uel, συλλέγειν. i. Ex negociatione multam pecuniam lucrari, ſeu, colligere.

Sa notare. νεῖν οὐκ ἐπίσταται. *Non ſaper notare.* i. Natandi ignarum eſſe. Luci.

Por nome. τίθεσθαι ὄνομα. *Por nome.* i. Nomen indere, vel, imponere. Plato in Theæt.

Andare incõtro ad vno. ἀντία ἰέναι τινί. *Andare incontro a uno.* i. Alicui obuiam ire. Herodo.

E' odiato da tutti. ὑπὸ πάντων μισεῖσθαι. *Eſſere oduato da tutti.* i. Omnibus odio eſſe. Communi apud omneis odio laborare. Luc.

Dimoſtrò l'amore in fatto. δεῖξαι τῷ ἔργῳ τὴν εὔνοιαν. *Dimoſtrar la beneuolenza in fatto.* i. Reipsâ beneuolentiam demonſtrare. Aeſch.

Morir di paura &c. τῷ φόβῳ ἀπολωλέναι. *Morir di paura.* Xenophon. 6. Pædiæ Cyri non ſemel. Et alibi τεθνάναι ὑπὸ τοῦ δέους. i. Metu emori. Sic etiam dicitur; *Morir di fame.* λιμῷ ἀπόλλυσθαι. D. Lucas. Et apud Latinos, Siti emori. *Morir di ſete.* Somno petire. *Morir di ſonno.* Plau. in Curculi. Quarum ſententia eſt; Maximo timore angi; Non mediocri fame, ſiti, ſomno laborare. προαποθνήσκειν τῷ δέει. Luci. in Tox.

Saluar le ragioni. διασώζειν τοὺς λόγους. *Saluar le ragioni.* i. Rationes tueri. Ariſto. 4. Phyſi.

Andar le coſe &c. κατὰ γνώμην χωρεῖ σοι τὰ πράγματα. *I negozi ti vanno ſecondo la tua volontà*. i. Ex animi tui ſententiâ tibi res fluunt. Baſi.

Vincer di gran lũga. ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος νικᾶν. *Vincer di gran lunga.* i. Longo interuallo ſuperare. Chryſoſt. & Nazianz. πολλῷ τῷ μέσῳ νικᾶν.

Giudica queſto &c. παιδιὰν τὰ λοιπὰ κρίνειν. *Giudicare il reſto vna burla.* i. Reliqua pro ioco ducere. Ariſt.

Sapere vn'arte. ἔστιν, ἥντινα τυγχάνεις ἐπιστάμενος τέχνην; i. Eſtne ars vlla, quam calleas? Luci. Vnde nos. *Sapere vn'arte*.

Ruminare vn negozio. ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα. *Ruminare vn negozio.* i. Negocium ruminare. Animo.

s. ſuo

a.ſuo verſate,&,etiam,atque etiam expendere. Ariſtophan. in Veſpis, & Luci.

ἀτενὲς ὁρᾶν. *Guardar fiſo*, Cicero dixit, intentis oculis contemplari. Pro Lucio Flacco. Græca Phraſis inter Adagia recenſetur a Diogeniano.

Guardar fiſo.

ποτῶνται ὄζον ἀπ' ὄζω. *Volan di ramo in ramo.* i. vt vertit doctus interpres. De ramo in ramum volitant. Theocri. Edyll. 15.

Volar di ramo i ramo.

ὀφθαλμοὺς ἑστιᾶν. *Paſcere gli occhi.* i. Oculos paſcere. Baſil. Huc videtur quadrare locus ille Dantis pulcherrimus. Parad. Cant. 27.

E, ſe natura, ò arte fe paſture
Da pigliare occhi, per auer la mente,
In carne umana, o nelle ſue pinture,
Tutte adunate parrebber niente. &c.

Paſcere gli occhi.

φέρε δὴ, διαπεράνωμεν λόγους. *Orsù facciamo i conti.* i. Age igitur, inter nos rationes ineamus. Eurip.

Fare i conti.

ἐλπίσιν βόσκεσθαι. *Paſcerſi di ſperanza.* i. Ali ſpe. Notat Vict. Var. lect. lib. 9. capit. 4.

Paſcerſi di ſperanza.

τῆς χειρὸς ἅπτεσθαι. *Toccarſi la mano.* i. Manum apprehendere. Sed libet locum, vnde deſumpſi, integrum afferre; confert enim ad ea, quæ præ manibus habeo. Euſtach. in Odyſſ. A. ita inquit. τὸ τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἅπτεσθαι, ὅπερ καὶ νῦν πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιχωριάζει, δεῖγμα φιλοφροσύνης ἦν ἀσφαλέστατον. i. Dexteram manum tangere, quod hoc etiam tempore multis nationibus patrij moris eſt, certiſſimum beneuolentiæ argumentum erat.

Toccarſi la mano.

Dexterar tatt.o.

οὐχ ἅπαντες τὴν ἑλλήνων συνιᾶσιν. *Non tutti ſanno di Greco.* ideſt, Non omnes literas Græcas norunt. In Phraſi Grecâ, quæ eſt Luciani in Ioue Tragœdo, ſubintelligitur γλῶσσαν, vt adnotârunt Galli.

Saper di Greco.

τὸ δοκεῖν, quod nobis eſt, *Parere*, non vnica eſt ſententia; nam preter vulgatam, omnibúſque notiſſimam, interdum accipitur pro eo, quod planius eſt Placere, ſeu, Libere; ut illud Demoſth. ὅτε ταῦτ᾽ ἔδοξε τῷ θεῷ ταῦτα δοκεῖ. i. Poſtquam ita Deo placet. *Poiche così pare a Dio.* Quod etiam Latinè reddi poſſet. Quando ita Deo videtur. Et Andoc. χρῆσθε ἐμοὶ, ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ. *Seruiteui di me, come a uoi pare.* i. Arbitratu ueſtro mecum agite.

Pare re.

— οὐκ αἰνῶ φόβον,
ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ.

Non lodo la paura, che ſi teme, non venuta con ragione. Verba Talthybij apud Euripid. Troadibus. Stiblinus ita vertit:

— non laudo metum,
Qui temerè ſine iudicio animum obſidet.

Venir paura.

ἦδη λάινον ἕσσο χιτῶνα. Verba Hectoris contra Alexandrum in Iliad. Γ. vbi vetuſtus interpres; τουτέστι, λιθόλευστος ἐγεγόνεις, λίθοις βληθεὶς ὑπὸ πάντων ἀπωλώλεις. i. Lapidatus fuiſſes; lapidibus appetitus ab omnibus, perijſſes. Homeri verba hoc valent; *Oramai ſareſti ſtato veſtito d'vn ſaion di pietra.* i. Iamiam Lapideum ſagulum indutus eſſes. Huic ſimillima dicendi formula paſſim in ore eſt populo Florentino, quando alicui vult verbera interminari. *Ti farò un fodero di baſtonate.* i. Verberibus te afficiam. Tibi plagas infligam.

Fare vn fodero di baſtonate.

πάσας μὲν τὰς ἀρετὰς, ὅσας ἄν τις εἴποι. *Egli ha tutte le virtù, che ſi poſſon chiedere, e domandare.* i. Omnibus virtutibus, quas quiſquam dicere poſſit, præditus eſt. Iſocra. Pro hoc adagialiter dicimus; *Egli ha più virtù*

Ha tutte le virtù.

della

Digitized by Google

della Brettonica. Brettonica herba eſt, quæ Latinè Betonica appellatur; de cuius virtutibus vide Macrum, & alios.

Queſta è virtù.
ἀρετὴ καὶ αὕτη. *Queſta ancora è virtù.* i. Hoc etiam virtutis argumentum eſt. Panyaſides.

Tornare al l'ergo.
Tornare all'ergo; vulgò communiter dicitur de illis qui in loquendo digreſſi, ad principale propoſitum reuertuntur; quaſi πρὸς ἔργον ἀνέρχεσθαι. i. Ad ipſum opus redire.

Tutto vna piaga.
ὅλη ἕλκος. *Tutta vna piaga.* i. Tota vlcus. Socra. apud Plato.

Son fatto coſì.
οὕτω πέφυκα. *io ſon fatto coſì.* Sic ſum. Teren. non ſemel. Ita ſum. Cice. de Orato. Ita ingenium meum eſt. Plau.

Doue mi porteranno le gambe.
ἔνθ' οἱ πόδες φέρωσιν. *Doue le gambe mi porteranno.* i. Quocunque ferant pedes. i. Quouis. Meminit Lucia. in Hermoti. Latini quoque ſimileis floſculos vſurpârunt. Hora. in Odiſ.

I, pedes quò te rapiunt, & auræ.

Et Virgil. Quò te, Moeri, pedes?

Non mi hai detto coſa nuoua.
οὐ καινὸν εἶπας. *Non mi hai detto coſa nuoua.* i. Nil noui dixti. Monenti memorem ſolet vulgò id obijci. Euripi. in Hecubâ.

Non ha punto di vergogna.
οὐδὲν μετέχειν τοῦ αἰσχύνεσθαι. i. Pudorem penitus perdidiſſe. Demoſth. Quod nos; *Non auer punto di vergogna.* De improbis, qui pudori nuncium remiſerunt.

Venire in ſu la lingua.
ὅ, τι κεν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθῃ. *Quel che gli è venuto in ſu la lingua.* i. Quicquid in buccam venit. Luc.

A dirti il vero.
ἵνα πρὸς σὲ τἀληθὲς εἰρήσθω. *A dirti'l vero.* i. Vt verum tibi fatear. Ariſtæne. lib. 1. Epiſt. 6.

Guarda quì.
βλέψον δεῦρο. Quod Plau. in Amphi. & alibi non ſemel, Me huc aſpice. Etiam nos, vt Græci, vulgò dicimus; *Guarda quì*; cum pueros noſtros ad ea, quæ agimus, iubemus attendere. Athenæ. lib. 9. c. 15.

No'l farei s'e' n'andaſſe'l collo.

οὐδ', εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων,
μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
σιγήσομαι. i. Neque ſi ſecurim in manibus tenens aliquis, ceruici eſſet incuſſurus meæ, conticerem. Nos optimè. *Non iſtarei cheto, s'e' n'andaſſe'l collo.* Eurip. in Telepho apud Stobæ. Serm. 13.

Son padron di me.
αὑτοῦ κύριον εἶναι. *Eſſer padron di ſe.* i. Sui iuris eſſe. Iſocra. in Enco. Hele.

Foſſi il primo tu.
πρότερον ὑπάρχειν. *Eſſere il primo.* i. Priori loco lædere. Iſocr. in Euago.

Non farai nulla.
ἐπειδὴ δὲ τειχομαχοῦντες οὐδὲν ἐπέραινον. *E, perche, combattendo le mura, non faceuan nulla.* i. Quoniam verò muri oppugnatio parùm procedebat. Herodia. & Philo οὐδὲν ἐργάζεσθαι.

Vſcir del termine dato.
ἐπεὶ δὲ ἐξέβη τοῦ ὅρου τοῦ δεδομένου αὐτῷ. *Ma poiche e' fu vſcito del termine datogli.* i. Poſtquam autem è finibus ipſi conſtitutis exceſſit. Baſ.

È paſſato cinqu'anni ch'e' morì.
ἔτη οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ ἀπέθανε. *Non sò s'e' s'è paſſato cinqu'anni, ch'e' morì.* i. Non memini, an adhuc tranſacti ſint quinque anni, ex quo obijt. Lucia.

Mi sforzerò quanto io potrò.
καθ' ὅσον ἂν δύνωμαι, πειράσομαι. *Mi sforzerò, quant'io potrò.* i. Pro uiribus enitar. Plato in Theæt.

Mal ſopr'a male.
κακὸν ἐπὶ κακῷ. *Mal ſopr'a male.* i. Malum ſuper malo. Quando ſimul plura mala concurrunt. Euſtath. in Ilia. Ξ. Cui ſimilia; κακὸν ἐκ κακοῦ. i. Malum ex malo. Hom. Aliud ex alio malum. Teren.

Fare ogni coſa.
ἅπαντα πράττειν. *Fare ogni coſa.* ideſt, Omnia tentare, & vt dixit Flaccus;

cus; Nil intentatum relinquere. Euna. in Maxi.

ἐπεὰν ἐγὼ γένωμαι ἀνὴρ, αἴγυπτον τὰ μὲν ἄνω, κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω. *Quando io sarò huomo, io metterò l'Egitto tutto sottosopra.* i. vt interpretatur Laurentius Vallensis. Cum in uirilem ætatem adoleuero, summa Aegypti reddam ima, & ima summa. Herod. in Thal. non longè a princ. Cum hoc Herodoti loco pulcherrimè congruit ille Dan. Inf. Cant. 19.

Quã l'io sarò huomo. Metter sottosopra.

> *O qual, che se', che'l di sù tien di sotto,*
> *Anima trista, &c.*

εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι. i. εὐχαριστεῖν nullus classicorum vsurpauit, sed χάριν εἰδέναι. Nos, *Saper grazia. Saper grado.* Phrynicus in Eclo. Dicti. Atti. Et Isocra. οὐδ', ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασιν. *E quando riceuon seruigio, non ne sanno nè grado, nè grazia.* i. Nec quando beneficijs afficiuntur, gratiam habent.

Saper grazia.

ἐπανίωμεν, ὅθεν ἐξέβημεν. *Torniam, donde ci partimmo.* i. Redeat, unde discessit oratio. Themist.

Torniã donde ci partimmo.

ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν. *Tu lo conosceresti tra venti.* i. Inter viginti alios ipsum cognoueris. Venus de Amore fugitiuo apud Moschum.

Conoscer fra mille.

βλέπειν δόξεις ἄρη. *Ti parrà di vedere vn Marte.* i. Videberis Martem videre. Parœmiogra. ex Aristopha.

Vedrai vn Marte.

βεβίασαι ἡ κόρη, vitiata est virgo, dicendum; nõ, vt quidã oratores, ἔφθαρται. s. corrupta est. *La fanciulla è stata sforzata*; non; *è stata corrotta*. Phryni.

Sforzare vna fanciulla.

αὐτοχειρίᾳ πράττειν. *Far di sua mano.* ἐπὶ παντὸς αὐτουργοῦντος. i. De omni, qui suã manu aliquid facit. Ex Herodiani scriptis.

Far di sua mano.

ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν. *Egliè fatica trouare.* i. Difficile est, vel operosum inuenire. Aelia. de Varia histo. lib. 10.

E' fatica trouare.

ἐκ μεγάλου δὲ αἶψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός. *E di grande in vn tratto diuenìo tantino.* i. Et è magno statim paruus vir factus est. Quorum verborum hæc sententia est. Eiusque superbia statim depressa, atque imminuta fuit. Theocri. in Diosc. Idem valet παροιμιῶδες. *Egli entrò in vn guscio di noce.*

Diuenìo tãtino.

ὥς ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῇ τε, κοὐρανῷ λέξαι. *Come mi è uenuto desiderio di dire alla terra, e al cielo.* i. Quàm magnum mihi subijt desiderium terræ, cœlóque memorandi.

Venir desiderio di dire.

θάνατος ἐστι. *Egli è vna morte.* i. Miserrima, seu molestissima res est. Ex Adagio, δὶς κράμβη θάνατος. i. Crambe bis posita mors. Nostrum vulgus ita efferret. *Cauolo, cauolo; ell'è vna morte.* i. Nil aliud, quàm brassicam comedere, molestissimum est.

E' vna morte.

ἐσμὲν οἷόν ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακόν. *Noi siamo, come noi siamo, io non dico male.* i. Sumus, quales sumus, nil mali dico. Euripi.

Io son, com'io sono.

κενεὰς χεῖρας ἔχειν. *Auer le man uote.* i. Manus inaneis habere. Hom. Odyss. K. Vbi Eustath. innuit esse prouerbium, & valere; Nihil omnino manibus habere. Vnde nos. *Tornare a man uote.* q. κενεὰς χεῖρας ἔχοντα νέεσθαι. i. Manus vacuas habentem redire.

A man uote.

τὸ μὲν κακὸν ἔχει. *Egli ha il mio male.* i. Eodem, atque ego, morbo laborat.

Ha il mio male.

A Græcis etiam accepimus, quod vulgò dicitur; *Egli ha il giuoco nell'ossa*; pro quo παροιμιῶδες, *Egli ha l'asso nel uentriglio.* i. Maximo ludi flagrat desiderio. Ita enim illi; γυναικὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. i. Mulieris in visceribus habet amorem. Et apertiùs. ἐκ γυναικὸς ὑπ' ὀστέων αἴθεται ἔρωτι. i. Mulieris sub ossibus vritur amore. Theocr.

Ha il giuoco nell'ossa.

τῶν αὖ πονηρῶν ἔτι λέγειν πολλὰς ἔχω. Versus Eubuli Comi. quem sic vertunt. Malarum autem (de mulieribus loquitur) adhuc multas enumero. Nos ad verbum; *E delle cattiue ne ho da dir molte.*

Ho da dir molte cose.

Far cadere. ἐκτιτάζειν ἡμᾶς ποιεῖ τῷ κακῷ. *Ci fa cader nel male.* i. Efficit, vt in malum incidamus.

Coprir le vergogne. εἵματα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. *Vesti, che copron le vergogne.* i. Vestes, quæ pudenda contegunt.

Legar le mā di dietro. δῆσαί τινα τὼ χεῖρε ὀπίσω. *Legare a uno le man di dietro.* i. Alicui post terga manus religare.

Subito ch'e' vede il fuoco. εὐθὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. *Subito che e' vede il fuoco.* i. Simul ac ignem viderit. Athenæ. lib. 3. loquens de pisce Taricho; ita significans, eum celerrimè coqui. Hîc recenseri potest prouerbium nostrarum mulierum;

O cotto, o crudo,
Il fuoco l'ha veduto.

χεῖρ' ἕλε δεξιτερήν, &c. inter alia hoc inquit. *ἔστι τὸ σχῆμα, εὐφημισμός, ἀγαθῇ κλήσει περιστέλλειν τὸ φαῦλον, ὥσπερ καὶ τὰς ἐρινύας, εὐμενίδας διὰ τὸ εὔφημον κατονόμαζον, καίτοι δυσμενεῖς οὔσας.* s. Est figura, quæ dicitur Bona ominatio, bono nomine rem malam contegere; quemadmodum Furias, Eumenidas [quasi Beneuolas] boni ominis gratiâ nuncupabant, licèt maleuolæ sint. Et nostræ mulieres, comitiali morbo aliquem laborare significantes, inquiunt, *E' se gli da quel Benedetto:* Item agentes de fulminibus hac de causâ appellant *le Benedette*. Iuxta uerò hunc Tropum, quæ uulgò Antiphrasis dicitur, affirmant Latini Grammatici inter cætera nomen esse inditum Luco, Manibus [nempe Diis inferis] Bello, Parcis: Luco, quòd luce careat; Manibus, quòd non sint mani (est autem manus, a, um, uox antiquior, quam pro bono usurpabant) Bello, quòd in eo nihil sit belli. s. boni; Parcis, quod nato nemini parcant.

Darsi quel benedetto. le Benedette.

FLORIS
ITALICAE LINGVAE
LIBER TERTIVS.

Allatvrvs in hunc librũ Adagia, quæ Græci παροιμίας appellant, & multa alia dicta, quæ tam apud nos, quàm apud Græcos nomine Adagiorum circumferuntur, non superuacaneũ me facturum existimaui, si, quàm optimam censeo Prouerbij definitionem, ac diuisionem in medium proferam. Sed antequam, quid sit Parœmia, definiatur, admonitum Lectorem volo, me hoc in loco coactum esse aliquâ ex parte recedere ab aliorum opinione, & præcipuè Parœmiographi (nomen enim viri illius, doctissimi quidem, sed Religioni nostræ parùm addicti, qui Adagiorum Chiliadas collegit cum similibus, qui in hoc genere laborârunt, ita passim denoto) quia diuersæ, quas affert antiquorum vtriusque linguæ scriptorum de Adagio definitiones, & aliæ, quæ apud Aristotelem, Ammonium, Suidam, & huiusmodi extant auctores, me in diuersam sententiam traxerũt. Dico igitur, uarias istorum definitiones, de Parœmiâ traditas, ad Parœmiam pertinere, modò propriè, & modò καταχρηστικῶς acceptam; quamquam non omneis omnibus suis partibus constare, ipse quoque perspiciam, liberéque confitear. Et ne multis morer, ut, quoad fieri potest, rectum teneam iter, ad Dialecticorum præcepta confugiens, hanc Methodi uiam ingredior.

Omnia Oraculorum, uel Sapientium, populorúmque Dicta, uel Sententias ad humanam uitam quoquo modo utileis, quæ communi alicuius totius nationis consensu uulgò omnibus in ore essent, Græci Παροιμίας, & Latini Adagia nuncupabant. De Latinis nulla oriri potest dubitatio, cũ Varronis testimonio pateat, dictum esse Adagium quasi circumagium, eoquòd passim per hominum ora obambulet. Græci etiam nominis Etymon idem uidetur suadere; παροιμία enim, ut arbitror, a παρὰ, & οἶμον dicitur, quæ dictiones iuxta uiam significant. i. tritum, ac diuulgatum, ut ea, quæ iuxta uiam sunt. Donatus itaque, a quo talis tradita fuit definitio; Parœmia est accommodatum rebus, temporibusq; prouerbium; Parœmiam in summo genere accepit, ut, qui ex Græcis dixerunt; παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος ἐν τῷ βίῳ. i. Prouerbium est oratio, quæ multùm confert ad uitæ rationem; uel παροιμία ἐστὶ πᾶν παρόδιον διήγημα. i. Adagium est omni ꝯ uulgata narratio. Diomedis uerò Grammatici definitio, nempe; Parœmia

rœmia est Prouerbij uulgaris vsurpatio, rebus, temporibusque accommodata, cum aliud significatur, quàm dicitur; atque item hæc Græcorum; παροιμία ἐστὶ λόγος ἀπόκρυφος δι' ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. i. Parœmia est oratio obscura, per aliud apertum significata; pertinet ad speciale prouerbium, quod sub genere illo summo continetur. Nec est absurdum, aut omnino nouum, ut uno, & eodem nomine Genus, & Generis illius Species quædam significetur. Aristoteles enim in quinto Moralium Nicomache. Iustitiam, & Iniustitiam modò generaliter pro tota uirtute, ac uitio, & modò peculiariter pro ipsius uirtutis specie quadam accipit, ut percipitur ex illis uerbis, in quibus de earum alterâ loquens, ita concludit; ὥστε φανερὸν, ὅτι ἔστι τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη ἐν μέρει συνώνυμος. i. Quare perspicuum est, extare aliam quamdam Iniustitiam particularem, præter illam totam, quæ uno, & eodem nomine appellatur. Atque idem de Prudentiâ ex eodem auctore dicere possemus. Quin etiam, interdum ita fieri necessarium esse, ostendit in primo Meteorologicorum, ubi agit de ortu, ui, & ascensu duplicis halitus. Eius uerba sunt hæc; πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φορὰν ἐστὶ τὸ θερμὸν, καὶ ξηρὸν, ὃ λέγομεν πῦρ. ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως. i. Primùm quidem sub conuersione calidum illud, ac siccum est, quod ignem nominamus. Nam, quod fumidæ omni secretioni commune est, nomine uacat. Ad quæ Franciscus Vicomercatus; Illud autem calidum, siccumq; corpus, orbi Lunæ subiectũ, πῦρ. i. ignem, ait, nominari; quoniam fumidæ aspirationi, quale illud est, nomen commune positum non sit, naturámq; illa obtineat, quæ succendi, & in ignem mutari suâ ui potest; ut ex affinitate, quam cum igne habet, eius nomen meritò acceperit. Hoc uerò sępe facimus, cum uocabulis destituimur; sæpe autem destituimur; quandoquidem nomina rebus (ut in quarto huius operis dicitur) paria non sunt. Ac speciem generis uocabulo interdum nominamus, ut halitum, qui calidus, & siccus est, halitum: interdum genus, eius, quod est ueluti species, nomine, ut hac in re: siquidem ignis secretionis fumidę ueluti species est quędam. Hactenus Vicom. qui quarto etiam lib. multa in hoc proposito affert, ubi agitur de actionibus, quę a calore, & frigore proficiscuntur. Apud Latinos quoque huius rei extant exempla, ut apud Iurisconss. qui e.g. Adoptionis nomen nunc ad ipsum Genus, & nunc ad alteram ipsius Generis Speciem significandam usurpant.

Constituo igitur, esse summum Genus Adagiorum, sub quo reperiatur Adagium in Specie cum alijs eiusdem Speciebus, quæ sunt Sententiæ, uirtutum, uel artium Præcepta, ac denique simplicia Dicta, uel Phrases. De quibus omnibus, ne idem sępius sit repetendum, paucis mox tradenda, ac dilucidanda est Definitio. Sed facilitatis gratiâ unum hoc mihi concedi uelim, ut dictione Prouerbij, uel Adagij uti liceat ad significandum quoduis Adagium in genere; sub uoce uerò Parœmię hoc in loco Prouerbium in specie denotetur. Quo sic statuto, Prouerbium in Genere tali pacto definio.

Prouerbium est dictum alicuius totius nationis consensu celebre non uulgari quadam uenustate insigne. Vbi [Dictum] Generis [alicuius totius nationis consensu celebre &c.] Differentiarum locum obtinent. Quod Prouerbio conueniant uerba illa [alic. tot. nat. cons. cel.] uidetur confir-

mari

mari ex illo Phalerei loco: δημοτικόν τί ἐστι ἡ παροιμία, καὶ κοινόν. i. Populare quiddã est prouerbium, & commune. Item quòd altera hæc [nõ vulg. quad. venus. insig.] eumdem auctorem habeo: inquit enim; φύσει χαρίεν πρᾶγμά ἐστιν ἡ παροιμία. nempe. Naturâ venusta res est Prouerbium.

Quatenus attinet ad definitionem Adagij in Specie, quod amodò, vbi videbitur esse ambiguitas, Parœmiam semper appellabo, omisso, quod supra de eo dictum est, quódque Aristoteles in tertio Rhetoricorum innuit, sic meâ quidem sententiâ non incommodè definiri posse arbitror.

Parœmia est Prouerbium, quodam figuræ inuolucro aliud significans, atq; ipsa verba sonent. Per quam definitionem hoc nimirùm expressum cupimus; ea tantùm Prouerbia Parœmiæ nomine esse appellanda, quæ vel Allegoriâ, uel Metaphorâ, uel Hyperbole; & huiusmodi Tropis insignita sint. Nam quoad Locutionis figuras, multæ sunt, quas in Parœmijs præcipuè Italicis reperias, vt diuersi generis ὁμοιοτέλευτα (Homoteleuta appellat Isidorus Orig. li. 1. cap. 25.) Isocola, Antitheta, & simileis: sed, cum istæ tantummodò ad uerborum dispositionem, locutionémque illustrandam pertineant, non eas iudico necessarias ad constituendam Parœmiã, quemadmodum etiam neque Versus: affirmo quidem, si quo in Prouerbio reperiantur, eas non modicam afferre venustatem, atque interdum grauitatem; quemadmodum uestes auro intertextæ, vel acupictæ uirginem formâ non inuenustam uenustiorem, ac pulcriorem reddunt. Quę igitur ad uerborum collocationem pertinent figuræ, ut adeò sententiæ sunt vestimentum, ita, nisi fallor, haberi, & id solùm efficere debent.

Sententia prouerbialis est Adagium, quo, quid sit, aut quid esse oporteat in vitâ, breuiter ostenditur. Hæc orationis forma Xenophontica appellari potest: ea enim, quæ per Enunciationem, ac Prædicationem simplici modo effertur, Aristippea dicitur; & Socratica, quæ cum interrogatione pronunciatur, ut a magistris dicendi, scribendíque percipitur.

Præceptum prouerbiale est Adagium, quo aliquid præcipitur, vel inhibetur, humanæ uitæ conducibile.

Dictum, vel Phrasis prouerbialis est Adagium, quod imperfectam, vel non modis omnibus perfectam continet sententiam.

Sicui verò probatu duriusculum uideatur, Adagiorum Specificas, ut vocant, Differentias esse illas, quæ a nobis prolatæ sunt, hunc obsecro, consulat in simili argumento, præter alios, Demetrium, & Aristotelem. Nam Demetrius Epiphonema à Sententiâ, & Periodum ab Enthymemate distinguit solo uerborum situ: quæ tamen ita distincta non solùm Specie, sed Genere quodammodo diuersa esse uidentur. Et Aristoteles in primo Ethico. Nicomacheorum non longè a principio inquit. λέγοιτο δ᾽ ἂν ἱκανῶς εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη. τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς δημιουργουμένοις. i. Officio autem suo quis satisfecerit, si unumquodque iuxta subiectam materiam explicauerit. Exquisitum enim non æquè in omni tractatione requirendum est, quemadmodum nec in operibus mechanicis. Et paulo post; πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ᾽ ἕκαστον γένος, ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. παραπλήσιον γὰρ φαίνεται, μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. i. Namque eruditi hominis est, in unoquoque genere eatenus Exquisitum desiderare,

quatenus

quatenus fert ipſius rei natura. Æquè enim ridiculum uidetur, approbare Mathematicum probabilibus utentem rationibus, & ab Oratore poſtulare demonſtrationes.

His igitur ita conſtitutis, apparet, ad conſtituendum Adagium non requiri ex neceſſitate uerborum inuolucrum ſub aliquo Tropo; unde, quod ex ipſis infertur ἀλληγορικῶς intelligendum ſit. Apparet etiam, Prouerbium non ſemper oſtendere, quid in uitâ ſit, aut eſſe oporteat; nec Adagio quidpiam neceſſariò præcipi, aut inhiberi; ſed ad ipſum conformandum ſufficere, eſſe dictum communi alicuius totius nationis conſenſu celebre, ut in eius definitione ſupra firmauimus. Si enim ex neceſſitate requireretur uerborum inuolucrum, admodum pauca hoc nomine dignanda eſſent; & quàm plurima ex horum numero forent ableganda. Quid enim obſcuri præfert illud noſtri Lyrici; *Ama, chi t'ama*? & tamen nullus eſt, quin ipſum inter Adagia adnumeret: Quòd poëta quoq; innuit:

Prouerbio, Ama, chi t'ama, è fatto antico; Eſt.n. Heſiodi τὸν φιλέοντα φιλεῖν. i. Amantem ama; Extat etiam in Menand. Frag. Titu. περὶ φιλίας. φιλοῦντα δ' ὑπερφίλει. Illud itidem ex hoc albo delendum eſſet, quod inquit Socrates apud Platonem in Theaeteto; εἰ οὕτως σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν, φάσιν οἱ παροιμιαζόμενοι. quod nos; *Se tu l'hai caro, ed io non lo diſcaro*. i. Si tibi ſic gratum, nec mihi eſt ingratum: & tamen dubitari non poteſt, quin ad hunc gregem pertineat, cum adiecta ſint illa; φάσιν οἱ παροιμιαζόμενοι. i. Prouerbialiter inquiunt. Quòd ſi per Adagium ſemper oſtendendum eſſet, quid ſit in uitâ, aut eſſe oporteat, uel præcipiendum aliquid, aut inhibendum, hæc, & alia quàm plurima ex his faſtis euelli deberent, quæ optimi ſcriptores prouerbia eſſe apertiſſimè comprobant, ut; *Alle Calende Greche*. i. Ad Græcas Kalendas; apud Suetonium in Octauio cap. 87. Quod uſurpauit facetiſſimus Bernius;

A riuederci alle Calende Greche. γέλῳ θνήσκειν. *Morir delle riſa*. i. Riſu emori. Vtitur Ho. Odyſſ. li. 6. ubi Euſtat. innuit, παροιμιακῶς dictum eſſe. σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε. i. Tibi quidē hæc uidentur, mihi uerò iſta. Euenus Parius in Elegiâ: & effertur prouerbialiter. Nos uerteremus. *A te pare una coſa, e a me un'altra*. Concludamus ergo, Adagium tale eſſe, quale ſupra definitum eſt, totq; ipſius eſſe Species; ad quas Oracula, Apophthegmata, Symbola, Scommata, Dicteria, & alia huiuſmodi non difficulter redigi poſſunt. Ordo autem huius libri, & cæterorum ex prędictis conſtituetur, ut ſcilicet Primo loco ponantur Parœmiæ; Altero Sententiæ; Tertio ſimplicia Dicta, ſeu Phraſes in unum quaſi faſcem congerantur. Præcepta enim, quamquam tertiò loco recenſenda forent, quia ſępius Ariſtippicè, vel Xenophonticè enunciantur, & quandoque ſub figuræ inuolucro, ut Parœmiæ, ideo vel inter Parœmias, vel inter ſimplicia Dicta inſerentur. Præterquam quòd, ut ingenuè fatear, non adeò multa collegi, ut ex illis Centuriæ confici poſſent. Tu, lector, omnia æqui, boniq; facias.

PAROEMIAE GRAECIS, ATQVE ETRVSCIS Communes.

Allevarsi la serpe in seno.

1 SIquis eum beneuolentiâ prosequatur, vel in eum beneficia conferat, qui aliquando sibi nociturus esse videatur, dicere solemus; *E' s'allieua la serpe in seno; Si nutrisce la biscia in seno.* ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπει. i. Colubrum in sinu fouet. Parœmiographus. Planiùs etiam intelligitur per illud;

Chi s'allieua la serpe in seno,
E' pagato di veleno.

Andar per l'acqua col vaglio.

2 Quando aliquis ἀδύνατον videtur aggredi, vulgò iactari solet; *E' va per l'acqua col vaglio,* κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ. i. cribro aquam haurit. Parœmiogra. Cui affine hoc Plautinum; Imbrem in cribrum ingerit. In Pseudolo. Idem sic expressit Muretus.

Disce, &, quæ discis, memori sub pectore conde,
Aut facies tantundem, ac si cribro hauseris vndam.

Accostare il fuoco alla stoppa.

3 Cum sit hominum genus ex Comici sententiâ a labore procliue ad libidinem, & huic vitio iuuentus præcipuè obnoxia sit, quotiescunque monere volumus, adolescenteis ad puellarum consuetudinem non esse admittendos, ad hanc parœmiam confugere solemus; *Non è da accostare il fuoco alla stoppa*; illinc scilicet mutuati; πῦρ ἐγγὺς καλάμης οὐκ ἀσφαλές. i. Ignis propè stipulam non est tutum. Nazianz. Varro dixit; Ne in agro surculario capras. i. compascas. Huc spectant versus Ouidij. De Remed. Amo. lib. 2.

Proximus a tectis ignis defenditur ægrè,
Vtile finitimis abstinuisse locis. Et paulo post;
Non facilè esuriens, positâ retinebere mensâ,
Et multam saliens incitat vnda sitim.
Non facile est taurum, visâ retinere iuuencâ,
Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.

In hoc proposito etiam Michaël Verinus;

Quis non vretur, si se deiecit in ignem?
Viuere quis credat, dira venena bibens?

Ex eâdem officinâ prodierunt & illa sententiæ notissimæ;

La stoppa lontana dal fuoco;
La giouentù dal giuoco. Et
L'huomo è fuoco, la donna è stoppa;
Vien poi 'l Diauolo, e gli accocca.

4 Siquando videmus, aliquem conuitia ingerere, vel malum interminari illi, qui alterius nomine nuncium attulit, tali ratione os ei occludere conamur;

namur; *L'Ambasciador non porta pena*; πρέσβυς οὐ τύπτεται, οὐδ' ὑβρίζεται. i. Legatus non cæditur, neque violatur. Scholiastes in Quar. Iliad. Idem valet; Nuntio nihil imputandum. Parœmiogra. Hoc etiam moribus videtur apud Romanos, Græcósque fuisse cautum. Extat in l.8. π. De Rerum Diuisione, & Quali. Segmina sunt quædam herbæ, quas Legati populi Romani ferre solebant, nequis eos violaret; sicut Legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur κηρυκεῖα. i. caducea. Meminit quoque Heliodorus in Aethiopicis; κηρύκειόν τι εἰς εἰρηνικῶν διαλέξεων σύμβολον ἀναδείξαντα. &c. i. Prolatóque caduceo, tanquam colloquij pacificatorij Symbolo. In Septi.

Ambasciador nō porta pena.

5 Quemadmodum, quando aliquis fœliciter res suas gerit, multi amplectuntur, atque ancillantur; ita è contrario, siquis aduersâ prematur fortunâ, multi eum persequi, ac certatim vndequaque in ipsum incurrere videntur. Hoc posterius a nobis ita efferri solet; *Caduto l'albero, ognun corre a far legne*; Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. i. Arbore deiectâ, quiuis ligna colligit. In Menandri Fragmentis. Quod apertiùs quoque dicitur; *Quand'vn'è per terra, ognun grida, dagli, dagli.*

Caduto l'albero ognun corre, &c.

6 Antequam quis negocium aliquod aggrediatur, omnia diligentissimè esse perpendenda, docet nos illud Apophthegma; σπεῦδε βραδέως. i. Festina lentè. Quando igitur aliquem de hoc admonere volumus, vel, alterum non rectè vsum esse hoc præcepto, studemus demonstrare, dicimus; *La cagna frettolosa fa i catellin ciechi*; ἡ κύων σπεύδουσα, τυφλὰ τίκτει. i. Canis festinans, cæcos parit catulos. Meminit Eustathius in Ilia. π.

Cagna frettolosa fa i catellin ciechi.

7 Cum persæpe malum aliquod ab altero superueniente propellatur, vt euênit illi, qui quotidianâ febre diu laborauerat; fulminis enim ictu perterrefacta, illico discessit: in hoc proposito dici solet; *L'un Dianol caccia l'altro*; Quod a Græcis originem traxisse, me monet Eusebius, in Hieroclem scribens; Δαίμονας ἀπελαύνει ἄλλον ἄλλῳ, ἧ φασὶ, δαίμονι. i. Expellit Dæmonas, vt est in prouerbio, alium alio Dæmone. In sententiâ non admodum dissimili videtur cecinisse Petrarcha cap. 3. Triumphi Amo.

L'vn Dianol caccia l'altro.

Come d'asse si trae chiodo con chiodo;

Ex Adagio Græcorum, ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. i. Clauum clauo pellere. Vtitur Lucianus non semel, & Aristoteles Politic. 5. non longè a fine. Sed hic è re natâ lectorem admonitum volo, a nostris multa prouerbia pleniori sententiâ interdum proferri solere vel ornatus, vel ἐναργείας gratiâ. Exemplo sit prædictum: quandoque enim ita pleniùs pronunciatur; *L'un Dianol caccia l'altro, e Satanasso tutti.* Quod etiam in alijs fit, ut. e.c.

Chi fa, falla, cui additur;
E chi non fa, è vna farfalla. Item;
Chi non si misura, è misurato; & vulgus addit;
Se non qui, in vn'altro lato.

Pręterea; *Vna mano laua l'altra*, hactenus ex Græcis, vt mox dicemus; cui addi solet; *o le due lauano il viso.* In quo non censeo, talem diligentiam, atque ornatum, nec reprobandum, nec explodendum. Sed de his, & similibus libro Nono opportuniùs.

Tiê la strada di mezzo.

8 Quod γνωμικῶς dixit Horatius in Satyris,
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citráque nequit consistere rectum; ita ostendens, virtutem in mediocritate consistere, præcipitur a nobis παροιμιωδῶς. *Tien la strada di mezzo.* μέσσλω ἔρχε τλὼ ὁδὸν. i. Mediâ perge viâ. Theognis.

Detto, e fatto.

9 Notantes alicuius in rebus agendis impotentiam, dicimus; *E' vorrebbe detto, e fatto;* ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. Phauotinus; vel vt Aristænetus, lib. 2. Epistol. 7. ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. i. Simul dictum, simul factum. Huc respexit Dauus Terentianus in Andriâ, Dictum, ac factum inuenerit aliquam caussam, &c.

Tra l'ancudine, e'l martello.

10 De illis, qui ingentibus hinc, atque illinc premuntur malis, inter cęteras extat hęc parœmia; *Egli è tra la'ncudine, e'l martello;* μεταξὺ τῆ ἄκμονος, καὶ σφύρας. i. Inter incudem, & malleum. Parœmiographus ex Origene. Pro hac Latini, vt ex Apuleij Asino lib. 11. Inter sacrum, & saxum. Nos insuper; *Tra le forche, e Santa Candida.* Eodem pertinet illud Smyrnæi Prætermiss. lib. 12. βιοτῆς μεσσηγὺς ὁμῶς, καὶ ὀλέθρου. i. Inter vitam, & necē.

Il fummo và al più bello.

11 Si per Religionem mihi liceret, argumentis, vt censeo, non infirmis ostendere possem, è Gręciâ multas etiam superstitiones, aliásque nugas ad nos dimanâsse. Quoniam uerò ista ut uana, è Christianorum mentibus sunt penitus extirpanda, ideo a me ne unum quidem uerbum. Illud non dignum, quod silentio inuoluatur, pupis omnibus, & mulierculis tritissimum; *Il fummo và al più bello;* τὰς καλὰς πειρᾷ καπνὸς. i. Fumus pulcriorem persequitur. Notauit. P. Victo. Varia. lecti. lib. 3. cap. 21.

Il lupo muta il pelo, ma non il vezzo.

Apophthegma.

12 Quando uidemus, senem, qui in iuuenili ętate non admodum probatis fuerit moribus, eadem in ipso quoque senio exercere, in eum iactare solemus; *Il lupo muta il pelo, ma non il vezzo;* ὁ λύκος τλὼ τρίχα, ἐ τλὼ γνώμλω ἀλλάττει. i. Lupus pilum mutat, non mentem. Parœmiogr. Inter Vespasiani Patris Apophthegmata extat proximum. Rusticus quidam, quoniã gratuitam libertatem suppliciter petens a Cęsare, repulsus fuit, non veritus est clarè dicere; Vulpes pilos mutat, non mores, exprobrans illi naturę rapacitatem, quasi, mercede datâ, concessurus fuisset, quod gratuitò negabat. De Nostro meminit Petrarcha;
Vero è'l prouerbio; Ch'altri cangia il pelo
Anzi, che'l vezzo. In Tetradecasti. *Diciasett'anni.*

Latte di gallina.

13 In quam sententiam usurpabant Gręci; ὀρνίθων γάλα. i. Lac gallinaceũ; In eamdem nos; *Latte di gallina;* nempe affatim omnia superesse significantes: Parœmiogra. Extat etiam in Synesij Episto. 4.

Non ha pũto di sale.

14 Si quem notare uolumus omnis sapientię, ac leporum esse expertem, principem verò locum inter stupidos, bardósque obtinere, dicere solemus; *Non ha punto di sale in zucca;* ἅλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. i. Salsitudo non inest illi. Eustath. in Odyss. lib. Δ. Huc pertinet Catullianũ in Quintiã.
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Græci

15 Greci aliquem admonentes, ut, si beneficia ab alijs accipere uellet, ipsum quoque conferre non pigeret, hoc adagium usurpabant; χεὶρ χεῖρα νίπτει. i. Manus manum lauat: Vnde nos; *Vna mano laua l'altra*; Atque interdum addebant; δάκτυλος καὶ δάκτυλον. i. Et digitus digitum; Nos etiam quandoque *E le due lauano il viso.* In Menandri Fragm. Idem quoq; dicimus absque metaphorâ; *Chi vuol de' seruigi bisogna farne*; quam sententiam habet illud Sophoclis in Oedipo Colon. χάρις χάριν φέρει. i. Gratia gratiam parit. Priori germanum. *Vn piede aiuta l'altro.*

Vna mano laua l'altra.

16 Quando aliquis inferior sibi uidetur a superiore lędi, ei uolens innuere, se, quamuis illi sit inęqualis, non carere uiribus, nec armis ad retalliandũ, ut Agellij uerbo utar, sic inquit; *Anche la mia spada fora*; καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν. i. Et meum telum cuspidem habet acuminatam. Home. in Ilia. τ. Huc etiam pertinet Pentameter ille;

Et mihi sunt uires, & mea tela nocent. Recenset Coluandrus.

Anche la mia spada fora.

17 Solent aliqui etiam in tutissimis rebus ridiculè timere, & innumeras hinc, atque illinc afferre dubitationes; quos hoc adagio redarguere consueuimus; *O, se'l ciel rouinasse*; τί εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι. i. Quid si cœlum ruat? Vnde ortum sit, indicat Aristoteles Metaphys. 5. Vide Parœmiograph. Hoc quoque est ex eorũ genere, quibus nostrum uulgus quandoq; κῶλον addit. Sic.n. talibus illudit; *Se'l ciel rouinasse, si piglierebbon tant' uccelli*, q.d. Si ruerit cœlum, quot capiantur aues?

Se'l ciel rouinasse?

18 Illi, quem inaniter laborare arbitramur, dicimus; *Tu dibatti l'acqua nel mortaio*, ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττεις. i. Aquam pistillo tundis. Aquam in mortario tũdis. Lucia. in Sectis. Eandem sententiam habent illa ex Epist. 20. lib. 2. Aristæneti. ἐμοὶ προσλαλῶν, εἰς πῦρ ξαίνεις, γύργαθον φυσᾷς, σπόγγῳ πάτταλον κρούεις· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀμηχάνων ποιεῖς. i. Cum me affaris, Ignem cædis; Rete inflas; Spongiâ clauum trudis; Aliáque irritorum, ac futilium hominum facis.

Dibatti l'acqua nel mortaio.

19 Rem aliquam breuium, minimarúmque virium ita significamus; *Fuoco di paglia*; καλάμινον πῦρ. i. Ignis ex arundinibus conflatus. Notat P. Victo. vari. lecti. lib. 33. cap. 1. Huc uidetur spectâsse Ouid. 5. de Tristi. Eleg. 9.

Nos quoque floruimus; sed flos fuit ille caducus;
Flammáque de stipulâ nostra, breuísque fuit.

Fuoco di paglia.

20 Quibus vel senectute, vel aliâ quacunque de caussâ imbecillior facta est oculorum acies, adeò ut sæpe allucinentur, vel aliud quid simile patiantur, hoc suum uitium sic enunciare solent; *Io veggo l'un due*; ἐκ δυοῖν τρία βλέπω. i. Ex duobus tria uideo. Suidas.

Veder l'un due.

21 Cupientibus monere, ab improborum commercijs esse abstinendum, quia inde boni mores corrumpuntur, vulgatum illud conuenit; *Chi s'impaccia col zoppo, gli sen' attacca*; ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. i. Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. Plutar. in lib. de Libe. Educan.

Chi s'impaccia col zoppo, &c.

can. Sumuntur a conuersantibus mores. Sene. lib. 3. de Irâ. Cum quo aliquis iungitur, talis erit. Arnobius in Comment. Psal. 17.

Οἱ κακοὶ, οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν,
ἀλλ᾽ ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην. i.
Mali non penitus mali ex vtero nati sunt;
Sed cum viris malis amicitiam ineuntes. Theogn.

Idem ualet; *Chi pratica col lupo, impara a vrlare.*

In terra di ciechi beato, &c.

22 Vulgatissima est hęc paroemia, qua significamus, inter indoctos semidoctum haberi doctissimum, intérque mendicos principem locum tenere, cui sit taberna, vel prædiolum; *In terra di ciechi beato a chi ha un'occhio*; *ἐν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύει.* i. Inter cæcos regnat Strabus. Paroemi. Et Homeri interpres; *ἐν τυφλῶν πόλει γλαμυρὸς βασιλεύει.* i. In urbe cęcorum regnat lippus. Huic germanum; *Ogni piccola fauilla al buio riluce.* i. ut vertit Carolus Bouillus; Scintilla etiam exigua in tenebris micat.

Ha un piè nella fossa.

23 In hominem adeò decrepitum, ut ipsi, quod aiunt, iam silicernium parari posit, hoc vulgò iactari solet; *Egli ha un piè nella fossa*; *ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχει.* i. Alterum pedem in sepulchro habet. Lucianus in Sectis. *ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχει.* i. Alterum pedem in cymbâ Charontis habet. Idem in Apologiâ. Nota etiam erat hæc paroemia Latinis hominibus: nam in l. Apud Iulianum. ff. de Fideicomiss. liberta. ita inquit Pomponius; Memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Iulianus; Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc discere quidem uellē. Dan. Purg. cant. 18.

E tale ha già l'un piè dentro la fossa.

Dicimus etiam in hoc proposito; *Egli ha la bocca su la bara*; Nec longè abest; *E' piatisce i cimiteri.* De quo lib. 1.

Ha paura delle mosche, &c.

24 In eum, qui titubanter omnia facit, vel minima quæque, & maximè friuola pertimescens, illud iactare consueuimus; *Egli ha paura delle mosche, che volan per aria*; *καὶ μυίας παραπετομένας δέδιει.* i. Vel muscas præteruolitanteis metuit. Aristo. Septi. de Rep.

Nō dà nè'n ciel nè'n terra.

25 De eo, qui multa quidem effutit, sed quæ a propositâ materiâ longissimè absint, dicere consueuimus; *E' non da ne'n ciel. ne'n terra*; *οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται.* idest. Neque cœlum, neque terram attingit. Lucia. in Pseudomante.

Leccarsene le dita.

26 Pulcherrimum illud; quo significamus uerbi gratiâ aliquem cibum palato maximè satisfacturum esse; *Tu tene leccherai le dita*; a Græcis ita effertur; *κατέδεσαι τοὺς δακτύλους.* i. Digitos prærodes; ut vertit Plautus. Notat Victo. uar. lect. lib. 3. c. 24.

Tiene'l lupo per gli orecchi.

27 Illa etiam paroemia; *τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον.* i. Auribus teneo lupum; Itala effecta est; *Io tengo'l lupo per gli orecchi*; de illis, qui aliquid diu retinere non possunt, nec dimittere tutum est. Prӕter auctores, quos congerit Paroemiogr. utitur Aristænetus. lib. 2. Epist. 3. in fi.

28 De

28 De eo, cui hinc, atque hinc maxima impendent mala, adeò vt in utrũcunque inciderit, malè cum ipso agendum sit, dicere solemus; *Egli ha da un lato il precipizio, e da l'altro i lupi*, ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι. i. A fronte præcipitium, a tergo lupi. Parœmiogr. *Ha da un lato il precipizio, etc.*

29 Non leue in re leui maximę inter vtramque linguam cognationis argumentum est hoc. Quod Græci, referente Parœmiographo, de homine vili, nulliúsque precij digno dicunt; κορδύλης οὐκ ἄξιος. i. Ne ligulâ quidem dignus; Nos, re aliquanto plus extenuatâ; *E' non uale un puntal di stringa.* *Nõ uale un puntal di stringa.*

30 Etiam nostrâ tempestate dici solet in eum, qui ex suis laboribus nihil fructus capit; *E' fa come l'asino*; ὥσπερ ὄνος βαλανέως. i. Vt asinus balneatoris. Plutar. in libell. περὶ τῆς φιλοπλουτίας. Nec dissimile; ἡμιόνων βίον ζῇ. i. Mulorum vitâ agit. Ex Epigram. incerti auctoris li. 2. Titu. de Pręparcis. *Far come l'asino.*

31 Si quis videatur aggressus rem impossibilem, uel explicatu difficillimam, de ipso dicere solemus; *S'è messo a votar Arno con un cucchiaio.* Ἀτλαντικὸν πέλαγος κοτύλῃ ἐκροφεῖ. i. Atlanticum mare cotylâ exsorbet. Θάλασσαν ἀντλεῖ. i. Mare exhaurit. Parœmiogr. *Tu pigli a votar Arno con un cucchiaio.* ἄμμον μετρεῖς. i. Arenam metiris; Omnis, nempe, tua opera frustra sumitur. *Votare Arno con un cucchiaio.*

32 Quando stolidus in homines nasutos, contumeliosósque incidit, a quibus eum valde irrisum iri arbitramur, dicere consueuimus; *L'Asino tra le Scimie*; ὄνος ἐν πιθήκοις. i. Asinus inter simias Agelli. Noct. Att. li. 2. c. 23. *L'asino fra le scimie.*

33 Quod nostræ mulieres inquiunt de illo, qui longiorem profectionem suscepit; *Egli è ito a casa maladetta*; Idem valet, atque hoc Græcorum; εἰς ᾅδου πεπόρευται. i. Ad inferos profectus est. Sic enim interpretatur Artemidorus li. 2. ὀνειροκριτικῶν cap. [illegible] cuius hæc verba sunt. καὶ οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι ἔλεγον. i. Veteres, qui longiorem profectionem suscepissent, ad Inferos proficisci dicebant. Prædicto simile iactatur a vulgo; *Egli è ito in Oga Magoga*; Pro quo, qui literas norunt; εἰς τὴν διασποράν τῶν ἑλλήνων. i. In dispersionem gentium. D. Ioan. Euang. cap. 7. De Og & Magog fit mentio in sacris Biblijs. *Andare a casa maladetta.*

34 De muliere stibio, ac cerussâ faciem supra modum fucatâ, dici solet; *Ell'ha sul viso una spezieria*; καπηλεῖον ἀσκεῖ προσώπῳ. i. Fronte tabernariam exercet. Pollux. ἔχει λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις. i. Lecythum habet in genis. Aristophan. in Conciona. Dicitur etiam quasi αἰνιγματωδῶς *Ell'ha la maschera*, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει. i. Non faciem, sed personam gerit. Pollux. In vltimo maxima est venustas ob verba πρόσωπον, & προσωπεῖον: quæ Latinè referri non potest. *Ha sul viso una spezieria.* *Ha la maschera.*

35 Qui, vitijs relegatis, ad bonam frugem redeunt, dicuntur a nobis; *Tornare a Maria.* Vel simpliciter *Tornare al ben fare*; ut alibi notatum est. Quod si huiusmodi, more deinde immutato, iterum uitijs se applicarent, dicerentur; *Ritornare al vomito*; πρὸς τὸν αὐτὸν ἔμετον ἐπανελθεῖν. i. Ad uomitum *Ritornare al vomito.*

mitum redire. Nazianze. Et Theodo. Illud Sapientis huc optimè quadrat ὥσπερ κύων, ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον, καὶ μισητὸς γένηται. οὕτως ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ, ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν. i. Quemadmodum canis, reuersus ad proprium uomitum, abominabilis fit: sic insipiens, qui ex malitiâ suâ redit ad peccatum suum. cap.27.

Ogni ladro mi conosce.

36 Quod vel puerculis in ore est, siquando fures, vel improbi appellētur; *Ogni ladro mi conosce; Ogni tristo mi cognosce*; hoc pacto retorquentes crimen in ipsum criminatorem; a Græcis ita; ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα. i. Bestia bestiā nouit. Aristo. Rhetor. 1. ἔγνω δὲ φὼρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον. i. Furémque fur cognoscit, & lupus lupum. Idem in Septi. Mora. Eudemiorum. In eodem proposito vsurpant nostræ mulieres illud quasi ænigma; *Ogni uccel canta'l suo uerso.*

I vecchi sō due volte fanciulli.

37 Si quando videamus, senem, præ grandiori ætate delirantem, pueriliæ agere, quasi iterum factus sit puer, dicimus; *I vecchi son due uolte fanciulli*, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. i. Bis pueri senes. Aristophan. in Nebu. Meminit etiam obiter Eustath. in princ. M. Odyss.

Trarre'l calcio contr'a lo sprone.

38 Quando aliquis eum prouocare uidetur, qui lacessitus nocere solet, dicere solemus; *E' tira'l calcio contr'a lo sprone*, πρὸς κέντρα λακτίζει. i. Contra stimulos calcem iactat. Quod Terentius; Aduersum stimulum calces. Parœmiogra. Notissimum est illud ex Apostolorum Act. cap.9. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Lauare il capo all'asino.

39 Ex eo celeberrimo apud Græcos; ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. i. Asini caput ne laues nitro; Quo, ut inquit Parœmiographus, ipsi significabant, non esse multum operæ, aut sumptus impendendum in rem sordidam, ac parui ponderis; Ex eo, inquiam, deduximus nos: *Lauare il capo all'asino*; Quod valet; Beneficium in ingratum conferre; &, ut dixit Comicus, Laterem lauare. Non absimilia huic; εἰς κόπρον θυμιᾶν. i. Apud fimum odorum uaporem spargere. Suidas. τὴν χύτραν ποικίλλειν. i. Ollam uariegare. Meminit Cogna.

Non può'l vitello e vuol portare il bue.

40 Qui, leuiori onere recusato, grauius sibi imponi sentit, ita dicere solet; *Non posso'l uitello, e uolete, ch'io porti'l bue*; οὐ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπιτίθετέ μοι βοῦν. i. Capram portare non possum, & imponitis bouem. Plutar. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. De eo verò, qui, cum leuiori obeundo uideatur impar, munus tamen grauius sibi deferri postulat, dicimus; *Non può'l uitello, e uuol portare'l bue.* Quò spectat illud Apuleij ex lib. de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit.

E' figliuol di suo padre, &c.

41 Inspecto aliquo, qui paternam malitiam optimè repræsentare, ac moribus a patre nihil degenerare videatur, dicere solemus, *Egli è figliuol di suo padre*, τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὸ παιδίον. i. Patris est filius. Titulus est Satyr. Varronianæ. Meminit Turn. Aduer. lib.17. cap.21. & D. Basilius in Epist. ad Libanium. Dicimus etiam, *E' non traligna*. Et cum Homoteleuto,

Chi

Chi i suo' somiglia,
Non traligna. E contrario autem in malum boni patris filium vulgò iactatur; *E' non somiglia suo padre*; ὁ πατρῷια αὐλεῖ μέλη. i. Haud canit paternas cantiones. Parœmiogra.

42 De homine callido, ac circumspecto, quem fallere difficile sit; *Egli ha gli occhi nella collottola*; ὄπισθεν κεφαλῆς ὄμματα ἔχει. i. In occipitio oculos habet. Parœmiogra. *Ha gli occhi nella collottola.*

43 Hanc parœmiam affert, & explicat Pet. Victo. Vari. Lect. lib. 6. cap. 8. Qui de iniurijs opulentorum queruntur, significántque nouum non esse, vt a potentioribus tenuiores suis facultatibus spolientur, hoc in ore habere solent; *I pesci grossi ingoiano i minuti*. Varro, citante Nonio; Magnus piscis minutos comest. Ex illo vtique Polybij, quod quàm breuissimè possum affero; ἐν ἰχθύσι, φασιν, τὴν τοῦ μείονος ἀπώλειαν τῷ μείζονι τροφὴν γίνεσθαι, καὶ βίον. i. Inter pisceis, aiunt, minoris absumptionem esse maioris alimentum, ac vitam. Circumfertur etiam nescio cuius talis versiculus. *I pesci grossi, &c.*

Grandibus exigui pisces sunt piscibus esca.

44 Si quem cernimus timere, vbi nihil sit periculi, de eo dicimus; *Egli ha paura dell'ombra sua*; τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖται. i. Vmbram suam metuit. Parœmiogra. Idem valet illud Platonis in Symposi. δέδιε δέος δέδιε. i. Inanem metum metuit. Et nostrum; *Ha paura de' bruscoli, che uolan per aria.* *Ha paura dell'ombra sua.*

45 Inhumana quidem esset vox illa, si sententia verbis responderet; sed effutitur iocò, non seriò, & a vulgi fæce; *Morto ch'io sono, uada'l mondo in carbonata*; ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί. i. Me mortuo, terra misceatur incendio. Apud Sueto. in vitâ Neronis. Vide Pet. Victo. Var. lect. lib. 20. cap. 8. vbi Græcum dictum, cum Latinis confert. Nec multùm dissimilia: *Mort'io, morto'l porco. Chi mi uien dietro, serri l'uscio.* *Morto ch'io sono, &c.*

46 Quod Græci dicunt; μηδ' ἡρακλῆς πρὸς δύο. i. Ne Hercules quidem aduersus duos; Etrusci; *Con due non la uolle Orlando.* Plato in Phædone. Eodem spectat; Vni cum duobus non est pugnandum. Ex Catulli loco notissimo. *Con due nō la volle Orlando.*

47 Indicare volentes, amoris laqueis irretitos nihil ferè sibi temperare, sed, quicquid habent, passim profundere, nihil pensi habenteis, dicere consueuimus; *Gli amanti serran la borsa con la fronde del porro*; πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώντων δέδεται βαλάντιον. i. Amantium crumena porri folio vincta est. Cœlius Rhodiginus. Dicitur etiam; *La borsa de gli amanti è legata col fil del ragnatelo.* Huc pertinent Plautini versus. *Gli amanti serrā la borsa, &c.*

Celerem oportet esse amatoris manum, In Bacchid.
Lucrum amare nullum amatorem addecet. In Pseudo.

48 τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι. i. Nare trahi, Dixit Lucianus in Hermotimo, vt dicimus nos. *Esser menato pel naso.* i. Decipi, ac sibi fucum fieri, vt inquit Te- *Menar pe'l naso.*

ren. Nec dissimile Plautinum illud. Os sublinere. i. illudere, ac blandis verbis decipere. In Aulul. in Captei. & alibi.

Come succiare vn' vouo fresco.

49 Quando aliquid maximâ cum facilitate, ac temporis breuitate confectum esse significare volumus, hoc adagium vsurpare solemus; *Fu, come succiare vn' vouo fresco*; ὥσπερ ὠὸν τις ῥυφῶν. i. Quo pacto aliquis ouum sorberet. Nicomachus apud Athenæ. Notat P. Victor. Var. lectio. lib. 23. capit. 18.

L'Elefante non teme il morso della pulce.

50 Quoties significare volumus, excelsos animos nihil curare leuiũ, vulgariumque hominum iniurias, dictitare solemus, *La Luna non si cura dell' abbaiar de' cani*; *L'elefante non sente il morso della pulce*; κώνωπος ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει. i. Culicem non curat Elephantus Indicus. Phalaris, vel potius, vt etiam sentit Politianus Epist. 1. lib. 1. Lucianus in Epistolis Phalaridis. Quam parœmiam alij transferunt ad id, quod simpliciter dicimus, *Delle mentite de' poltroni non se ne fa stima*. Prędicto confine illud Publij Syri. Inuidiam ferre aut fortis, aut fœlix potest.

Aggiugner fuoco a fuoco.

51 Etiam nos in eâdem sententiâ dicimus, *Non bisogna aggiugner fuoco a fuoco*; *Non bisogna metter carboni sopr' alla brace*, ac Græci, vt est apud Platonem, οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν. i. Non decet ignem igni inducere: quãdo significare volumus exempli causâ non sinendos esse adolescenteis, cum mulieribus familiariter versari, quippe cum in tali ætate homo maximè Venereis cupidinibus flagret, & mulier Veneris sit ignis. Significat etiam, non esse irâ percitum magis accendendum. Quod aliter ex Horatio, Non est oleum camino addendum.

Misura i danari a staia.

52 De admodum diuite dicere solemus, *E' misura i danari a staia*, μεδίμνῳ ἀργύριον ἀπομετρεῖ. i. Modio pecuniam metitur. Suidas.

Cosa vecchia.

53 Vbi quis aliquid dicit, iam apud omneis diuulgatum, uel quod ipse aliàs non semel protulerit, dicere solemus, *Ell' è vecchia*, ἀρχαῖα λέγεις. i. Veterata vaticinaris. Parœmiographus. Vetera vaticinaris: dixit Plau. in Pseudo. In hoc etiam proposito effertur a plebeculâ ἀνιγματώδες, *Dagli quelle calzaccie*. Pro quo enunciari solet ironicè: Illi quidem euangelia. Vocem Euangelia, qua utitur Cicero non semel, optimè exponit Vlpianus in l. Falsus. π. de Furt. i. Mercedem pro rei inuentæ, uel repertæ nuncio.

Innanzi si conosc' vno, &c.

54 A Græcis, referente Adagium Aristotele libro Moralium octauo, dimanauit hoc uulgatissimum, ac sententiæ notissimæ; *Innanzi si conosc' vno, bisogna consumare vn moggio di sale*, οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι. i. Fieri non potest, ut nos mutuò pernoscamus, antequam salis, quem dicunt, modium pariter absumpserimus. Sic uertit Parœmiogr. Huc pertinet illud Coluandri: Nulla merx difficilior conitu, quàm homo.

55 In plureis moribus omnino simileis iactari solet, *Son d'un pelo, e d'una lana*;

lana, Tutti son della medesima pannina, πάντες τῦ αὐτῦ λίνυ εἰσὶ. πάντες τῆς αὐτῆς καννάβεως εἰσὶ. i. Omnes sunt ex eodem lino. Omnes sunt ex eâdem cannabe. Eustathius in Odyss. χ. In quam sententiam Terentius. Vnum cognoris, omneis noris. Et nos insuper, *Pigliani vno, e gli hai presi tutti.* *Della medesima pānina.*

56 De exiguo munusculo, quod asperginis uice uix humectet quodammodo labra, tantùm abest, ut palatum imbuat, hoc est animum expleat, dicere solemus, *E non gli toccò l'vgola. Non gli toccò i denti.* Ad quam sententiam trahi posse, affirmat Eustathius in Homerum, illud Græcorum, χείλεα μέν τ' ἐδίλω, ὑπερώον δ' οὐκ ἐδίλω. i. Labra non palatum rigauit. *Nōmi toccò l'vgola.*

57 In hominem plus æquo curiosum, atque a communi hominum notitiâ abstrusa cognoscere laborantem, iactare consueuimus, *Vuol saper, che fusse prima, ò l'vouo, ò la gallina*, τὰς ἐν ἄδου τριακάδας ἐπιζητεῖ. i. Inferorum Triacadas inquirit. Manutius in Additam: ad Chiliadas. Sed hîc adnotādum est, quæstionem illam, unde ortum duxit nostrum adagium, non esse recens inuentum, sed uel usque Plutarchi temporibus a doctioribus agitatam fuisse. Nam ipse Philosophus in secundâ Conuiualium Quæstionum Decade, Sectione tertiâ, eam his uerbis proponit, πότερον ὄρνις πρότερον, ἢ τὸ ὠὸν ἐγένετο. i. Vtrum fuerit prius gallina, an ouum. Fabri ferrarij ex arte suâ ad hoc propositum transtulerunt. *Vuol saper, che fu fatto prima, ò la'ncudine, ò l martello.* *Vuol saper che fusse prima, &c.*

58 Sunt nonnulli, quos tentare quidem non piget, sed citissimè defatigantur, ac statim quasi animo cadunt: quos ad perseuerantiam animare hoc dicto solemus, *Al primo colpo non cade l'albero*, πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερρὰ δαμάζεται. i. (ut uulgò uertitur) Multis ictibus deijcitur quercus. Extat in Diogeniani Collectaneis. Boccacius dixit, *Per lo primo colpo non cade la quercia.* Fabu.69. *Al primo colpo nō cade l'albero.*

59 Græci ex Eusta. in Home. Odysse. ε. infœliceis homines appellabant, ἐν τετράδι γεγεννημένους. i. Quartâ Lunâ natos: & nos, *Tagliati a cattiua luna*, sumptâ, ut apparet, metaphorâ ab arboribus non incisis, quotâ Lunâ blattas pati non solent. Vide ibi Eustathium: multa enim de numero quaternario non inutilia affert. *Tagliati a cattiua Luna.*

60 Si quem videamus, nec ipsum aliquâ re uti, nec alios eâdem uti sinere, dicere solemus; *E' fa come il can dell'ortolano*, ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ. i. Canis in præsepi. Meminit, & exposuit Lucianus aduersus indoctum. Item Eustathius in Home. Ilia. Ν. ἡ κύων ἐπὶ φάτνῃ. i. Canis in præsepi ἐπὶ τῶν μήτε χρωμένων, μήτε ἄλλοις διδόντων. i. In eos, qui neque ipsi vtuntur, neque alios uti sinūt. Nostra parœmia videtur originē traxisse ex eâ fabellâ. Capra esuriens, hortum quemdam, vbi vitentia viderat olera, intrare cupiebat. Canis uerò molossus, quem olitor custodem apposuerat, non permittebat, minitans ei mortem, si pedem introferre tentaret. Cui capra; Quid, inquit, me esse prohibes, quæ tibi nulli sunt vsui? Nullâ, respondit canis, ratione hoc facio; sed quia ita mihi insitum est a naturâ. *Far come il can dell'ortolano.* *Apologus.*

Se'l serpente non mãgiasse, &c.

61 Quando significare volumus, potentiorum diuitias inferiorum damnis crescere; ac, nisi essent, quos emungerent, eas non auctum iri, a Græcis mutuati, dicimus; *Se'l serpente non mangiasse del serpente, e' non si farebbe drago, ὄφις ἂν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.* i. Serpens ni edat serpentem, draco non fiet. Paroemiogr. Idem valet, *Chi per se raguna, per altri sparspaglia.* Quò pertinent Publiani Mimi:

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

Hoc etiam subobscurè significare censeo: Ortus unius, alterius interitus. Quod in prouerbium cessisse, innuere videtur Nemesius Philosophus de Naturâ hominis cap. 5. ubi inquit. Quamobrem alterius ortum, interitum esse aiunt alterius, & vicissim alterius interitum, alterius ortum. Plura sunt apud Cogna.

E' buono a mescere a ranocchi.

62 Diluente vinum pincernâ immodicâ aquâ, in eum sic inuehi solet. *Tu se buono a mescere a' ranocchi, βατράχοις οἰνοχοεῖς.* i. Ranis uinum infundis. Ranis vinum præministras. Apud Athenæ.

Lo conoscerebbe vn bambino.

63 De rebus claris, quæ nullius egent explicationis, inter cætera dici solet, *E' lo conoscerebbe vn bambino, δῆλον καὶ παιδί.* i. Vel pueroclarum.
64 Plato. † καὶ τυφλῷ δῆλον. i. Vel cæco clatum. De hoc meminere Phalereus in Libello de Elocutione: Eustathius in Home. Odiss. Θ. P. Victori. var. lectio. lib. 11. cap. 3. cuius hæc sunt verba. Nos quoque in patrio nostro sermone prouerbio hoc utimur. Et sanè in mentem facilè cuilibet venire posset, de re certâ, perspicuáque παροιμιακῶς dicere, illam cæco etiam apparere. Hactenus Victo. Dicimus ergo; *E' lo vedrebbe un cieco. E' lo vedrebbe Cimabue, che nacque cieco. E' lo vedrebbe Pantoffo, ch'auea gli occhi di panno.*

Lo vedrebbe vn cieco.

65 Ex illo cèlebri loco D. Lucæ in Euangelio, cap. 6. τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo proprio est, non animaduertis? deductum censeo hoc nostrum, *I bruscoli altrui l'offendono, e non vede le traui sue.* Extat etiam apud D. Matthæ. c. 7. Quod Romanorum vulgus; Verrucis offenditur, ac tubera habet. Huc pertinent Horatij versus;

I bruscoli altrui l'offendono &c.

Qui, ne tuberibus proprijs offendat amicum,
Postulat, ignoscat verrucis illius æquum est.

Sensus est notissimus de uitijs maioribus, ac minimis.

Lauare il capo.

66 Quod nos ἀντὶ τοῦ ἐλέγχειν dicimus, *Lauare il capo,* a Græcis originem deduxit, qui in hanc sententiam dicebant πλύνειν. Artemidorus lib. 2. c. 4. ὀνειροκριτικῶν. πλύνειν γὰρ καὶ τὸ ἐλέγχειν, ἔλεγον οἱ παλαιοί. i. Lauare veteres coarguere dixerunt; ubi citat testem Menandrum. Iulius Pollux Onomasti. lib. 7. cap. 11. agens περὶ ὅσων ἀπὸ τοῦ πλυνέειν τὰς ἐσθῆτας, non longè a principio inquit; ἀφ' οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν. καὶ πλυνόν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησὶν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ διαχύνεις. i. Vnde & conuiciari, lauare. Et lotum me reddis, Comici dicunt, pro, calumniaris, aut dehonestas.

67 Iuxta Horatianum illud. Ode 16. lib. 3.

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo: significare volentes, nullum esse incœptum tam arduum, quin vel ab imperitis perfici, nullamque nationem tam feram, quin vel a timidis superari possit, dummodo præstò sint nummi, dicere solemus, *La lepre piglia 'l leone con il laccio d'oro*, ἕλκει λαγὼς λέοντα χρυσίνῳ βρόχῳ. i. Lepus leonem trahit aureo laqueo. Manutius in Appendice ad Chilia. Huc spectat alterum illud; ἀργυρέαις λόγχαις μαχόμενος, πάντα νικᾷ. i. Argenteis hastis pugnans omnia vincit. Parœmiogr. τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδιάλωτα χειρωθῆναι τῷ χρυσῷ ῥᾴδιόν ἐστι καταπολεμῆσαι. τῷ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται τὰ σύμπαντα. i. Quæ nequeunt armis capi, facilè expugnantur auro. Nihil non subijcitur argento. Diod. Quibus admodum simile hoc nostrum, *Il martel d'argento spezza le porte di ferro*. Philippi Macedonis apophthegma id etiam comprobat. Cum enim arcem quamdam capere destinâsset ualdè munitam, retulisséntque exploratores, prorsus esse difficile, atque adeò etiam impossibile: percontatus est, an asinus auro onustus posset accedere, significans, omnia auro expugnari. Non pigebit adscribere facetissimam fabellam De rustico per vocem hædi ad Iurisconsultum admisso. Rusticus quidam graui lite implicitus, ad quemdam Iuriscons. accesserat, ut eo patrono sese explicaret. At ille, negocijs impeditus, renunciare iubet, se non posse illi eo tempore vocare; quare abiret, aliàs rediturus. Rusticus, qui huic plurimùm fidebat, etiam, atque etiam rediens, nunquam admissus est. Tandem hœdum adhuc lactentem, & pinguem secum deferens, ante ædeis Iurisperiti stabat, & hœdum vellicans, ipsum balare cogebat. Ianitor, qui ex præcepto heri dona portanteis statim admittere solebat, auditâ hœdi voce, ianuam illico aperiens, hominem introire iubet. Tunc rusticus ad hœdum conuersus; gratias, inquit, ago, hœdule mi, qui tam faciles mihi has effecisti fores. Possem hîc multa alia coagmentare, ut illud Ouidij notissi. Munera, crede mihi, placant, &cęt. quod præter auctores, quos recenset P. Victo. var. lectio. lib. 12. cap. 5. affertur etiam loco prouerbij ab Eustathio in Home. Iliad. lib. ξ. Sed nolo pluribus insistere.

La lepre piglia il leon cõ il laccio d'oro.

Apophthegma.

Fabella.

68 Ex antiquorum fontibus emanauit etiam, quod uulgò a literarum nõ admodum studiosis dici solet; *Val più vn oncia di fortuna, che mille libbre di sapere*, uel, *Val più vn'oncia di sorte, che vna libbra di senno*; Gutta fortunæ præ dolio sapientiæ. Hæc enim parœmia desumpta est ex eo Gregorij Nazianzeni Senariolo; cuius etiam meminit Eustath. in Ilia. Ω. θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. i. vt uulgò vertitur; Præ dolio doctrinæ malo guttam opum. Huc pertinent illa;

Val più vn'oncia di fortuna, &c.

Ventura, Dio, che poco senno basta. Et cum simplici Homoteleuto.
Non ual leuar a buon ora;

69 *Bisogna auer ventura.* † Nec dissimile hoc, *Sorte, e dormi*; cui optimè uidetur congruere Menandri uersiculus, ῥέγχει παρούσης τῆς τύχης τὰ πράγματα. i. Stertunt res, cum adest fortuna. Nec abhorret illud Eustath. in Odyss. I. ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα φύεται πάντα τοῖς εὐδαιμονοῦσιν. i. Fortunatis citra sementem, citráque arationem contingunt omnia.

Nos

Dell'ombra dell'asino.

70 Nos quoque uulgo dicimus, eos, qui de re nihili altercantur, disceptare, *Dell'ombra dell'asino*, ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. i. De asini umbrâ. Sopho in Cedalione apud Suidam, uel, *Della lana caprina.* De lanâ caprinâ. Horati.

Sta a cacciar le mosche.

71 Etiam Aristophanis temporibus iactabatur in ociosum, & qui ad inutilia incumberet officia, μύιας ἀπαμύνει. i. Muscas depellit. *Sta a cacciar le mosche.* In Vespis.

Vn pezzo di carne cō gli occhi.

72 Homines nullius precij, & ad res agendas inutileis, appellare solemus, *Vn pezzo di carne con gli occhi*, κόμη μόνον, καὶ σάρκες. i. Coma solùm, & caro. Euripi. Apud Stobæ. serm. 49. Corpus sine pectore. Horatius. Caput sine linguâ. Laberius. Planiùs uerò idem Tragicus in Electrâ, σάρκες κεναὶ φρενῶν, uel, ἀγάλματ' ἀγορᾶς. i. Carnes mente uacuæ, uel Fori statuæ. Dicuntur etiam, *Be'ceri.* Vide Pet. Victo. Vari. Lect. lib. 17. c. 24. & nos alibi meminimus.

Vna rondine non fa primauera &c.

73 *Vn prun non fa siepe. Vn fior non fa ghirlanda. Vna fronde: Vna rondine: Vn fior non fa primauera.* His adagijs significamus, verbi gratiâ, multa esse necessaria, vt aliquis sit verè vir probus, nec vnum sufficere, & cætera huiusmodi. In quam sententiam Aristoteles primo Ethicorum μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. i. Vna hirundo non facit ver. Vnde Nazianzenus in Oratione εἰς τὰ ἐπιφάνια. μηδὲ μία χελιδὼν ἔαρ ποιεῖ, μηδὲ γραμμὴ μία τὸν γεωμέτρην. ἢ πλοῦς εἷς τὸν θαλάττιον. i. Neque vna hirundo facit ver. Neque vna linea geometram. Aut vna nauigatio peritum nautam.

Da capo a piedi.

74 Quando significare volumus, nos e.g. omnia ordinatim alicui narrâsse, dicimus; *Da capo a piede. Dall' A, alla Zeta. Dall' Alfa, all' Omega*; ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. i. A capite vsque ad pedes. Home. Ilia. Ψ. A capite vsque ad calcem. Parœmiogra. Et, quod dicimus; *E' mi guardò da capo a piede*, non caret exemplo. Theocritus. n. in Bucolisco;

Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν. i.
Et me a capite vsque ad pedes totum lustrauit.

Conoscere il biāco dal vermiglio. &c.

75 De eo, qui iam per ætatem sapit, hæc, & alia multa dicimus; *E' conosce*, vel, *discerne il bianco dal vermiglio: il melo dal pesco: il cece dal fagiuolo: il dattero dal fico: i bufoli dall'oche: gli asini da' buoi: il vin dall'aceto: l'asin dal rusignuolo: il pan da' sassi*, aut, *dalle ghiande: i tordi da gli stornelli: gli storni dalle starne: la treggea dalla gragnuola: l'acquerel dal mosto cotto: il bigio dal nero: Compieta da Nona:* Item; *Sà, quante paia fanno tre buoi.* οἶδε τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν. i. Album, & nigrum nouit. Parœmiogra. Quod Horatius; Nouit, quid distent æra lupinis.

Ogni scimia vuol bene, &c.

76 Omnem matrem filios suos adamare, vel, vt dixit Cicer. in 5. Tuscu. suum cuique pulcrum esse, significamus hac parœmiâ; *Ogni scimia vuol bene a suo' scimiotti.* Cui examussim respondere videtur illud Theocriti.

τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ. i.
Formicæ chara est formica, cicada cicadæ.

77 In quam ſententiam vſurpata fuerit a Græcis parœmia ὄνος λύρας, non eſt mei inſtituti explicare, cum actum agere, vt eſt in prouerbio, videri nolim. Nos vtique videntes, aliquem artificium tentare, ad quod omnino ineptus appareat, dicere ſolemus; *Com'all'asino il ſonar di lira. Come l'aſino alla lira.* Parœmiographus non ſemel τὸ ὄνος λύρας, exponit; Aſinus ad lyram; & paulo ante finem talis Adagij innuit, non incommodè torqueri poſſe ad illud ſignificandum, quod dictum eſt de noſtro. Vide ibi.

Come l'aſino alla lira.

78 Videntes, improbum cum improbo verſari, vel auarum cum auaro ſocietatem iniuiſſe, dicere ſolemus; *Dio fa gli huomini, e s'appaiano*, de quo alibi pleniùs; ἐῦρεν ἡ μάχαιρα κολεὸν ἄξιον ἑαυτῆς. i. Inuenit gladius ſe dignã vaginam. Ariſtenæ. Epiſt.6. lib.2. Vnde procul dubio nos illud, ab hoc non longè diſtans; *Qual guaina, tal coltello.* Sed de hoc etiam pluribus ſuo loco. Dauanzatus in Schiſmate; *E ben poteaſi dir di lui, e del Re, Qual guaina, tal coltello.*

Qual guaina, tal coltello.

79 Quod hauſtum, ut puto, ex illo D. Lucæ notiſſimo in Euang. capit. 16. οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶν κυρίοις δουλεύειν. i. Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire; uulgò dictitant; *Non ſi può ſeruire a duo'ſignori*: ſic a Græcis efferebatur; οὐ δύνασαι τέ Θέτιδός τε, καὶ γαλατείας ἐρᾷν. i. Non potes Tethidem ſimul, & Galateam amare. Ex Luciani Dialogo inter Galateam, ac Doridem.

Non ſi può ſeruire a duo' ſignori.

80 In eum, qui coram videatur amicus, occultè verò inimico ſit animo; uel in diuerſis, contrariiſque inſtructum dici poteſt hoc, in Opuſculo de Primo frigore a Plutarcho contra quamdam mulierem uſurpatum; τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ. i. Alterâ manu fert aquam, alterâ verò ignem. Nos; *Con una man porta l'acqua, con l'altra il fuoco.* Dicimus etiam, Plautinum illud imitati; Alterâ manu fert lapidem, panem oſtentat alterâ; *In una il pane, nell'altra 'l baſtone*; Et aliqui;

In una 'l pome,
Nell'altra 'l baſtone.

Cõ vna mã porta l'acqua, &c.

81 Prædicto non diſſimile illud, quod iactatur in hominem, qui aliud præſens, aliud abſens loquitur; *Egli ha due viſi*: ἀμφιπρόσωπος ἑρμᾶς. i. Bifrons Mercurius. Naxianz. ad Nemeſium.

Ha due viſi.

82 Hoc notatu pulcherrimum eſt, etiam nos, aliquem nugari, uel ineptire ſignificenteis, dicere ſolere; *E' canta*: ᾄδει ἔχων. i. Canit; ludit ſcilicet, iocatúrque, nec ſeriò agit. Atticorum Adagium. Parœmiogr.

E' canta.

83 Homines inconſtanteis, & qui inſtar Euripi, quod aiunt, nunquam quieſcunt, tali prouerbio admonere conamur; *Saſſo che non iſtà fermo, non fa muſchio*; λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ. i. Saxum, dum uoluitur,
84 non obducitur muſco. Parœmiogr. † Eodem pertinet illud Fabij; Planta quæ ſępius transfertur, non coaleſcit; expreſſum ex eo Gręcorum, quo utitur Euagrius, Antonio Monacho recenſente; φυτὸν μεταφερόμενον συνεχῶς, καρπὸν οὐ ποιεῖ. ideſt, Planta, quæ ſubinde transfertur, non fructi-

Saſſo che nõ iſtà fermo, &c.

fructificat. Nos cum Homœoteleuto.

Albero spesso trapiantato, &c.

Albero spesso trapiantato
Mai di frutti è caricato.

85 Illi, qui aliquem exempli gratiâ exhortans, ut ad bonam frugem redeat, incassum laborare uidetur, dicere solemus, *Tu predichi a' porri*, Græci quàm plurimis rationibus; ut, αἰγιαλῷ λαλεῖς. i. Litori loqueris. Inter Græca Adagia. ἀνέμῳ διαλέγῃ. i. Vento loqueris. Suidas. παρὰ κωφὸν ᾄδεις. i. Surdo canis. Aristænetus lib. 1. epist. 28. ἄλλως ᾄδεις. πρὸς κενὴν ψάλλεις. i. Frustra canis. In uanum cantas. Parœmiogra. λίθῳ διαλέγῃ. i. Lapidi loqueris. πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς. i. Parieti loqueris: In quam sententiam nos ad uerbum, *Tu parli a quel muro quiui*. In Græcis Collectaneis.

Parli a q̃l muro quiui.

Predichi al deserto.

86 ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. i. Inaniter aquam consumis. Parœmiogr. † πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφύρῃ. i. Ad desertos scopulos lamentationem cõcinis. Vnde alterum illud, *Tu predichi al deserto*. Synesius Epist. 4. De nostro meminit Gilbertus Cognat. in suâ Sylloge. Et ante eum Victo. de quo nos pluribus lib. 6.

Il ceruel gli guazza.

87 Qui aliquem stultitiæ notare uolunt inter alia interdum dicere solent, *Il ceruel gli guazza*, ἐγκέφαλος ἀλλοιοῦται. i. Cerebrum illi nutat. Locus est apud Euphronem Comicum. -- ἀλλ' ἦσαν κενοί,
ἐγκέφαλος ἠλλοίωτο. i. Sed stulti erant,
Cerebrum illis nutabat. In Titu. de Coquis.

Anche la mosca ha la sua collora.

88 Quando uolumus aliquem admonere, ne quempiam uel minimum, & obscurissimo loco natum lædere uelit, dicere consueuimus, *Anche la mosca ha la sua collora*, ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα. i. Habet & musca splenen. ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολός. i. Inest & formicæ bilis. Ferè idem ualet Pẽtameter ille;

Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Parœmiogra.

Prædictis eamdem sententiam habent illi Mimi Publij Syri.

Inimicum quamuis humilem docti est metuere. Et,
Citius uenit periculum, cum contemnitur.

Dicimus etiam in eodem proposito; *Ogni serpe ha il suo veleno. Ognuno ha i denti. Ogni huomo è huomo. Ogni huomo ha cinque dita nelle mani.*

Dar le pecore i guardia al lupo.

89 Quando aliquis rem ei seruandam committit, cuius gratiâ custodem adhiberi oporteret, dicimus; *E gli ha posto il lupo per pecoraio. Ha dato la lattuga in guardia a' paperi. Ha dato le pecore in guardia al lupo.* Et plebecula. *Ha dato la farina in guardia a porci*, τῷ λύκῳ τὴν ὄιν. i. ut uertit Terentius. Ouem lupo commisit. Parœmiogr. Et a suis e. c. inter inimicos relictus, omníque auxilio destitutus, dicitur, *Vn torso fra parecchi oche. Vn cacio tra due grattugie*; ὀιόλυκος. Quæ uox composita est ex oue, & lupo. De hac Herodotus in Melpomene.

Non son di questo mondo.

90 ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. i. Ego non sum de hoc mundo. Ioan. cap. 8. Euange. Non dubito, quin ex hoc loco desumpserimus nos Parœmiam illam nostram, *I' non son piu di questo mondo*, qua significamus, nobis non amplius esse curæ solatia, ac uoluptates, quæ uulgò homines oblectant.

91 Vinum

91 Vinum tenue, quódque, vt vulgò dictitant, prius tibias, quàm caput inuadit, appellare solemus; *Vin di Quaracchi. Vin di Lecore*. καρικὸς οἶνος. i. Caricum vinum. Suidas. *Vin di Quaracchi.*

92 Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere, alibi dictum est a nobis. Hac autem paræmiâ admonemur, qui supremo iure, nimísque seuerè cum aliquo agit, multum illi iacturæ, nihil verò vtilitatis sibi afferre; *Chi troppo munge, ne caua'l sangue*; Nimiùm mulgens, elicit sanguinem. Ex illis Nazianzeni Senarijs prouerbialibus. *Chi troppo munge ne caua'l sangue.*

ποιμὴν ἀμέλγει, εἰ θέλει, καὶ τοὺς τράγους,
ἀλλ' ἀντὶ γάλακτος, αἱμάτων πηγὰς ὕσει. i.
Mulgere & hircos, si velit, pastor potest;
Sed sanguinis pro lacte fontes effluent.

93 Quod nos vulgò simpliciter dicimus, nil aliud præter quàm quòd ipsa verba sonant, intelligentes; *I cani abbaiano, a chi e'non conoscono*; reperitur etiam apud Græcos; κύνες βαΰζουσιν, ὃν μὴ γινώσκωσιν. i. canes in ignotos latrant. Sed apud ipsos pulcherrimus erat prouerbij vsus: hoc enim significare volebant, quando ad magistratum accederet aliquis iandiu cognitus, miniméque in administrandâ Rep. nouus, inuidiæ nihil excitari, cum inuidia eos solos appeteret, qui tum primùm ad Reipu. gubernacula accederent. Plutar. in Opusculo, cui Titulus; εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Huc spectare videtur Horatius in Satyris Eclo. 6. lib. 1. *I Cani abbaiano, a chi e'non conoscono.*

-- Quò tibi, Tulli,
Sumere depositum clauum, fieríque Tribunum?
Inuidia accreuit; priuato quæ minor esset. & cætera vsque ad τὸ Omneis mortaleis. Quis affirmare possit, primos auctores nostrum quoque in hanc sententiam non vsurpâsse?

94 Hæc descripta sunt ex lib. 25: cap. 14. Var. lect. P. Victo. Quod a Græcis antiquitùs dicebatur, prouerbíque vim in eo sermone habebat; τρὶς ἓξ βάλλειν [i. ter sex iacere.] (dici autem solitum erat de illis, qui summũ, inopinatúmque bonum consequerentur) id etiam a nobis vulgò fertur; in oréque est omnis multitudinis, cum idem significare volumus: vel potius cum ostendimus, quempiam maximum malum, & quod pœnè ipsũ iam oppresserat, euasisse. Quamuis non tertiâ parte totius numeri triplicatâ id pronunciemus, sed integrum illum numerum ponentes, dicamus; *Trarre diciotto*. Hactenus Victorius. Cuius secundæ explicationi si acquiescimus, alterum illud prædicto eamdem habet sententiam; *Cascare in piè, come le gatte*. De quo alibi. *Trar diciotto.*

95 Ex hac etiam officinâ prodijt, quod fertur; *O asso, ò sei*; τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. i. Ter sex, aut treis vniones; quo nos vtimur, quãdo nullam mediocritatem seruari, ostendere volumus, vt de Tigellio scripsit Horatius: *O' asso, ò sei.*

Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
Currebat, fugiens hostem: persæpe velut qui
Iunonis sacra ferret. Habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem seruos, &c.

Græcæ parœmiæ inter alios meminit Eustathius in Ilia. Π. Et Odyss. Α. Cuius in Odysseâ verba sunt hæc; ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ τρισὶ κύβοις, καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ νῦν, δυσί. ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν διαμέσε κινδυνευόντων, τὸ, ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι. ἀπὸ τοῦ μεγίστου καὶ ἐλαχίστου ἀριθμοῦ &c. i. Antiqui utebantur tribus tesseris, & non, vt recentiores, duabus. Vnde parœmia illa de mediocritatem nihil seruantibus, aut ter sex, aut treis tesseras; a maximo, & minimo numero. Meminit quoque Iulius Pollux de Rerum Vocabu. lib. 9. Quòd hi numeri in iactibus essent extremi, atque inde elicerentur a Græcis contrariæ loquendi formulæ, optimè etiam percipitur ex illis versibus Epicharmi Comici citatis a Stobæo in Sermone 67.

τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβους
ἀπὸ τύχης βαλεῖν. ἐὰν μὲν γὰρ λάβῃς τεταγμένην
τοῖς τρόποις, κατ᾽ ἄλλ᾽ ἄλυπον, εὐτυχήσεις τῷ γάμῳ.
εἰ δὲ καὶ φιλέξοδόν τε, καὶ λάλον, καὶ δαψιλῆ,
οὐ γυναῖχ᾽ ἕξεις, διὰ βίου δ᾽ ἀτυχίαν κοσμουμέναν. i.

Vxorem ducere perinde est, atque tres seniones, aut treis tesseras
Fortuitò iecisse. Nam, si nactus fueris compositam
Moribus, & cætera non molestam, nuptijs beatus eris.
At, si frequenter domo exeuntem, & loquacem, & sumptuosam,
Non vxorem habebis, sed instructum per uitam infortunium.

Valet igitur; Treis tesseras iecit, quod nos; *Non gli poteua andar peggio; Non gli potea dir peggio.*

96 In eos, qui, dum plus nimio ad lucrum attenti sunt, suspicionem afferunt, ne uniuersorum iacturam faciant, usurpari solet a nobis; *Chi troppo s'assottiglia, si scavezza;* Non est autem tam simile lac lacti, quàm nostro illud Luciani; ἀπορραγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. i. Abrumpetur tensus funiculus. De hac parœmiâ meminit etiam Aristenæ. & nos infra.

Chi troppo s'assottiglia si scavezza.

97 Quando e.g. aliquis creditor etiam, atque etiam a debitore suo sentit se illusum, modò ad hunc, modò ad illum pecuniæ exigendæ causâ frustra missum, sic denique inquit. *Costui m'aggira, com'un paleo. M'aggira, com'un arcolaio.* βέμβικος δίκην. i. Trochi in morem: subintellige, me circumagit, vel quid simile. Aristopha. in Auibus. βέμβιξ describitur ab Aristophanis interprete in Vespis, & nobis significat instrumentum illud, quod nostri pueri appellant, *Fattore;* Dantes *Paleo* dixit Cantic. 18. Para, *E'letizia era ferza del paleo.* De hoc Virgilius in Septimo. Tibullus lib. 1. Elegi. 5. Et Callimachus in Epigrammate.

Aggirar com'un paleo.

οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ. i.

Nempe sub uerberibus celeres turbines agentes,
Pueri uersabant in lato triuio.

98 Si fortè in aliquo prælio talis clades facta sit, ut prope omnino alter exercitus fuerit deletus, uulgò dicere solemus. *Non ne rimase, chi ne recasse nouella.* Quod, notauit Victo. vari. lecti. lib. 28. cap. 20. ex illo Homeri originem traxisse.

Non ne rimase, &c.

οὐκ ἔτ᾽ ἔπειτ᾽ οἶον οὐδ᾽ ἄγγελον ἀπονέεσθαι

ἄφορ-

ἄψορρον ποτὶ ἄςυ, ἐλιχθέντων ὑπ᾽ ἀχαιῶν. i.

Non amplius censeo ad urbem nec nuncium quidem ab Achiuis reuersurum. Certè, vt idem affert, Iustinus, & Liuius ita loquuntur. Ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Iusti. lib. 1. Vt uix nuntium tantæ cladis hosti relinquerent. T. Liuius lib. 33. Quibus, si placet, addas Valerij Maximi locum de Liuio Salinatore: lib. 3. cap. 7. Respondit, in hoc eis oportere parci, ne hostibus tantæ cladis domestici nuntij deessent. Et in hanc sententiam Philo, de Aegyptijs loquens, οὐδὲ πυρφόρος ἀπελείφθη. Ne ignifer quidem superfuit. Sed libet adscribere, quæ affert Eustathius ad prędictum Homeri locum: de vtrisque enim Gręcis prouerbijs ibidem meminit. τὸ δὲ οὐδ᾽ ἄγγελον ἀποιέσθαι ἄψορρον, παροιμιῶδες ἐςὶν, ὅτε πανωλεθρίας τῆς γενομένης, οὐδ᾽ ὁ μηνύσων τὰ σκυθρωπὰ ὑπολέλειπται. οἱ δὲ μεθ᾽ Ὅμηρον, καὶ σκυθρωπῶν, καὶ σκυθρωπότητος ἄγγελον τὸν τοιοῦτον φασίν. οἱ δ᾽ αὐτοὶ ἐφ᾽ ὁμοίοις δεινοῖς παροιμιάζονται καὶ τὸ, μηδὲ πυρφόρον ὑπολείπεσθαι. i. Illud autem [nec nunciũ quidem reuersurum] prouerbiale est, quando extremâ alicubi factâ clade, nec relictus quidem est, qui mala nunciet. Qui verò post Homerum fuerunt, talem nuncupant, & tristium, & tristitiæ nuncium. Iidémque in simili strage paroemiam hanc usurpant; Ne igniferum quidem superfuisse. Huc pertinent Ludouici Areosti uersus.

L'accese tal furor, che non difese
Vostri nemici, argine, ò mura, ò fosse;
Che non fossino insieme tutti morti,
Senza lasciar, chi la nouella porti. & Pulcius.
Vn testimone in Parigi non resta.

Vulgò etiam dicimus. *E' non ne rimase testa*. Perpende iterum σκυθρωπῶν ἄγγελον. i. Malorum nuncium. qui enim mala sæpius nunciare solitus est, appellatur a nobis; *L'Ambasciador delle male nuoue*. Cui similè est illud Agamemnonis in Calchantem; μάντι κακῶν. i. Vates malorum. In Ilia. non longè a princ.

99 Si quis v.g. atrociores inimicitias cum potentiori exercuerit; has autẽ pœnè sopitas excitare uelle uideatur; unde ipsi aliquid mali proculdubio eueniret, de eo dicere solemus. *Egli stuzzica il can, che dorme. Stuzzica il formicaio; le vespe, il vespaio.* σφηκιὰν ἐρεθίζει. i. Vesparum, seu crabronum examen lacessit. Et, vt dixit Paroemiographus, Vesparium stimulat. Pro hoc inquit Sosia Plautinus In Amphytrione. Crabrones irritat. Eodem pertinet, τὸν λέοντα τίλλει. i. Leonem uellicat. Paroemiogra. *Stuzzica il vespaio.*

100 In artis musicæ peritos præter id, quod Horatius Satyr. lib. 1. Eclo. 3. illud etiam origine Gręcum uulgò iactari solet.

Buon cantore, *Buon cantore, &c.*
Buon ghiottone.

ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός. i. Bonus cantor, bonus cupediarius. Apophthegma Archidami Zeusippi filij. Paroemiographus.

101 Siue ex illis versibus Horatianis;

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,

An sit amicitiâ dignus;

seu potius ex Græco prouerbio; ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. i. In vino veritas; dicimus nos, idem sentientes. *Il vino è una mezza colla. La mensa è una dolce corda.* Quo etiam spectat; τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης τοῦ μεθύοντος. Quod in corde sobrij, id in linguâ ebrij: &, quod censet Plato, referente Plutarcho In proœ. 3. Symposia. ἐν οἴνῳ μάλιστα καθορᾶσθαι τὰ πάθη τῶν πολλῶν. i. in uino multorum ingenia peruideri; ex eo, ut arbitror Euripidis, citante Athenæo;

Il vino è una mezza colla.

κάτοπτρον μὲν εἴδους χαλκός ἐσ', οἶνος δὲ νοῦ. i.

Æs formæ speculum est, vinum mentis.

Vide, quæ congerit ex Theognide, Ephippo comico, & alijs in prædicto adagio Parœmiographus.

102 Ex amussim respondet hæc nostra parœmia;

Chi due lepri caccia, &c.

Chi due lepri caccia

Vna non piglia, e l'altra lascia, illi, quæ extat in Græcorum Collectaneis; ὁ δύο πτῶκας διώκων, οὐδέτερον καταλαμβάνει. i. Duos insequens lepores, neutrum capit: quando aliquis uno commodo non contentus, plura persequens, omnibus pariter frustatur. Etiam Glossa ad l. 3. C. de Assesso: in u. utrumque festinat, citat duos uersiculos huius sententiæ, quos, si recentium Iurisconsl. dicta arrident, uide ibi.

103 Circumfertur apud Græcos hic Senarius.

Grossa testa non fa sottil ceruello.

παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. i. ut uertit D. Hierony. Pinguis uenter non gignit tenuem sensum. Quod nos; *Grossa testa non fa sottil ceruello*. Et alibi in Italiâ, *Capo grasso, ceruel magro*. Nec temerè ita effertur a nobis; inquit enim Polemon in Principio φυσιογνωμονίας. κεφαλὴ πάνυ μεγάλη, δυσαίσθητον, καὶ σφόδρα ἀμαθῆ ἄνδρα δηλοῖ. Et Adamantius περὶ κεφαλῆς. ἡ δὲ μεγάλη πάνυ, δυσαίσθητον, καὶ ἀμαθῆ. Quos auctores secutus est Albertus Magnus in Compendio Theologie: loquens enim De hominis Physiognomiâ; Caput, inquit, nimis magnum stolidum indicat. Id tamen Gratarolus in Opusculo suo de eodem argumento ita distinguit. Caput magnum, cæteris signis ingenium denotantibus, est bonarum artium receptaculum: secus est, cum caput magnum est, non respondentibus cæteris membris. Prouerbij Græci talis a Marsilio Ficino affertur ratio lib. 1. cap. 7. de sanitate tuendâ. Quin etiam si satis coquatur (agit de nimio cibo) tamen, ut Galenus ait, animus adipe, & sanguine suffocatus, cœleste aliquid peruidere non potest. Si plura desideras, uide inibi Parœmiographum, & in Adagio; Anima sicca sapientissima. Ioan. Scholasticus in simili sententiâ dixit; θλιβομένης κοιλίας, ταπεινοῦται καρδία. i. Onerato ventre, deprimitur cor.

Tal è la cagnuola, etc.

104 *Tal' è la cagnuola,*

Qual' è la Signora.

Extat apud Platonem de Repu. lib. H. ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν, οἷαίπερ αἱ δέσποιναι. i. Certè enim canes, iuxta prouerbium, quales dominæ. Vnde Clemens Alex. Pædagogi tertio; & Gregorius Palama in Declamatione corporis aduersus animam; οἵα δέσποινα, τοία χ' ἡ κύων. i.

Qualis

Qualis hera, talis & canis. Eodem pertinent. *Il grege è simile al pasto-* *Il popolo è simile, &c.*
105 *re.* † *Il popolo è simile al Signore.* Quod posterius inter alios extat apud Isocratem in oratione Ad Nicoclem. τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. i. Totius ciuitatis mores gubernantium similes efficiuntur. Huc pertinet illud Alexidis εἰς δουλίαν.

ἀλλ᾽ ὅτι τὸ πλῆθος, ἐμφερεῖς τοὺς οἰκέτας
ἔχοντας ὄψει τοὺς τρόπους τοῖς δεσπόταις. i.
Ad multitudinem verò [respiciens] simileis famulos
Cernes ingenijs dominorum.

Cuius rei rationem afferens, ita subdit;

τοῖς ἤθεσιν γὰρ τοῖς ὑπηρετοῦσι, καὶ
προσέχουσα τούτοις ἡ φύσις κεράννυται. i.
Moribus enim obsequentibus etiam
Se accommodans horum natura commiscetur.

106 *Quell'è tuo nimico,*
Ch'è di tuo ufficio. Et simpliciter;
L'astio è fra gli artefici. Effertur etiam.
Ingratitudine ne' Signori;
Inuidia tra' seruidori.

φθόνος πρὸς τὸ ἀντίπαλον. i. Inuidia est erga æmulos. Thucidides apud Theonem Sophistam in cap. περὶ ἐγκωμίου. Huc spectat illud Hesiodi notissimum. κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. i. Figulus figulo inuidet, & faber fabro.

107 *Amici da starnuti,* *Amici da starnuti, &c.*
Il piu, che ne caui, è vn; Dio t'aiuti.

Pulcherrimè ad nos peruenit ex Theognide, in amicos verbotenus, ut alij dicunt. Eius verba sunt hęc. μέχρι προσηγορίας φίλοι. idest, Salute tenus amici.

108 Non possum non innuere illud Theocriti, præsertim cum ab alijs in Adagiorum catalogum redactum sit. κενὸν τὸ φίλαμα, λέγουσι. i. Inane osculum esse dicunt. Edyllio. 27. Vulgus iuuenum lasciuiorum. *Il bacio,* &c. Vanum nempe significans osculum, quod Venus quintâ parte sui nectaris non imbuerit. Vnum prorsus silentio inuoluo simile illi, quod Antianira Amazonum regina, demirantibus, quòd nupsisset claudo, satis Cynicè respondit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, i. Claudus optimè uirum agit. Apophthegmatum lib. 8. *Godofredus Cæs. 2.* *Il bacio, &c.*

109 Hæc ad verbum descripta sunt ex Parœmiographo. Plato in Philebo ostendit, prouerbium a pueris vsurpatum, non oportere reposci, quod semel datum est. ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. i. Nos autem dicimus id, quod solent pueri; quæ rectè data sunt, non licere rursus eripi. Et paulo post. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros, vbi quis, quod dedit, reposcit. Adeò dicta huiusmodi per tot sæcula, pérque tot nationes ad nos vsque demanârunt. Hactenus Parœmiographus. Adagium nostrorum puerorum est hoc.

Chi dà e ritoglie, &c.

Chi da, e ritoglie,
Il diauol lo raccoglie.

Circumfertur etiam aliud huic omnino non dissimile de eo, qui promissis non stet;

Chi promette, e non attiene,
L'anima sua non ua mai bene.

Cui confine illud, quod alicubi;

Detto senza fatto
Ad ognun par misfatto.

Ogn'un ama la giustizia, etc.

110 Notare uolentes, uitium commune esse omnium hominum, ut cupiant, cum delinquentibus summo iure agi; si verò ipsi aberrent, mitiùs, dicere solemus; *Ognun' ama la giustizia a casa d'altri.* πᾶς μὲν παρ' αὐτὸν τὸ δικαίως ἄρχειν ζητεῖ· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὐδὲν μέλει τῶν δικαίων. i. Quisque in seipsum iustè imperare quærit; in alios iustorum nullam curam gerit. Aristot. in 7. Polit.

111 Iuxta ea, quæ inquit Ausonius de Fortunæ varietate:

Fortuna nunquam sistit in eodem statu.
Semper mouetur: uariat, & mutat uices,
Et summa in imum uertit, ac uersa erigit. Dicimus nos:

Questo mondo è fatto a scale, &c.

Questo mondo, è fatto a scale;
Chi lo scende, e chi lo sale.

Sed hic confer quæso, quæ affert Eustathi. Odyss. κ. in fin. ὅτι δὲ ἡ κλῖμαξ καὶ σύμβολον ὑποβάλλει τύχης ἀστατούσης διὰ τὸ τοὺς μὲν ἀνάγειν ὑψοῦ κατ' εὐπραγίαν, τοὺς δὲ ἀνάπαλιν ταπεινοῦν, ἐδήλωσεν ὁ σοφὸς Πιττακός. ὃς ἐν Μιτυλήνῃ ἀνετίθει ἐν τοῖς ἱεροῖς κλίμακας. αἰνιττόμενός, φασι, τὴν ἐκ τύχης ἄνω, καὶ κάτω μετάστασιν. ὡς τῶν μὲν εὐτυχούντων, ἀνιόντων, καταβαινόντων δὲ τῶν ἄλλως πραττόντων. i. Quòd autem scala præstet etiam symbolum fortunæ instabilitatis, eoquòd alios quidē altè tollit ob prosperitatem, alios verò contra deprimit, demonstrauit sapiens Pittacus: qui in Mitylenes templo scalas appendit, obscurè notans, inquiūt, fortunæ sursum, ac deorsum mutationem; quasi qui prosperè agunt, ascendant, descendant autem, qui aliter patiuntur. Dicimus etiam;

Questa ruota sempre gira;
Chi stà lieto, e chi sospira. i.
Hæc vsque rota vertitur; hic ridet, ille gemit. Et uulgi fæx:

Questo mōdo è fatto a scarpette, &c.

Questo mondo è fatto a scarpette,
Chi se le caua, e chi se le mette, i.
Hic mundus est ut calceus; alter exuit, alter induit.

Simile his uidetur aliquā ex parte, qđ cecinit Hom. de humanā fragilitate.

ἀνθρώπων γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡδ' ἀπολήγει. i.

Hominum generatio hæc quidem exoritur, illa verò desinit. Ex nostris non longè diuersum illud; *Oggi a me, domane a te.*

To' la tromba. Chiama'l Barlacch.

112 Aliquem audientes, qui sua facinora palàm narret omnibus, ipsum humaniter reprehendentes, dicere solemus; *Tu auresti a tor la tromba. Tu auresti a chiamare il Barlacchia:* quæ duo adagia optimè congruunt

cum

cum loco Achillis Tatij de Amore Leucip.& Clitiph.lib.8. *αὐτὴ δὲ οὐχ ὑπὸ σάλπιγγος μόνον, ἀλλὰ καὶ κήρυκι μοιχεύεται.* i. Mulier autem iſta non modò tubâ, verùm etiam præcone adhibito, obſcœnè ſe oblectat. Dicimus etiam in ſimili propoſito. *Aureſti a andar col cembolo in colombaia.*

113 Petrus Victorius, quem ſemper cum alijs viris illuſtribus honoris cauſsâ nominatum uolo, Vari. lecti. lib. 29. cap. 1. animaduerſo, Aſtyanactis iactum ab Euripide In Troadibus appellatum fuiſſe *πήδημα*, quod eſt ſaltus; quaſi puer non a Græcis è muris ciuitatis deturbatus eſſet, ſed ſpōtè deſilijſſet, ita ſubdit. Nos quoque patrio ſermone, rem ſimilem ſignificantes, eodem pacto uerbum transferimus: uenit enim in conſuetudinem uox hæc apud nos: dicúntque uulgò, cum id ipſum exponere uolūt, intelligo, inquam, exturbatum eſſe quempiam ex alto loco, ut intereat. *Il ſalto di Baldaccio*; quod ex hiſtoriâ ſumptum eſt. Fuit enim olim centurio, quod etiam rerum noſtrarum ſcriptores memorię mandârunt, qui, cum ſuſpectus, inuisúsque eſſet illis, qui tunc ciuitate potiebantur, exturbatus, indictâ cauſsâ fuit è feneſtris publici palatij, atque ita interfectus: Baldaccius autem ipſi nomen erat. Hinc autem, ut ex plurimis alijs rebus, perſpici poteſt ſimilitudo noſtri cum Attico ſermone. Hactenus Victo. Quod igitur nos dicimus; *Il ſalto di Baldaccio*; Gręcè efferri poſſet; *ἀστυάνακτος πήδημα.* i. Aſtyanactis ſaltus. *Il ſalto di Baldaccio.*

114 Ex eo, quòd Comœdia res lætas, Tragœdia uerò triſteis continet, factus eſt locus Adagio, vt, ſiquando in ludis, uel feſtis aliquid mali accidat, dicamus; *La Commedia s'è conuertita in Tragedia*: *δρᾶμα ἐκ κωμικοῦ τραγικόν.* i. E' Comico Tragicum Drama. Agathius Scholiaſticus Epigr. lib. 7. Idem ualet *βοιώτιος νόμος.* i. Bœotica cantilena. Zenodo. *La Commedia s'è conuertita in Tragedia.*

115 Hæc parœmia indicat, hominum mentem ex operibus cognoſci. *Ogni albero ſi conoſce al frutto.* *ἕκαστον δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται.* i. Omnis arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. D. Lucas Euang. cap 6. *Ogni albero ſi conoſce al frutto.*

116 Iuxta dictum illud Dionyſii Mileſij apud Philoſtratum De Vitis Sophiſt. lib. 1. *χρὴ τοῦ μέλιτος ἄκρῳ δακτύλῳ γεύεσθαι.* i. Mel ſummis digitis delibandum. De quo argumento extat Diſtichum in primo Anthologiæ auctoris incerti;

πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς,
ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. i.

Ingratum eſt, quicquid nimium eſt. Sic ſemper amarum eſt,
Vt uerbum uetus eſt, mel quoque, ſi nimium eſt.

Ita uertit Thomas Morus. Iuxta, inquam, hæc dicta nos quoque ita admonemus, in omni re ſeruandum eſſe modum. *Biſogna ſeminar con la mano, e non col ſacco.* *τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ τῷ θυλάκῳ.* i. Manu ſerendum, non thylaco. Corinnę ad Pindarum poëtam, ut refert Plutarchus. Dicitur in eodem propoſito. *S'intend' acqua, e non tempeſta.* Et *ἄλλως.* *Ogni troppo è troppo.* *Biſogna ſeminar con la mano, &c.*

117 Vlyſſes, ut alibi recenſuimus, antequam Alcinoo ſuas miſerias nar-

rare

rare inciperet, maximè odiosum appellauit uentrem, qui quantumuis grauibus ærumnis obrutum, vel inuitum sui recordari imperat. Huic sententiæ affinis est nostra parœmia; *Cane affamato non teme bastone*, quę optimè illi congruit; ὄνος πεινῶν, ῥοπάλου ἀμελεῖ. i. Asinus esuriens, fustem negligit. Citatur ab Arist. in Ethi. Nicom. lib. 3.

Cane affamato non teme bastone.

I Giudei nō istanno bene, &c

118 Significare volentes, non bene inter se conuenire diuersarum facultatum professores, vt puta mercaturæ, ac literarum studiosos, sacrarum, & profanarum rerum sectatores, dicere solemus. *I Giudei non istanno bene co' Sammaritani.* οὐ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις. i. Non habent commercium Iudæi cum Samaritanis. D. Ioan. in Euang. c. 4.

Il porco patì le pene del cane.

119 Quoties alius pro alio pœnas luit; nempe alius peccat, & alius plectitur, quadrant hæc adagia. *Vn fa'l peccato, e l'altro la penitenzia. Ha portato la pena il giusto pel peccatore.* Audiui etiam non semel; *Il porco patì le pene del cane*, ex eo ad verbum; τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν. i. Canis peccatum sus dependit. Recenset Parœmiogra. nec de origine eius quidpiā. Eodem pertinet illud Eubuli Comici; ἂν ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνοι, τύπτεται αὐλητής. i. Vbi coquus peccauerit, tibicen cæditur. De hoc argumento extat Emblema Alcia.

Arripit vt lapidem catulus, morsúque fatigat,
  Nec percussori mutua damna facit:
Sic plerique sinunt veros elabier hosteis,
  Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

S'vn cieco guida l'altro, &c.

120 In Euangelio D. Lucæ cap. 6. legitur hæc similitudo; μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται; i. Nunquid potest cęcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadent? Vnde origo Prouerbij: *S'un cieco guida l'altro, tutti due caggion nella fossa*, i. Si cęcus cæco dux, ambo in foueam cadunt. Quod planius affertur a D. Matthæ. cap. 15. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. i. Si cæcus cæco dux est, ambo in foueam cadent. Valet autem e.g. Ignaro ignarum docente, nihil proficitur.

Caro mi uendi, &c.

121 μετρατάζειν τὰ δίκαια. i. Mensuras tribue iustas; Phocylidæ præceptū, iuxta quod Florentini, verentes, ne mensuris ab aliquo decipiantur, ei dicere solent; *Caro mi vendi, e giusto mi misura.* Idem Phocyl. dixit; πᾶσι δίκαια νέμειν. i. Omnibus iusta tribue.

122 τῆς παιδείας, ἔφη, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκὺν δὲ τὸν καρπόν. i. Disciplinæ, dixit, amaras quidem esse radices, fructum verò dulcem. Apophthegma Aristot. apud Laërti. in eius vitâ: quo indicauit, aditum quidem ad literarum studium esse difficilem, multísque laboribus virtutem acquiri; sed ipsius possessionem fore suauem, atque iucundam. Quod optimè etiam Horatius videtur expressisse.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
  Multa tulit, fecítque puer, sudauit, & alsit.

Nos dictum Aristot. siue Demosthenis (huic enim tribuit Antonius Monachus)

nachus) ita enunciamus, *Le radici della virtù sono amare, ma i frutti dolti*. Etiam Muretus in Sententijs;

Principio studij radix inamœna uidetur;
Sed profert dulceis paruo post tempore fructus.

Le radici della Virtù sono amare, &c.

123 Indicare volentes, excelsos animos humilia despicere, vel ipsa non curare, dicere solemus; *L'aquila non piglia mosche*. ἀετὸς οὐ θηρᾷ τὰς μυίας. i. Aquila non captat muscas. Parœmiogr. Dicimus etiam in simili proposito. *L'aquile non fanno guerra à ranocchi*. Huc pertinet Hexasti. Martia. de Leone, & Lepore lib. 1.

L'Aquila non piglia mosche.

Quid nunc sæua fugis placidi, lepus, ora leonis?
Frangere tam paruas non didicere feras.
Seruantur magnis isti ceruicibus vngues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est, uastos non implet hiatus.
Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

124 Ex eo Aristotelis Physi. 2. συλλογίσαιτο γὰρ ἄν τις, ἐκ γενετῆς ὢν τυφλὸς, περὶ χρωμάτων. i. Aliquis enim vsque ab ortu cæcus de coloribus ratiocinaretur; originem duxit parœmia. *Il cieco non giudica de' colori*. i. Cæcus non iudicat de coloribus. Sententia planissima est, A nemine tractandum esse de ijs, quæ non nouit, nec sutorem ultra crepidam, nec fabrum ultra malleum iudicare debere, vt alibi retulimus.

Il Cieco nõ giudica de' colori.

125 Idem valet nobis. *Tien la bilancia del pari*; ac Pythagoræum illud Græcis; μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν. i. Stateram ne transgrediaris. Nequid. s. agas præter æquum, & iustum. Meminit Clemens Alexan. Strom. lib. 2.

Tien la bilancia del pari.

126 Parœmiographi inter adagia enumerant, αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη. i. Anima sicca iubar sapientissimum: quo commendatur sobrietas. Hanc autem censeo non minus commendatum iri altero illo; ὁ οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλιον. i. Vinum non habet clauum. Nam, vt inquit Horat. Satyr. lib. 2. Eclo: 2. -- corpus onustum

Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vnà,
Atque affligit humo diuinæ particulam auræ.

Obrutâ igitur ratione, quæ gubernatoris instar humanos affectus moderatur, homo cuncta immodicè, ac perperam facit. Nos Athenæi prouerbium (extat vbi de potationibus disserit) ita ad verbum efferimus. *Il uin non hà timone*.

Il uin non ha timone.

127 *Al buio tutte le donne sono a vn modo*. λύχνου ἀρθέντος, γυνὴ πᾶσα ἡ αὐτή. i. Sublatâ lucernâ, nihil interest inter mulieres. Quo innuimus stultum esse studium libidinosorum hominum in consectãdis mulierum formis. Est apud Plutar. Pessimè verò interpretatur Parœmiographus, vt animaduerterunt Galli. Vulgus in non dissimili proposito effutit prędicto non admodum dissimile. *Ogni cuffiaccia serue per la notte*.

Ogni donna al buio è a un modo.

128 οἱ νεκροὶ οὐ δάκνουσιν. i. Mortui non mordent. Refertur a Plutar. in vitâ

Q Pom-

Can morto non morde.

Pompeij; vnde ipsius quoque origo percipi potest. *Can morto non morde.* Idem illi, *Huom morto non fa guerra*; de quo alibi.

Non si può esser giudice, e parte.

129 *Non si può esser giudice, e parte.* Nemo debet esse iudex in caussâ suâ. l. penulti. ff. de Arbi. l. Qui iurisdictioni ff. de Iurisdi. Omni. Iudi. Quò pertinent illa Græcorum.

κατηγορεῖν οὐκ ἔστι, καὶ κρίνειν ὁμοῦ. i.

Non licet simul accusare, & iudicare. Menan.

οὐδεὶς δύναται κατήγορος εἶναι, καὶ δικαστής. i. Nemo potest simul esse accusator, & iudex. Plutar. in Apophth. Imperato.

Il tordo si fa la pania da se stesso.

130 Siquis sui mali sibi fons, & origo fuit, tunc quadrat hæc parœmia. *Il tordo si fa la pania da se stesso.* κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν. i. Turdus sibi malum cacat. Parœmiogra.

131 Aristoteles Oeconomicorũ primo, vbi Oeconomo leges præscribit, inter cætera inquit. καὶ τὸ τοῦ πέρσου, καὶ τὸ λίβυος ἀπόφθεγμα εὖ ἂν ἔχοι. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς, τί μάλιστα ἵππον πιαίνει, ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμὸς, ἔφη. ὁ δὲ λίβυς ἐρωτηθεὶς, ποία κόπρος ἀρίστη, τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη, ἔφη. i. Et Persæ, & Lybici dictum bene se habet. Ille enim interrogatus, quid maximè equum saginet, oculus domini dixit. Libycus verò rogatus, Quodnam sterquiliniũ agro optimum sit, Domini, inquit, vestigia. Hinc duæ nostræ Parœmiæ uulgò tritissimæ. *L'occhio del padrone ingrassa'l cauallo.* i. Oculus domini

L'occhio del padrone, &c.

Il piè del padrone, &c.

132 saginat equum. † Et, *Il piè del padrone ingrassa'l campo.* i. Pes domini impinguat agrum. Plura congerit Parœmiogra. in Adagio; Frons occipitio prior; De quo nos lib. 7. meminerimus.

La Sibilla ha parlato.

133 Siquando e.g. difficillimam quæstionem sciolus ineptè dissoluerit, εἰρωνικῶς dicere solemus. *La Sibilla ha parlato.* ταῦτ' εἶπε σίβυλλα. i. Sibylla effata est. Aristophan. in Pace. Dicimus etiam Christianorum more; *Il Profeta ha parlato.* Et q. αἰνιγματικῶς, *La bocca della verità.*

Mandar da Erode a Pilato.

134 Qui a iudice iniusto ad iniustiorem, vel, qui ab vno auxilium petens, ad alterum ire iubetur, quò sic ludificetur, dicitur a nobis, *Esser mandato da Erode a Pilato.* i. Mitti ad Herode ad Pilatum. Procul dubio ex D. Lucæ, cap. 23. ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ πιλάτῳ. i. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis, cúmque illusisset, indutum veste splendidâ remisit ad Pilatum. Meminit Polyd. Virgil.

Il topo è rimasto nella trappola.

135 Si quis rectè, meritóque deprehensus sit, vnde facilè credamus pœnas esse luiturum, dicere consueuimus. *Il topo è rimasto nella trappola.* εἵληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν. i. Decipula murem cepit. Parœmiogr. In nassam incidit. Idem. Eiusdem farinæ sunt; *Il topo è cascato nell'orcio. E' rimasto alla schiaccia. E' rimasto al calappio. E' stato giunto al boccone. Il tordo è rimasto alla ragna.* Quò respexit Dan. Para. Cant. 9.

Che gli per lui carpir si fa la ragna.

Auere

136 *Auere il vento in poppa.* ἐξ οὐρίας πλεῖν. i. Secundo uento nauigare. D. Greg. De eo, cui fortuna arridet, vt his terris omnia secunda habeat.

Ha il vẽto in poppa.

137 Minimum contentionis principium maximas interdum excitare discordias, hac parœmiâ significari solet. *Di piccola fauilla spesso nasce vn gran fuoco.* ἀπὸ σπινθῆρος μικρᾶς πληθύνεται ἀνθρακιά. i. De paruâ scintillâ magnum sæpe excitatur incendium. Siracides 2. Notat Gilber. Cogna. Alius ita uertit;

Fauillâ ex vnâ magnus ignis nascitur.

Di piccola fauilla, etc.

138 Optimè, nisi fallor, congruit nostra parœmia antiquæ illi, quam profert Eustath. in Comm. Ilia. X, ἔστι λόγος παλαιός, ἀνδρῶν μὲν εἶναι τὸ πράττειν, γυναικῶν δὲ τὸ λαλεῖν. i. Antiquum est prouerbium; facere virorum esse, loqui uerò, mulierum. Nostra est; *Le parole son femmine, e' fatti son maschi.* Valétque, Vbi factis opus est, verba non sufficiunt. Quod optimè Demosthe. in Olynthi. B. ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται, καὶ κενόν. i. Omne verbum, si facta absint, stultum videtur, & vanum.

Le parole son femmine, &c.

139 Cum variæ sint hominum voluntates, aliísque alia probentur, eueni re solet, vt, quæ vni arrident, alteri displiceant. Hinc, si cui vitio detur, quòd e.c. mulierem diligat formâ non admodum venustâ, ipse ad talem parœmiam suæ defensionis gratiâ confugere solet. *Non è bel quel, ch'è bello, ma quel, che piace.* ἔρωτι τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. i.

Quæ minimè sunt pulcra, ea pulcra videntur amãti. Ex Theo. Bubul.

Non è bel quel, ch'è bello, &c.

140 Nemini in patriâ meritum honorem exhiberi egregio illo dicto significamus; *Nessun Profeta è nella patria caro.* οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. i. Nemo propheta acceptus est in patriâ suâ. D. Lucas. Euang. cap. 4. Et D. Ioan. ibidem. προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. i. Propheta in suâ patriâ honorem non habet. Turtur optimè morem hunc hominum notauit. Cum psittacus in caueâ eburneâ, argenteis contextâ virgis, preciosis aleretur cibis, alijs auibus ipso non inferioribus in sordido loco fame laborantibus, non mirum est, inquit, si nobis occidentalibus præponatur auis orientalis:

Deferre nulli honorem sua patria solet.

Huc pertinet locus ille Ennij in Medeâ;

Multi suam rem bene gessere, & publicam
Patriâ procul; multi, qui domi ætatem agerent,
Propterea sunt improbati.

Meminit Cice. Epist. Familia. lib. 7. scribens ad Trebatium.

Nessun Profeta, &c.

Apologus.

141 Tonitrus imbrem antecedit. Sapiens ille, qui pessimæ vxoris maledicta cũ fortiter tulisset, postea ab eâdem aquâ cõmadefactus est; nónne, inquit, prædixeram, ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα, καὶ ὕδωρ ποιήσει; Xanthippen, vbi tonuisset, aquâ pluituram esse? Vtimur & nos, vbi minas excipiunt verbera: & Celtæ, *Tant tonne, qu'il pleut.* Hactenus Gilb. Cogna. Etiam Itali in hoc proposito inquiunt; *Tanto tonò, ch'è pioue.*

Tanto tonò, ch'è pioue.

In fama nõ si viene, etc.

142 Non sine multo sudore, atq; algore virtutis gloriã acquiri, cũ sudor Dei iussu, ut cecinit Hesiodus, virtuti πρόδρομος sit, ita denotare solemus;

In fama non si vien sotto la coltre.

ἡδέως ζῶν τὸν βίον, οὐκ ἂν κλέος εἰσεκτήσατο. i. Molli vitæ studens, gloriam non est adeptus. Euripi. καθεύδων μὲν οὐδεὶς, οὐδενὸς ἄξιος. i. Nullus dormiens, alicuius rei est. Plato lib. 7. de legi. Nostra parœmia, ut censeo, originem traxit ex loco Dan. Inf. canti. 24.

Omai conuien, che tu così, ti spoltre:
Disse'l maestro: che, seggendo in piuma,
In fama non si vien, nè sotto coltre:

Stuzzicare il formicaio.

143 Admonentes aliquem, ne sibi malum imprudenter accersat, sopitum v. g. suscitans odium, vel quid simile temerè agens, vulgò dicimus. *Non istuzzicare il formicaio.* Formicarum nidos ne inspires. A Græcis unico verbo; μὴ μυρμηκιᾶν. Quasi dicas, Ne formiceris. Notat Parœmiographus, atque inibi parœmiæ originem affert, ex eo scilicet, quòd, qui inspirant, vel aperto ore loquuntur in formicarum cauernulas, his lingua ulcere intumescit, atque inflatur. Plura vide ibi.

144 Aristoteles Ethicorum Nicomache. lib. 1. disserens de summo bono, affirmat, ipsum neque in voluptate, neque in honore consistere posse. Ratio, cur in honore non existat, huiusmodi redditur: δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ. &c. i. Videtur enim [honor] potius esse eorum, qui deferunt, quàm eius, cui defertur. Hinc apud Græcos vulgò iactabatur; Qui alium honorat, se ipsum honorat. Cuius prouerbij meminit D. Chrysosto. in Homi. 25. Episto. ad Hebræ. Florentiæ tritissimum est; *L'onore è, di chi lo fa.*

L'onore è di chi lo fa.

145 Tutum non esse ex oris facie quempiam iudicare, sed cuiusque actiones perpendendas, atque inde iudicium ferendum, præcepto illo admonemur; προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. i. Cauete vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Vnde nos; *Tal sembra in vista agnel, che dentro è lupo.* i.

Multi extrinsecus agni, qui intrinsecus lupi.

Tal sembra in vista agnel, &c.

Ha due lingue.

Ha due cuo

146 Qui modò hoc, modò illud loquitur, i. fallax, & fraudulentus, dicitur, à nobis, *Auer due lingue*; Et, qui aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptum habet, *Auer due cuori.* Item, si quis coram se amicum præseferat, clam verò hostili insectetur odio, hic dicitur. *Auer due visi.* γλῶσσα δίσση. i. Duplex lingua, in superiorem sententiam vsurpatur a Si-
147 racide cap. 28. † καρδία διπλῆ. i. Cor duplex, pro fraudulento notatur a Parœmiogr. Et ἀμφιπρόσωπος ἑρμᾶς. i. Bifrons Mercurius, a nobis ex Nazianzeno supra affertur. Tria hæc pulcherrimè, ut mihi uidetur, comprehendit noster Florentinus suo apophthegmate. Cuidam enim coram laudanti opus, quod clam lacerabat; Apage te, inquit; Duplici cordi, linguæ, vultui credi non potest. Ipse ita protulit. *Eh lieuati; A chi ha due cuori, due lingue, e duo' uolti, non si può credere.*

Apophthegma.

148 Ex eo, quod dicebant Græci ex Nebulis Aristophanis οὐδὲν πρὸς τ' ἄλφιτα. i. Nihil ad farinas; significare volentes, quo de agebatur, nihil vtilitatis afferre, censeo deduxisse nostros; *Questo non fa farina*; Cuius sententia talis est; Istud ad propositum nostrum nihil pertinet, & ad farinas.i.ad vtilitatem capiendã, vel non capiendã neque prodest, neq; obest.

Non fa farina.

149 Romanus sedendo vincit; valet nobis, ut alibi notatur; *L'huom savio piglia la lepre col carro*. Animaduerto in præsentiâ τὸ *Pigliar la lepre col carro*; mihi enim optimè congruere uidetur cum dicto illo Plutarchi, quo utitur in Comment. de Animi tranquillitate; βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν. i. Boue leporem uenari. Quòd autem longè diuersa uideatur esse sententia nostri, & illius, id ego, ne etiam, atque etiam idem repetam, in hoc meo proposito susque, deque habeo.

Pigliar la lepre col carro.

150 Iuxta illud, quod aliàs recensuimus; Non loca uiris, sed uiri locis dignitatem conciliant, dicitur ab Italis; *Dou'è il Papa, quiui è Roma*. i. Vbi Papa, ibi Roma. Nostrum uidetur originem traxisse a dicto Pompeiani apud Herodianum lib. 1. non longè a principio in oratione, qua persuadebat Commodo recèns ad Imperium elato, ne prius Romam rediret, quàm Barbaros ad Istrum coëgisset. ἐκεῖ τε ἡ ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ἦ. i. Roma illic est, ubi est Imperator.

Dou'è'l Papa, quiui è Roma.

151 Vino sapientiam obumbrari, dixit Plini. lib. 23. cap. 1. Pro quo dicto uulgò usurpatur a nobis parœmia illa; *Vin dentro, senno fuori*. οἶνος τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς ἀμβλύτει, καὶ τεθολωμένον ἐργάζεται. i. Vinum sapientiam hebetem, turbidámque reddit. Gale. de Tuen. ualetu. lib. 1. cap. 11.

Vin dentro, senno fuori.

ὁ πολὺς ἄκρατος ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.
Multum merum te parùm sapere cogit. Menand.

Potus satietas mentis obtundit aciem. D. Leo Pontifex, fortasse ex eo D. Basilij, ἀμετρία οἴνου λογισμὸν κατασβέννυσι σώφρονα. i. Immoderatus uini potus rationem temperantem extinguit.

152 Significare uolentes, aliquem nihil ad propositum respondere, nihilq; agere, dicere solemus. *Tu sogni*. In quam sententiam optimi scriptores Græci, ac Romani vsurpârunt verbum, quod idem ualet. ὀνειροπολεῖς. i. Sómnias. Themistius in Paraphrasi librorum de Animâ. Quid somnias? Plau. in Mostella. & Ruden.

Tu sogni.

153 *Non è buon Re,*
Chi non regge se. i.
Non est vtique bonus rex, qui se non regit.

Non è buõ Re, &c.

Qui scilicet suos affectus non uincit, fortis ac probus appellari nõ potest. Huc pertinet illud Solonis. Populi rector prius se, quàm populum rectè instituere debet. Sed cum Etrusco optimè congruit, quod refert Stobæus de Catone Sermone 44. κάκιστος ὁ ἄρχων ἐστίν, ὁ ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενος. i. Pessimus est princeps, qui sibi imperare nequit.

154 Iuxta Horatianum illud,

De-

Doctrina sed uim promouet insitam,
Rectique cultus pectora roborant,

Nutritura, passa natura.

Dicimus nos; *Nutritura*
Passa natura. i.
Naturam sæpius ipsa doctrina superat.

Cui consona sunt illa; ἐκ μελέτης πλείους, ἢ φύσεως ἀγαθοί. i. Plures studio boni sunt, quàm naturâ. Anaxandrides. τέχνη καὶ φύσιν οἶδε βιάζεσθαι. i. Ars vel naturam frangere potest. Heliodo. in Aethiopi. Si plura desideras, vide Plutarchi Opusculum de Liberis educandis. Prædicto affine;
Diligenzia
Passa scienzia. Cum quo satis congruit illud Antiphanis;
τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται. i.
Omnia diligentiæ subijciuntur. Nec longiùs; Cura in omni re plurimum ualet. Leosthe. Coluan.

155 Ex illo simplici dicto; *Si dicon molte cose, che non si fanno.* Multa dicuntur, quæ non fiunt. Extat in l. Sciendum §. dictum π. de Aedili. edict. effertur a nobis παροιμιακῶς.

Dal detto al fatto, &c.

Dal detto al fatto
C'è un gran tratto.
ἕτερόν τι ἐστι τοῦ λέγειν τὸ πεπονθέναι. i.
Aliud est dicere, aliud est facere. Philippus Comi. Ita uertit Hertelius. πλεῖστον κεχώρισται τότε εἶναι, καὶ τὸ φάσκειν. i. Inter rem ipsam, ac sermonem plurimum interest.

Egli è vn dormi.

156 De homine stupido, & in rebus agendis parùm, aut nihil attento; *Egli è vn dormi.* ὑπνομεσός. i. Somni plenus. Aristi.

Nauiga secōdo i vēti.

157 Fortunam præsentem boni consulendam, scenæque, ac temporibus inseruiendum. *Nauiga secondo i venti; Muta le vele secondo i venti.*
καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνεῖν ἀνέμοισι. i.
Tempori inserui, nec spires contra uentos. Phocyl.
πλεῖ κατὰ πορθμόν; πλεῖ κατὰ ῥεῦμα. i. Nauiga secundum fluuium. Nauiga secundum fortunam. Apud Stob.

Far di vna mosca vn Liofante.

158 Qui res exiguas uerbis extollit, atque amplificat, dicitur a nobis; *Far di una mosca un Liofante*; qua parœmiâ vsus est Lucianus in muscæ encomio. ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖν. i. Elephantum ex muscâ facere. Eodem spectare uidentur; Arcem ex cloaca facere. Cice. Pigmæum colosso imponere. Brassica. ex Philostrato. τὸν ὀβολὸν ὑπὲρ τοὺς θεοὺς ἄγειν. i. Obolum super Deos euehere. Nazianz. in priore Inuec. in Iulia.

Veggō più quattr'occhi, che due.

159 Cum Philautia, omnis malitiæ radix, quasi uisum obnubilet, cæcósque reddat; nos, alteri consulere uolentes, ut in rebus suis sibi omnino non fidens, cum alijs ipsas communicet, dicere solemus; *E' veggon più quattr'occhi, che due.* πολλοὶ φρονιμώτεροι ὁρῶσι τοῦ ἑνός. i. Multi plus uident, quàm unus. Polystratus apud Lucia. in Dialogo ὑπὲρ τῶν εἰκόνων. Alij uertunt; Plus uident oculi, quàm oculus. De nostro meminit noster Victorius

ctorius in Comment. lib. 3. Aristot. de Rep. non longè a fine.

160 *Le mosche uoglion far guerra all'aquile.* ἀετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ. i. Aquilam cornix prouocat. Parœmiogra. Huic parœmiæ locus erit, siquando humillimæ conditionis homuncio, qui nec lædere, nec prodesse possit, malum interminari uideatur egregio, summóque uiro.

Le mosche uoglion far guerra, etc.

161 Qui admonere uolunt, non semper brutorum instar uentri indulgendum, sed quandoque inediâ ipsi obstandum, dicere solent;

Chiudi gola,
E pasci ora.
γαστρὸς δ' ἐ πειρῶ πάσας ἡνίας κρατεῖν. i.
Ventris omnem habenam comprimere stude.

Nonnulli breuiùs; Ventris omnem habenam comprime. In Menand. Fragm.

Chiudi gola, &c.

162 De homine supra modum taciturno; *Egli è più muto d'un pesce.* ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. i. Magis mutus ipsis piscibus. Lucianus in Indoctum, & in Gallo. Vide Parœmiogr.

Più muto d'un pesce.

163 Compescendam esse linguam; *E meglio sdrucciolar co' piedi, che con la lingua.* i. Præstat pedibus labi, quam linguâ offendere. Ex eo Socratis, seu Democriti; κρεῖττόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν, ἢ τῇ γλώσσῃ. i. Præstat pede, quàm linguâ labi. Citatur a Maxi. De linguâ coërcendâ uide multa in Parœmiâ; *La lingua non ha osso, &c.*

E' meglio sdrucciolar co' piedi, &c.

164 Siquis uideatur lacessere, atque irritare eum, qui suopte ingenio maledicus sit, illud proferre solemus; *E' gratta'l corpo alla cicala,* τέττιγα πτεροῦ λαμβάνεις. i. Cicadam alâ comprehendis. Ex Lucia. in Pseudologistâ.

Grattare il corpo alla cicala.

165 *Non tirar tanto la corda, ch'ella si rompa.* μὴ ἀπορρήξῃς, πάνυ τείνας τὸ καλῴδιον. i. Ne nimis distentum funem rumpas. Aristæne. Epist. 1. libro 2. Sententia pulchrè elicitur ex proximè præcedentibus, ac subsequentibus. Præcedentia, τῆς ἀμετρίας ἀπέχου. i. Tene modum. Subsequentia, μηδὲ λάθῃς λοιπὸν εἰς ἀγερωχίαν μεταβαλοῦσα τὸ φρόνημα. i. Néue imprudens prudentiam uertas in superbiam.

Tirar tanto la corda, ch'ella si strappi.

166 Sic aliquem admonere solemus, ut ab æquo, & bono non deflectat: *Cammina per la diritta.*

βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἢν δίκαιος ἦς. i.
Incede rectam, si uir es iustus, uiam. In Comicorum Fragm.

Dicimus etiam quandoque, *Non uscir di traccia.* Quò respexisse uidetur Dant. Parad. Cant. 8. in fi.

Ma voi torcete alla religione
Tal, che fu nato a cingersi la spada,
E fate Re di tal, ch'è da sermone:
Onde la traccia vostra è fuor di strada.

Cāmina p la diritta.

Non

Nè di State, nè di Verno, &c.

167 Non sic ouum ouo, quod aiunt, ut prouerbium hoc nostrum;

Nè di State, nè di Verno
Non andar senza mantello;

Græco illi simile esse uidetur; βαίτη κἀν θέρει, καὶ χειμῶνι ἀγαθόν. i. Bæta tum hyeme, tum æstate bona. Bæta est uestis pelliceæ genus, de qua Suidas; qui etiam meminit huius parœmiæ. Vtimur interdum generatim, monendo, omni tempore necessaria esse secum habenda.

Vn semina, e l'altro ricoglie.

168 Significare uolentes, persæpe alios laborare, & alios emolumentum percipere, dicere consueuimus, *Vn semina, e l'altro ricoglie.* ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται. i. Alij sementem faciunt, alij metent. Parœmiogra. Meminit noster Liberator, ut est in Euangelio D. Ioan. cap.4. ubi Theophylactus; λόγον δὲ ἀληθινόν φησι παροιμίαν τινὰ περιφερομένην παρὰ τῷ πλήθει, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. i. Sermonem autem uerum dicit prouerbium quoddam vulgò iactatum, quòd Alius est, qui seminat, & alius, qui metit. Ex nostratibus inter cætera eodem pertinent etiam illa. *Vn lieua la lepre, e l'altro la piglia. Vn tende la rete, e l'altro piglia gli vccelli. Vn fa i miracoli, e l'altro raccoglie i moccoli. Vn fa la pallottola, e l'altro la tira.* Et

Come la triglia:
Non la mangia, chi la piglia.

Ha visto il lupo, &c.

169 De rauco, & qui subitò voce sit priuatus, dici solet: *Egli ha uisto il lupo.* λύκον εἶδε. i. Lupum vidit. Theocr. Edyll. Ξ. Quò pertinet illud Virgilij Eclog. Non.

-- lupi Mœrim uidere priores.

Et Plinius lib.8. cap.22. Sed in Italiâ quoque creditur luporum uisus esse noxius, vocémque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens. Vide Parœmiogra. in Adag. Lupi illum priores uiderunt.

Chi sà ha due occhi, &c.

170 Quod alij cecinerunt, Sine doctrinâ vitam esse quasi mortis imaginem, & alij ex Græcorum sententiâ, Eruditionem esse humanæ vitæ co lumen, ac fulcimentum, ita παροιμιακῶς enunciatur; *Chi sa, ha due occhi, non sa, è cieco affatto.*

διπλῶν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Qui literas norunt, duplum, quàm alii vident. In Menand. Fragm. Eodem quoque pertinet alter versiculus eiusdem auctoris;

ὁ γραμμάτων ἄπειρος, οὐ βλέπει, βλέπων. i.

Qui literarum est expers, non videt, uidens.

Andar fra' più.

171 Quod nos, qui interiere, dicimus; *Essere iti fra' più*; nempe ad plureis esse profectos, Græcis, ac Romanis videtur fuisse commune. Narrat enim Polybius lib.8. Tarentinos solitos fuisse intra oppidum condere mortuos, antiquo impulsi oraculo, quod iusserat, eos cum pluribus habitare, si vellent, res suas meliùs se habere.

Oraculum.

Oraculum fuit tale; ἄμεινον, καὶ λώϊον ἔσεσθαι σφίσι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλειόνων. Quod ipsi de mortuis interpretati sunt. Plautus etiam dixit in Trinummo; Ad plureis penetrare. Meminit Victo. uar. lect. lib.2. cap.7. Adde, si uis Aristiden

stiden Sophi. Qui in Apologiâ Communi inquit. πορεύεσθαι παρὰ τοὺς πλείονας. Et πλείονες οἱ τετελευτηκότες ab Hesychio, νεκροί verò a Suidâ dicũtur. Prædictum oraculum non ita enucleâsset primus ille Gymnosophista, qui, interrogatus ab Alexandro, pluresne viuos esse putaret, an mortuos, viuos respondit; mortuos enim non amplius esse. Verba Plutarchi, qui huius meminit in Vitâ Alexandri, sunt hæc; ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἐρωτηθεὶς, πότερον οἴεται τοὺς ζῶντας εἶναι πλείονας, ἢ τοὺς τεθνηκότας, ἔφη. τοὺς ζῶντας, οὐκ ἔτι γὰρ εἶναι τοὺς τεθνηκότας. Idem valent superiori parœmiæ illa uulgi; *Basire. Andare a parlare a Pilato. Andare a Maraualde. Tirar le calze*; quo etiam vtitur Brunettus in Epitaphio. — *Apophthegma.*

172 Quot malorum in causâ sit lingua vide in Parœmiâ, *Per la lingua si langue*. Nequis igitur ipsâ abutatur, ita monemus; *Tien la lingua a te*; γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει. i. Linguam ante omnia contine. Sapiens. — *Tiē la lingua a te.*

173 Iuxta celebre dictum; Pecuniæ omnia parent; sic intelligimus, quando nummis res agitur, nihil valere vel disertissimi Oratoris eloquentiam; *Quando l'oro parla la lingua non ha forza*; — *Quãdo l'oro parla, &c.*

χρυσοῦ λαλοῦντος, πᾶς ἀπρακτεῖτω λόγος. i.

Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio. Citat Parœmio.

174 De Inuidiâ multa in proximis adagijs. Hac autem parœmiâ significamus, neminem esse, qui sua vtiliter curet, quin a liuido ipsius dente appetatur, ac laceretur. *Astio, e' inuidia, non morì mai*. — *Astio, e' inuidia, &c.*

ἀνὴρ μὲν οὐδεὶς ἐσθ', ὁ μὴ φθονούμενος. i.

Nullus est vir, cui non inuideatur.

Epichar. apud Stobæ. in Sermo. de Inuidiâ.

SENTENTIAE PROVERBIALES Græcis, atque Italis eædem.

175 Cum fœlicitatem comitetur inuidia, miseratio verò calamitatem: quò respexisse videtur Heliodorus Aetiopi, lib. 6. οἶκτῳ μᾶλλον, ἢ φθόνῳ πέλας ἡ πενία. i. Commiserationi propior est paupertas, quàm inuidiæ. Et Sophocles in Aiace Flagellif: πρὸς τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει. i. Ad fœlicem serpit inuidia; Vnde Ouidius, Summa petit liuor. Quam sententiam, vt hoc etiam obiter dicam, nos pluribus modis significare solemus; vt παροιμιακῶς: *L'albero più fruttifero è perseguitato dal verme. La saetta non cade in luoghi bassi. I migliori alberi sono i più battuti*. Et ἁπλῶς *La miseria manca d'inuidia*. Cum, inquam, fortunatis hominibus vulgò inuideatur: hinc, vt ex Herodoto in Thaliâ, dicebant Græci; φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶν, ἢ οἰκτείρεσθαι. i. Præstat inuidiosum esse, quàm miserabilem. Item, κρέσσον οἰκτιρμῶν φθόνος. i. Melius est inuidia, quàm misericordia. Pind. apud Stobæum. Nos autem; *E' meglio essere inuidiato, che compassionato*. Et cum Homœoteleuto; — *E' meglio essere muidiato, &c.*

R *Meglio*

Meglio è inuidia sopportare,
Che di se compassion dare.

Idem etiam tali quasi ænigmate significatur; *E' meglio auer delle corna che delle croci.* Vbi nota; *Auer delle corna,* significare; Diuitem, atqua opulentum esse: talibus enim sunt cornigeri greges, & armenta cornibus instructa, vt per illud; *Chi ha caore, ha corna,* quod παροιμιῶδες ἀλληγορικῶς sumitur; Et est alteri simile; *Chi ha galline ha pipite.* Item nota *Auer delle croci,* idem esse, atque infœliciter res suas gerere, aduersáque uti fortunâ: unde illud: *Ognuno ha la sua croce.* Quo pertinet Solonis distichum:

οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτὸς, ἀλλὰ πονηροὶ
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ. i.

Nec beatus est ullus mortalis; sed ærumnosi
Omnes, quotquot homines sol aspicit. Et Menan.

οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί. i.

Non reperitur uita cuiusquam sine molestiâ. Vel, vt est apud Coluan. Vacuam malis uitam inuenire non licet.

Item: τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς. i.

Viuere sine ægritudine uiri est beati.

In eodem quoque sensu dicimus. *Ognun ha'l suo diauolo all'uscio.* Quod simillimum est Virgiliano Hemistichio.

Quisque suos patimur maneis. lib. 6.

Ad superiora pertinent. *Nè amor senza gelosia, nè gloria senz'inuidia.* Hinc sapiens; τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατὰ ἀνάγκην σκιά, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος. i. Eos quidem, qui lucente sole, iter faciunt, ex necessitate sequitur umbra: Eos uerò, qui per gloriç viam gradiuntur, comitatur inuidia. Et Apollodorus Comicus; *Apophthegma.*

πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται. i.

Ad id, quod splendidum est, facit impetum inuidia.

Heracletus quoque Ephesius in Episto. ad Darceum, ut memorat Laërtius in eius uita. φθόνος ἕπεται ἐπιφανείας. i. Inuidia splendorem comitatur. Item; *Non è virtù senz'a inuidia.* οὐδὲ κορυδαλλὶς ἄνευ λόφου. i. Alauda non est sine cristâ. Eunapius Sardianus (quod prouerbium, si parœmiographo credimus, ualet etiam. *Non c'è vouo, che non guazzi.* De quo alibi.) Vnde non uidetur longius distare illud ex Horatij Ode 24. lib. 3.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Præterea; *Mal per chi non è inuidiato.*

Misertima est fortuna, quç inimico caret. Publ. Sy. & Sene. Quod optimè expressisse mihi uidetur Astaphium ancilla Plautina in Trucul.

Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.
Nam inuidere alij benè esse, tibi malè esse, miseria est.
Qui inuident, egent: illi, quibus inuidetur, rem habent.

Citatur & hic uersus ab Accursio in L. Vnic. C. de Cadu. Tollend. ad uerbum Inuidiosum non longè principio.

Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro.

Huc etiam pertinet dictum illud. Siquando fiat mentio cuiuspiam rei, quam nos nihili faciendam censeamus; de eo, qui ipsam possidet, dicere solemus; *Abbisela senz'inuidia.* i. Habeat sine inuidiâ.

Quem-

176 Quemadmodum nihil eſt uero amico utilius, ita nihil uidetur eſſe cognitu difficilius. Hinc Iſocrates tam multa præcipuè ad Demonicũ: Neminem aſcribendum eſſe in amicorum numero, niſi prius cognitum ſit, quomodo ſe erga alios geſſerit: neque diutius aliquo tanquam amico eſſe utendum, quàm de eo periculum factum ſit. Res autem aduerſas optimum eſſe amicorum indicem, illis uerbis oſtendit; τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. i. Aurum quidem igne probamus; amicos uerò in rebus aduerſis cognoſcimus. Ex priori parte deduci poteſt illa parœmia: *L'oro s'affina nel fuoco*: quæ idem ualet, ac ſententia illa D. Paulli in Epiſt. 2. ad Corinth. ἡ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. i. Virtus in infirmitate perficitur. Et D. Ambroſ. in Hexam. Virtus in infirmitate confirmatur. Huc pertinent illa Ouidij, *L'oro s'affina nel fuoco.*

— Fuluum ſpectatur in ignibus aurum. Pri. de Triſt.

Et 4. Quæ latet, inque bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet uirtus, arguitúrque malis.

Item 5. Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,
Triſti materiam tempore laudis habet.

Nec diſſimile illud e 3. lib. Lucani

Creſcit in aduerſis uirtus: quódq; αἰνιγματικῶς pingitur VV. i. Vireſcit uulnere uirtus; Ex Furio apud Agellium lib. 18. capit. 11. Eodem etiam ſpectare uidentur uerſus Sillij Italici;

Explorant aduerſa uiros, pérque aſpera duro
Nititur ad laudem uirtus interrita cliuo.

177 Ex poſteriori uerò prędictæ ſentẽtiæ parte elicere hoc poſſumus; † *Gli amici ſi conoſcono a' biſogni.* *Gli amici ſi conoſcono a' biſogni.*

ἐν τοῖς κακοῖς μὲν οἱ ἀγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι. i.

In aduerſis maximè patet, qui boni ſint amici: Euripi. in Hec. Et Leoſthe. Coluand. Amici in rebus aduerſis cognoſcuntur. Quò procul dubio reſpexit Michaël Verinus;

Temporibus duris ueri noſcuntur amici.

Efferimus etiam cum Homoteleuto.

Calamità
Scuopre amiſtà.

178 Quod cecinit Petrarcha:

Ma ragion contr'a forza non ha loco:

quódque uulgò dicimus: *Il ſenno poco vale, oue giuoca la forza*; Et quod effutiunt plebeij. *La forza caca addoſſo alla ragione*: Optimè congruunt cum cã Menandri ſententiã: *Il ſenno poco vale, etc.*

βίας παρούσης, οὐδὲν ἰσχύει νόμος. i.

Vbi ui agitur, ibi lex nihil ualet; Dicimus etiam;

Contr'a forza val poco
Ragione in ogni loco. Ex eo Iuriſconſ.
Ratio contra uim parùm ualet.

179 Notum eſt omnibus, experientiã duce, illis, qui, nullo adhibito conſultore ad aliquod facinus peragendum accedunt, ſæpius omnia aduer-

sa succedere, eósque ut plurimùm in extremas incidere calamitates. Vt igitur ante negocia cum amicis, eísque probatâ integritate, consilia nostra communicemus, hac admonemur sententiâ: *Chi ben si consiglia, non può perire*.

Chi ben si cõsiglia, nõ può perire.

καλῶς μὲν ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον. i.
Recto consilio nihil tutius.
γνώμης μὲν ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. i.
Ex consilio bono bona facta nascuntur. Menand.

Hanc sententiam credo esse illam, quam innuit in Epistolis Politianus, fuisse in ore Laurentio Medici: inquit enim, eum dicere solitum; Bene consulta bonos euentus pariunt.

Gli huomini son secõdo i paesi.

180 Non dubium est, quin regio, in qua quis natus, atque altus est, multùm conferat ad ipsius mores formandos. Hoc tali dicto comprobatur: *Gli huomini son secondo i paesi*: τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. i. Mores hominum regioni respondent. Parœmiogr.

Non è'ngãnato, se nõ chi si fida.

181 Quod nos dicimus; *Non è 'ngannato, se non chi si fida*, si sumas, ut uulgò dici solet, argumentum a contrario sensu, notissimæ Menandri sententiæ optimè congruit:

ἐχθροῖς ἀπιστῶν, οὔποτ' ἂν λάβοις βλάβην. i.
Inimicis diffidens, nunquam detrimentum capias.

La uita è breue.

182 *La uita è breue*, Dixit Petrarcha ex Hippocrate; ὁ βίος βραχύς. i. Vita breuis. Hoc autem παροιμιακῶς extulit Alcæus apud Athenaeum δάκτυλος ἡμέρα. i. Dies digitus. Vbi obiter notandum; etiam a nobis rem breuem appellari solere *un dito*; ut cum dicimus de homine staturâ breuiori; *Egli è lungo un dito*.

Altra uita altri costumi.

183 Eum, qui conditionem suam immutauit, uitæ quoque rationem immutare debere, hac sententiâ admonere solemus: *Altra vita, altri costumi*: ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. i. Alia uita, alia dieta. Parœmic. In quam sententiam Boccacius: *Chi muta stato, muta condizione*. Fortuna simul cũ moribus immutatur. Ex Sallus. in Catili. ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὰς τύχας, τὰς φρένας κέκτηται. i. Homo iuxta fortunas mentem possidet. Eustathi. in Odyss. E. Et planiùs idem auctor in Ilia. O. ἡ τύχη τὰ ἤθη ἐξαλλάττει. i. Fortuna mores immutat.

184 Pet. Victo. varia. lecti. lib. 36. cap. 23. notat hanc Terent. sententiam;

Facilè omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus;

prius editam fuisse ab Euripide in Alcestide;

ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν. i.
Facilius est consolari, quàm miseriam sustinere.

A niun confortatore dolse mai testa.

Et in fine capitis addit. Nos quoque patrio sermone, idem sæpe significare uolentes, dicimus, Nemini unquam alterum hortanti, ut fortiter dolorem ferat, caput doluisse. i. *A niun confortatore dolse mai testa*. Locum Terentij contulerat etiam Muretus var. lect. lib. 1. cap. 9. quod non dissimulauit Victori. sed cum versibus Aeschyli, qui sunt in Prometheo.

ἐλα-

ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς
πράσσοντας. i.
Haud difficile est, pars nulla quem attingit mali,
Monere eos, ac corripere, qui miserijs
Vrgentur.

Addit, & hunc à se alicubi lectitatum.

ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ. i.
Facillimè omnis sanus ægrotum monet.

Si plura requiris, consule Parœmiogra. in Adagio. Valentes rectè consulunt ægrotis. Præter Menand. versiculum nihil addo.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί. i.
Omnes in admonendo prudentes sumus.

185 Ne quis malê consulat, cum mali consultores malitiæ suæ seriùs, ocyus pœnas luant, hoc pacto memoramus; *Lo 'nganno torna addosso allo 'ngannatore*; *κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη*. i. Malum consilium consultori pessimum. Hesiodus. Et cum Homœoteleuto, *Lo 'nganno torna addosso, &c.*

Il consiglio cattiuo
Al suo autor sempr' è nociuo.

186 Nihil his terris datum esse, quod stabile sit, perpetuúmque, hac perbreui sententiâ innuimus: *Ogni cosa passa*. *ἕκαστα διέρχεται*. i. Vniuersa prætereunt: Pythago. Et Petrar. *Ogni cosa passa.*

Ogni cosa al fin vola.

187 Ocij detestatio; *L'ozio è padre di tutti i vizi.* *L'ozio è padre di tutti i vizi.*

ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά. i.
Permulta mala affert ocium mortalibus. In Menan. Fragm.

Ocium omnem malitiam docet. D. Chrys. in 14. Hom. in Gene. *πολλὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία*. i. Plurima vitia docet ocium. Ecclesi. cap. 33. Et Tobias pulcherrimè; *μήτηρ ἐστὶν ἡ ἀργία τοῦ λιμοῦ, ἀδελφὴ δὲ τῆς κλοπῆς*. i. Ocium famis mater est, & frater furti. A Dracone lata fuit lex, referente Plutarcho in Solone, ut, siquis ocij conuictus esset, interficeretur, quippe qui videbat, innumeras malorum Iliadas ex desidiâ profluere, ut inquit Pardulphus Prateius in Comment. Veteris Iurisprudentiæ ad Legem 3. Verba ipsius hæc erant; *τοὺς τῆς ἀργίας ἁλόντας ἀποκτεῖναι*. i. Ocij conuictos interficianto. Ouidius de hoc argumento pluribus in primo de Remedio Amoris.

Ergo, vbi uisus eris nostrâ medicabilis arte,
Fac, monitis fugias ocia prima meis.
Hæc, ut ames, faciunt: hæc, quæ fecere, tuentur,
Hæc sunt iucundi caussa, cibúsque mali.
Ocia si tollas, periere Cupidinis arcus:
Contemptæq; iacent, & sine luce faces.
Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus undâ,
Et quàm limosâ canna palustris humo:
Tam Venus ocia amat. Finem qui quæris amori:

Cedit

Cedit amor rebus: res age, tutus eris. Hinc etiam illud;

Donna oziosa
Non può esser virtuosa.

Plura affert Guber. Cogna. in Parœmiâ. Ocia dant uitia.

La fortuna a chi dà, e a chi toglie.

188 De illo casu, qui in rebus humanis consideratur, quem uulgò Romanorum more fortunam dicimus, inter cætera celebre est hoc; *La fortuna a chi dà, e a chi toglie:*

οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη. i.
Fortuna alijs tradit, alijs aufert. In Menan. Fragm.

ἄστατος ὄλβος. i. Instabilis fœlicitas. Phocylides. Quò etiam spectant illa Hora. Ode 34. lib. 1. -- hinc apicem rapax

Fortuna cum stridore acuto
Substulit; hîc posuisse gaudet. Et lib. 3. Ode 29.
Fortuna sæuo læta negocio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.

In hanc sententiam infima uulgi fæx hanc plebeiam effutit cantilenam:

Per chi ventura, per chi ventraia;
Per chi cancheri a centinaia.

La uecchiaia non uien mai sola.

189 Senectutem uel sexcenta incommoda comitari, significare uolentes, dicere solemus. *La vecchiaia vien con ogni mal mendo. La vecchiaia non vien mai sola.* τὸ γῆρας οὐκ ἔρχεται μόνον. i. Senectus non sola uenit. Parœmiogr. Et in Fragmentis Menan.

ἥξει τὸ γῆρας, πάσας αἰτίας ἔχον. i.
Veniet senectus cum querelis omnibus.

190 Inter cætera insitum est hoc hominia naturæ, ut unusquisque optet, omnibus ea probari, quæ arrident sibi: & inter quos non est morum similitudo, inter eos uigere non posse amicitiam, quin potius se mutuò odisse, monet illud mei amatissimi scriptoris;

Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi.

Ogni simile appetisce il suo simile.

Hoc igitur in mentem nobis redigit ea sententia. *Ogni simile appetisce il suo simile.* ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. i. Simile gaudet simili. Aristo. Morali. lib. 9. E contrario nota est Aesopi fabula de Carbonario, & Fullone.

Quel ch'è seguito, non può, &c.

191 Quotiescunque datur occasio, ut de aliquâ re iam factâ, atque transactâ verba fiant, statim uel uilissimi cerdones illud efferunt; *Quel ch'è seguito, non può tornare a dietro.* τὸ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. i. Quod factum est infectum fieri non potest.

οὐκ ἔτι μὲν δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. i.
Non potest, quod factum est, amplius esse infectum. Phocyli.

τὸ πεπραγμένον οὐκ ἔστιν ἀπάλειπτον γενέσθαι. Pindarus apud Eusta. in Odyss. Θ. Quod Plautus in Aulula. Factum infectum fieri non potest. Et Aristænetus. Epist. 6. lib. 1. τὸ πραχθὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. i. Factum non aliter se habuerit.

De

192 De auidâ temporis uoracitate dicimus utrique. *Il tempo diuora le pietre.* στείχει καὶ πέτρας ὁ χρόνος. i. Vel lapidem uitiat tempus. Parœmiogr. *Il tempo diuora le pietre.*

Quant'è creato, vince, e cangia'l tempo. Petrar.

Nihil est opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & consumat uetustas. Cice. pro Marcello. Et Martia. lib. 9.

Quid non longa dies, quid non consumitis anni?

Huc pertinet, inter alia innumera, distichum illud Platonis Antholo. lib. 1 Titu. εἰς χρόνον.

αἰὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην. i.

Omnia fert ætas, mutant quoque sæcula nomen,
Et genus, & formam, diuitiásque simul.

Addo insuper ex Latinis unum, aut alterum;

Longa dies molli saxa peredit aquâ. Tibullus lib. 1. Eleg. 4.
Tabida consumit ferrum, lapidémque uetustas;
Nulláq; res maius têpore robur habet. Oui. 4. de Pon. Eleg. 8.

193 *Molte volte i nocumenti*
Sono a gli huomini documenti. *Molte volte i nocumenti, &c.*

ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. i. ut sententia quàm breuissimè exprimatur; Quæ nocent, docent. Parœmiogra. in Adagio, Malo accepto, stultus sapit. Et clariùs ἐπιμύθιον fabellæ Canis, & coqui apud Aesopum. πολλάκις τὰ παθήματα τοῖς ἀνθρώποις μαθήματα. i. Sæpe nocumenta hominibus documenta. Ex eo Romuli apophthegmate; τὰ παθήματα τοῖς ἀνθρώποις περὶ τὸν βίον μαθήματα. i. Quæ nocent hominibus, uitam eorum docent. Vexatio dat intellectum; Dixit Pet. Chrysologus.

194 Qui pluris, quàm alia cuncta, pecuniam faciunt, uitium suum contegere hoc adagio solent. *Chi ha, è.* χρήματα ἀνήρ. i. Pecuniæ uir. Apud Pindari interpretem. Cui subnectitur; πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς, οὐδὲ τίμιος. i. Pauper autem nullus est strenuus, neque in pretio. Quod nos; *Chi ha, è.*

Quei, c'han ducati,
Signor son chiamati.

Et simpliciter; *Chi ha danari, signore è chiamato*, De quo alibi. Vnde alterum illud;

Chi non ha nulla,
E nulla. i.

Qui nihil habet, nihili fit. Ex illis Horatij uersibus.

At bona pars hominum, decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit; quia tanti, quantum habeas, sis.

Eiusdem farinæ est etiam hoc;

Chi non ha,
Non sà.

Cuius sententia non longè distat ab illo eiusdem auctoris;

Et bene nummatum decorat suadela, Venúsque.

195 Extat notissimum Distichum in primo Anthologiæ;

σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,

ἄγρο-

ἀτρόπος εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.i.

Corpora multa alere, & multas ædificare domos,

Via est ad pauperiem promptissima. Quam sententiam Leosthenes ita breuiter; Pauperiem faciunt ædificia,& conuiuia. Hi autem sunt Hesiodi uersus in opere, cui Titu. ἔργα, καὶ ἡμέραι.

ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
ᾧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
ὡραῖος, &c.i.

Tempus nanque paruum est litiúmque, forique,
Cui non sit uictus domi annuus repositus
Tempestiuus, &c.

A quibus non abest illud Phocylidæ præceptum; ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην. i. Cum liceat fugere, ne quæras litē. Nos pulcherrimè, ac breuissimè vtrasq; sententias simul hoc pacto proferimus.

Murare, e piatire, etc.

Murare, e piatire
E' dolce impouerire.

De ædificantibus seorsum.

Chi edifica,
Sua borsa purifica.

Et ἁπλῶς: *Chi mura, mura se.* Ad litigiosos verò pertinent hæc:

Chi a' piati s'auuicina,
A miseria s'incammina.

Ille breui fiet misero mendicior Iro,
Tristia qui litis bella frenesis amet. Andrelinus.

In hoc albo illud quoque notari potest: optimè enim congruere videtur cum sententiâ Phocylidæ. *Egli è meglio un magro accordo, che vna grassa sentenzia.*

196 Quod dixit Vlysses Tiresiæ apud Horatium;

Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior algâ est;

videtur exprimere duas Euripidis sententias.

γένος οὐδὲν εὐγενὲς ἀνὴρ. i.
Genus sine pecuniâ nihil valet. In Supplici.
ἡ 'ρετὴ δ' οὐδὲν φέρει
βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχει. i.
Virtus prodest nihil
Mortalibus, nisi numinis aspiret fauor.

Nos etiam, vt Flaccus, vtrasque simul comprehendimus.

Ne nobiltà si prezza, &c.

Nè nobiltà si prezza,
Nè virtù senza ricchezza.

197 Aristoteles in libris de Moribus scriptum reliquit, peiora esse tecta odia, quàm aperta. Quò etiam spectat illud Alcmeonis; ἐχθρὸν ἄνδρα ῥᾷον φυλάξασθ, ἢ φίλον. i. Facilius est sibi cauere ab inimico, quàm ab amico. Et illud Xenophontis στρατηγικόν. οὐκ ἂν ἐχθρὸν ἄλλως βλάψειεν ἄν τις, ἢ φίλος δοκῶν εἶναι. i. Nullus inimicos aliter læserit, quàm si videatur esse amicus. Vnde pulcherrimum, & honestissimum votum;

Da chi mi fido mi guardi Dio &c.

Da chi mi fido, mi guardi Dio.
Da chi non mi fido, mi guarderò io.

Quod

Quod παροιμιακῶς quoque efferimus,

Dio mi guardi da quella gatta,
Che dinanzi mi lecca, e di dietro mi graffia.

Huc pertinent illa Græcorum, ac Latinorum. Bisantini in primo Florilegij.

ἐχθροῦ τοσῶτον βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα, προειδότες ἐκτρεπόμεθα:
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν, οὐ προφυλασσόμεθα.
ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρῃ
τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων ἀδικεῖ. i. ut vertit G. Lilius.

Non is tam lædit, liquidè qui dixerit, odi,
Quàm qui ſynceram fingit amicitiam.
Vitabis certè, quem noueris eſſe nocentem;
Aſt illum nunquam, qui tibi dixit, amo.
Ille mihi grauis eſt hoſtis, qui clam nocuiſſe
Gaudet, quique fidem fert in amicitiâ.

Extat alterum Lucillij in ſecundo Anthologiæ huic ſimillimum Titulo εἰς Δολίους: ſed me piget tranſcribere.

ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν
ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.
ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος
δεινὸς, Κύρν', ἐχθρὸς βέλτερος, ἢ φίλος ὤν. i.

Aut me ama, puram afferens mentem, aut me auerſatus,
Odio proſequere, palàm contentionem ſuſcipiens.
Qui verò vnâ linguâ dupliciter habet mentem, hic amicus
Grauis, Cyrne, inimicus melior, quàm amicus exiſtens.

Ex Theognide. Quorum ſenſum, ſi rectè animaduertas, optimè cõgruit cum ſuperiori parœmiâ; quemadmodum, quos modo afferam, ſententiæ noſtræ pulcrè reſpondebunt.

ἐχθρὸν μὲν, χαλεπὸν, καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι,
Κύρνε: φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν. i.

Inimicum quidem, difficile eſt, ac maleuolum decipere,
Cyrne: amicum autem, amico facile eſt, decipere.

Eiuſdem in fine. Tacitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ, & apertæ. Cicer. 6. Verr. Occulta pericula vitare nemini in promptu eſt. Sallu. In Hiſto.

Graue eſt malum omne, quod ſub aſpectu latet. Publius.

Cui ſubſcribit Sene. in Prologo Declamationum: Magis nocent inſidiæ, quæ latent. Ad hunc catalogum pertinet etiam illud:

Peggio è l'inuidia dell' amico,
Che l'inſidia del nimico.

Ex eo apophthegmate, vt opinor. Κλεόβουλος ὁ Λύδιος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίνα δεῖ μᾶλλον φυλάττεσθαι, εἶπε. τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. i. Cleobulus Lydius interrogatus, a quibus oporteat magis cauere. Ab amicorum, dixit, inuidiâ, & ab inimicorum inſidiâ. Liceat hoc verbo vti contra Latinorum morem, ne venuſtas omnino pereat. *Apophthegma.*

198 Consulentibus alicui, ne pecuniam pessundet, sed parcè impendat, hoc dictum nobis in ore esse solet. *I danari vanno via presto.* χρήματα τάχισ' ἀπόλλυται. i. Pecuniæ citissimè pereunt. Philemon apud Stobæum. Sermo. 30. Dicimus etiam. *I danari vanno via, come l'acqua benedetta.* Et obscurius; *I danari son tondi, e ruzzolano.*

I danari vanno via presto.

199 Nimium seueri consultoris fortasse uideatur esse sententia illa. Fiat ius, & pereat mundus. Proqua nos;

Fa'l douere,
E non temere.

Et ἁπλῶς: *Fa, che deui, segua che uuole.* Sed quæ tamen his duabus quasi columnis quibusdam adamantinis innitatur. *Dio aiuta il giusto.*

δίκαια δράσας σύμμαχον τεύξῃ θεοῦ. i.
Opem tibi Deus, iusta si egeris, feret.
τόλμης δικαίας καὶ θεὸς συλλαμβάνει. i.
In conatu iusto Deus adiuuat. Citat Stobæ. Sermo. 9.

Quòd si prior illa hac temperetur: *Ogni huomo hà de' diffetti:* πάντων ἄμωμος ἔτις. i. Nullus omnino inculpatus; qui alijs ius dicunt, in multis ab æquitate non credo discessuros.

Ognuno ha de' difetti.

200 Latini scriptores quasi certatim de diuersis hominum uoluntatibus diuersas sententias literis commendârunt. Terentius. Quot homines, tot sententiæ. Proqua nos *Tant'huomini, tant'animi.* Idem. Suus cuiq; mos. Virgi. Trahit sua quemque voluptas. Horati.

Non omnes eadem mirantur, amântque. Et alibi.
— quot capitum viuunt, totidem studiorum
Millia. Et nos. *Tante teste, tanti ceruelli.* Ouidius.
Pectoribus mores sunt, quot in orbe figuræ. Cicero. Simillimis formis dispares mores, & moribus figura dissimilis. A quo non multum distat illud Persij:
Mille hominum species, & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Item Cice. 1. de Natu. Deo. Non est vna omnium facies. *Tutti non possiamo essere a vn modo.* Sed vt plurimùm hanc sententiam simplicibus verbis efferimus: *Le nature son diuerse.* διάφοροι φύσεις βροτῶν. i. Diuersa sunt mortalium ingenia. Euripi. in Iphige. in Aulide. οὐχ ἡ αὐτὴ, καὶ μία φύσις ἁπάντων. i. Non est vna, & eadem natura omnium. Hippocra. in Epist. ad Cratenam.

Le nature sō diuerse.

ἀνθρώπων ὅσα καὶ τὰ σώματα τὸν ἀριθμὸν
καθ' ἑνὸς, τοσοῦτος δεῖ καὶ τρόπους ἰδεῖν. i.
Quot virorum corpora numero,
Totidem est & uitæ rationes cernere. Philemon.

Reliquæ nullius explicationis egere visæ sunt.

201 *Chi non ha moglie,*
Non sà, che si sien doglie.

ἡ μὴ

ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά.

Qui vxorem non ducit, mala non sentit. In Menan. Fragm.

Cui affine illud Diui Hieronymi. Cœlebs est, qui non litigat. Adde quod alicubi in Italiâ,

Chi ha moglie allato
Stà sempre trauagliato.

βίον καλὸν ζῇς, ἂν μὴ γυναῖκ' ἔχῃς. i.

Viuis beatè, vxor tibi si non sit domi. Philetes.

τὸ γαμεῖν ἐστιν ἔσχατον τοῦ δυστυχεῖν. i.

Extremum infortunium sunt nuptiæ. In Fragm.

Huc pertinet Logogriphus,

pit rem, tem pit, rem.
Qui ca vxo li ca atque dolo
ret, re, te ret, re.

202 *Tutte le cose rare*
S'hanno in gran prezzo, e care.

τὸ σπάνιον τίμιον. i. Quod rarum, carum. Plato in Euthydemo. Rerum raritas pretium facit. D. Bernardus. Idem probant Iurisprudentes per l. Nam ad ea. ff. de Legi.

203 *Oue non è vgualità,*
Mai perfetto amor sarà.

φιλία ἰσότης. i. Amicitia æqualitas. Pythagoræ symbolum. Hinc Ouid. lib. 3. Trist. Eleg. 4.

Viue sine inuidiâ, molleisque inglorius annos
Exige; amicitias, & tibi iunge pareis.

204 Quæ a nobis appellatur *Roba*, dicitur a Græcis χρῆμα, ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι. i. ab vtendo: quòd scilicet χρῆμα propriè sit illi χρῆμα, qui uti sciat. Horatius pulcrè;

Quò mihi fortunas, si non conceditur uti? lib. 1. Epistol. ad Torquatum. Et Ouidi. 3. Amo. Eleg. 6.

Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine usu?
Quid, nisi possedi diues auarus opes?

Hinc nos; *La roba non è di chi la fa, ma di chi la gode.* Et; *I danari son fatti per ispendere.* οὐχ ὁ πλουτῶν, ἀλλ' ὁ χρήζων πλούτου μακάριος. i. Non diues, sed diuitijs utens, beatus. Aristote. χρῆσις δὲ χρημάτων δαπάνη, καὶ δόσις. i. Pecuniarum vsus sumptus, & donatio. Idem 4. Ethicor. Nicoma. Et alibi; τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. i. Diuitiæ magis sunt in vtendo, quàm in pc ssidendo. De hoc argumento optimè Xenophon in princ. Oecono. vbi hæc inter cætera. ταῦτα ἄρα ὄντα τῷ μὲν ἐπισταμένῳ χρῆσθαι αὐτῶν ἑκάστοις χρήματά ἐστι· τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐ χρήματα· ὥσπερ γε αὐλοὶ τῷ μὲν ἐπισταμένῳ ἀξίως λόγου αὐλεῖν, χρήματά εἰσι· τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ἄχρηστοι λίθοι, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτό γε αὐτούς. i. Hæc igitur, sicui fuerint, qui ipsis uti sciat, opes sunt: nescienti verò non opes. Quemadmodum tibiæ, scienti quidem concinnè tibiâ canere, sunt opes; nescienti verò nihilo magis,

La roba nõ è di chi la fa, &c.

quàm lapides inutiles nisi eas vendiderit. Quem locum exaggerans Horatius lib. Saty. 2. Eclo. 3. pulcherrimè mihi uidetur expressisse.

Siquis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec citharæ studio, nec musæ deditus ulli:
Si scalpra, & formas non sutor; nautica vela
Auersus mercaturis: delirus, & amens
Vndique dicatur meritò. Quid discrepat istis,
Qui nummos, auúmque recondit, nescius uti
Compositis, metuénsque uelut contingere sacrum?

Cum verò huic veritati maximè aduersetur auarus, quippe qui pestiferâ auri fame, tam careat illis, quæ habet, quàm quæ non habet, hac de caussâ in eum iactari solet;

L'auaro è procuratore, &c.

205 *L'auaro è procuratore*
De' suo beni, e non signore.

Quò respexit ex Apollophanis sententiâ in 2. libro Antholo. ille Epigrammatarius, quisquis fuerit.

Πλουτεῖν φασί σε πάντες. ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι:
χρῆσις γὰρ πλούτου, μάρτυς Ἀπολλοφάνης.
ἢν μετέχῃς αὐτῶν σὺ, σὰ γίγνεται: ἂν δὲ φυλάττῃς
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια. Morus.

Te ditem appellant omnes, ego planè inopem te:
Nam facit usus opes, testis Apollophanes.
Si tu utare tuis, tua fiunt: sin tua serues
Hæredi, tu iam nunc aliena facis.

206 *Gli huomini si conoscono a' maneggi.* ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι. i. Magistratus uirum indicat. Solonis, siue Pittaci. Vnde uulgus;

Non ti conosco, s'io non ti maneggio. i.
Non ante expertus, nosse te non dixerim.

207 *Chi ua pel mondo, impara a uiuere.*

πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον. i.
Peregrinatio uitam reddit modestiorem. Menan.

208 *Non è peggio, ch'esser pouero.*

οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα. i.
Non est paupertatate miserior ullus.
In vitâ casus. Crates. Vnde alicubi hoc tempore dicitur;

Non si può dire a vn peggio, che dirgli pouero. q.
Dixeris maledicta cuncta, cum pauperem hominem dixeris.

Quel c'ha da esser non si sà.

209 *Quel, c'ha da esser, non si sa.* ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ μέλλον. i. Futurum cunctis hominibus obscurum est. Demosth. τὸ μέλλον ἀόρατον. i. Futurum præuideri nequit. Isocr. τὸ μέλλον ἀφανές. i. Futurum obscurum Aristo de Mori.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus; Hora. lib. 3. Ode 29.

Simile

210 *Simile con simile sta bene, e dura.* ἧλιξ ἥλικα τέρπει. i. Æqualis æqualem delectat. Aristot. Rhetori. 2. Meminit etiam Eustathi. in Home. Ilia. Υ. in fi. Et Menand. *simili con simile.*

παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή. i.

Puer puero, & mulier muliere gaudet.

Pares cum paribus facillimè congregantur. Cice. in Cato. Maio.

211 *La morte medica tutti i mali. La morte pon fine a tutti i guai.*

ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοίσθιος ἰατρὸς νόσων. i.

Morborum medicus omnium mors vltimus. Sopho. apud Stobæ. In hanc sententiam Morus.

Tristia qui pateris, perfer, sors tristia soluet.

Quod si non faciat sors, tibi mors faciet.

Vnde in Græcorum Collect. altera huic similis; κακῶν ἄκος εὑρίσκει φθίμενος. i. Qui moritur, finem malorum reperit. Cui pulcrè respondet nostra. *Chi muore esce d'affanni.*

212 *Chi brama figliuoli,*
Brama duoli,

αὐθαίρετος λύπη ἐστιν ὁ τέκνων σπορά. i.

Spontanea calamitas est filiorum procreatio. Ibidem.

213 *Chi disse figliuoli,*
Disse duoli,

φροντίδες οἱ παῖδες. i. Filij curæ. τέκνα πόνοι. i. Filij labores. Posidippus Eleg. Et primo Anthologiæ.

φροντίδες οἱ παῖδες, μέγα μὲν κακὸν ἤν τι πάθωσιν,
εἰσὶ δ' ἐκ καὶ ζῶντες φροντίδες ἐκ ὀλίγαι. Luscinius uertit.

Cura patris nati rebus licet vsque secundis,

Sollicitant animum, tum mage si doleat. Prædictis nō dissimilia;

Chi ha figliuoli,

Tutti i boccon non son suoi.

Et ἁπλῶς. *Dio ti dia figliuoli, e dietegli grandi.*

214 Ex duobus locis celeberrimis deduxit illud Fidelissimus noster in sua præcepta moralia, quæ magnâ ex parte pro adagijs uulgò citantur.

Vn gran principe sempr' aue
La man lunga, e l'ira graue. Alter est Ouidij.

An nescis, longas regibus esse manus?

Vnde Parœmia; Longæ regum manus, pro qua nos. *I principi hanno le braccia lunghe*: Alter verò Calchantis apud Homerum in principio Iliadis; sed notior, quàm ut eius verba sint afferenda. Huius tamen loco adscribam sententiam Euripidis non dissimilem.

ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,
χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν. i.

Leui occasione conceptas diu retinent (de Tyrannis agens, inquit Pædagogus in Medeâ) Nec facilè deponunt iras.

Quod

Chi stà ben non si muoua.

215 Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet; Aurea Lyrici sententia; vnde non admodum distat; *Chi sta ben, non si muoua*;

οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. i.

Domi manere oportet bellè fortunatum. Et breuiùs. Fortunatus domi maneat. In Menan. Fragm. Videntur autem huic pulcrè respondere versiculi illi ex eodem auctore;

ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς ὢν νομίζῃ τις ἄν,

ζητεῖ τι κρεῖττον, ὧν ἔχει ζητεῖ κακά. i.

Cùm aliquis, se in bonis esse reputans,

Melius quid quærit, quàm quæ habet, mala quærit. Quibus optimè congruit nostra parœmia;

Chi vuol più, che pieno il corpo, scoppia. Superiori si placet, addere potes;

Chi stà in agio,

Non cerchi disagio. Et, quod me alicubi audiuisse memini;

Regula certa datur, cui bellè est, non moueatur.

216 *Fuggi'nfamia tuttauia,*

Vera, ò falsa, ch'ella sia.

φύλαττε τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν. i. Euita criminationes, tametsi fuerint falsæ. Isocra. ad Dæmonicum; atque inibi talis præcepti hanc affert rationem: οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν. i. Vulgus enim veritatem ignorat, atque ex opinione, famáque iudicat.

217 Iuxta notissima Disticha,

Donec eris fœlix, multos numerabis amicos;

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ouid.

Cum fortuna manet, vultum seruatis amici;

Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ. Petro. Arbitri: iuxta hæc, inquam, Disticha, duo circumferuntur adagia;

τῶν δ' εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. i.

Fœlicium omnes consanguinei. Pro quo nos; *Chi hà della roba, ha de' parenti.* Vel cum Homoteleuto;

Abbi più fiorini,

Che trouerai cugini. Euripides in Cressis apud Stobæum. τῶν εὐτυχούντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι. Quod Apostolius; εὐτυχία πολύφιλος. i. Diuitum omnes, vel, multi homines amici sunt. Et Sophocles apud eundem Serm. 92.

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους. i.

Pecuniæ hominibus amicos conciliant.

218 † Alterum est: οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. i. Inopi nullus amicus. Ex Græco Epigrammate, cuius hæc conclusio;

τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις; ἦ μόλις ἔγνως;

τοὔτ' ἔρος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος.

Agit de Sosicrate, ex amore mendico. Baptista Pius ita vertit

Vnde? quis es hominum? quænam tibi patria? nostin'

Verba miser? Tenuis nullus amicus amat.

Nos

Nos item. *Chi è pouero, non ha ne amici, ne parenti*. Quod aliqui:

Pouertà
Guasta amistà. Vel,
Pouertà
Perde amistà. Et illud plebi tritum.
Parente con parente;
Mal, per chi non ha niente.

219 Vbi [*Non hauer niente*] ex amussim respondet τῷ [μὴ ἔχειν]. † Addo sententiam Euripidis in Medeâ:

πένητα δ' ἀγεῖ πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος. i.

Pauperem omnes amici procul fugiunt. Pro qua nos; *Chi è pouero ognun lo fugge*. Hanc videtur expressisse Terentius in Phormi.

Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Negligitur ipsa:

220 Pessimè audire mulierum genus apud antiquos scriptores, præcipuè apud poëtas, cuilibet manifestum est. E quibus maledictis nonnulla adhuc etiam apud nos uigent. Vnum est: *Chi disse donna, disse danno*: cui omnino respondere uidetur Homericum illud; οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. i. Nihil est improbius, aut peius muliere. Quod uulgò: Fœminâ nihil pestilentius. Ad hanc sententiam ualdè quadrant, quæ a Victo. notãtur vari. Lect. lib. 9. c. 11. Nec lõgiùs abest Menan. uersiculus: *Chi disse donna &c.*

ἐκ τῆς γυναικῶν ὄλλυται κόσμος μέγας. i.

Totius orbis pernicies sunt mulieres.

221 *Chi mal fa,*
Mal'ha.

οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. i. Facta improba non bene succedunt. Et planiùs. Flagitiorum turpis exitus. Parœmiogra.

προσδόκα δρῶν κακῶς, κακόν τι πράξειν. i.

Malè faciens, aliquid mali te passurum expecta. Euripi.

222 *Il bello, e buono*
Piace a ogni huomo.

ἀγαθὸν πάντα ἐφίεται. i. Omnia bonum appetunt. Aristot. Ethi. primo. τὸ καλὸν φίλον. i. Quod pulcrum, idem amicum. Plato in Lyside. Idem ualet παροιμιῶδες. *Ogni uccel conosce il grano*. Plura de hac sententiâ affert Mure. Varia. lecti. lib. 4. cap. 4.

223 *La marauiglia nasce da ignoranzia*. i. Admiratio nascitur ex ignorantiâ. Congruit adagium hoc cum illis, quæ tradit Aristot. lib. 1. Ethicor. Nicomach. cap. 4. vbi inquit; συνειδότες ἑαυτοῖς ἄγνοιαν, τοὺς μέγα τι, καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. i. Suæ ignorationis conscij, admirantur eos, qui magnum aliquid, & supra captum ingenij sui dicunt.

224 *Il primo prossimo è se medesimo*

φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Nemo se ipso plus alterum amat.

πᾶς τις αὐτὸν τῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. i.

Quisque se ipsum magis, quàm proximos amat.

Plautus dixit ἁπλῶς. Se se omnes amant. In Captei. Et Terentius:

Omnes sibi malunt melius esse, quàm alteri. Posteriorē quoq; sententiā, quæ est apud Eurip. in Medeā, ita proferimus. *Ognun vuol meglio a se, che a gli altri.* Vide Petr. Vict. var. lect. lib. 14. cap. 6. Et lib. 30. c. 5.

225 *Il vizio s'impara presto.* σύντομος ἡ πονηρία. i. Compendiaria res improbitas. Cleomenes apud Plutarch. in Apophth. πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ἐστὶν ἡ εὐκολία. i. Magna facilitas est ad malitiam. Greg. Nysse. Ad discenda turpia valdè sumus dociles. Ex Leosthene.

226 *Il tempo è padre della verità.*

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. i.

Tempus veritatem in lucem profert. In Menand. Frag.

Veritas filia temporis. Agellius lib. 12. c. 11. in fi. ex quodam vetere poëtâ.

227 *Solo Dio senza magagna.* θεὸς ὢν μόνος ἀγαθὸς. i. Solus Deus bonus. Plato. Idem valet ex Parœmiographi sententiâ; ἀκενδεὴς ὁ θεός. i. Nullius indigens Deus. Et versiculus Michaëlis Verini è Disticho;

Non peccare Dei est; nemo sine crimine viuit.

228 *La vecchiaia è una graue soma.*

χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος. i.

Durum senectus est onus mortalibus. In Menan. Frag.

229 *Chi è buon, ne fa ritratto.*

γνώμης μὲν ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. i.

Probis ab animis facta promanant proba. Menan. apud Stobæ. Serm. 1. Idem valet. A puro pura defluit aqua. Plato dixit. Δίκαιος δίκαια πράττει. i. Iustus iusta facit. Et contra. *Chi è tristo, ne fa ritratto.*

ὁ μὲν πονηρὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός. i.

Malus nihil aliud, quàm malus. Et pleniori sententiâ. Quisquis est malus, nihil aliud esse potest, quàm malus. Eurip. in Hec.

230 *Ogni huomo ha bisogno dell'altr'huomo.* δεῖται ἀνδρὸς ἀνήρ. i. Vir viro indiget. Pindarus.

231 *Ognuno è sottoposto alle disgrazie.*

οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος. i.

Nemo mortalium a casibus est immunis. Euripi.

κοινὰ πάθη πάντων. i. Communes casus omnium. Phocylidis.

οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή. i.

Nemo se calamitatibus eripere potest. Sopho. in Antigone.

232 *Tanto mangia 'l pouero, quanto 'l ricco.*

ὁ πλούσιός γε, χ' ὁ πένης ἴσον φέρει. i.

Et diues, & pauper tantundem ferunt. Euripi. Huic simile

se illud παροιμιῶδες, *Tanto beie l'oca, quanto'l papero.*

233 *Il bisogno fa far di gran cose.*

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ γίγνεται κακά. i.

Necessitate vrgente, multa fiunt mala. In Menan. Fragm. Et Martia. Ad Caridemum; O', quantum cogit egestas.

234 *Chi disse huomo, disse miseria.*

τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος. i.

Cæca est, & misera humana vita. Ibidem. Huc pertinet illa Petrarchæ sententia, quam, ferunt, protulisse Thomam Morum, audito, se morti esse addictum.

Che più d'un giorno è la vita mortale
Nubilo, breue, freddo, e pien di noia;
Che può bella parer, ma nulla uale?

235 *Tutte le donne sono a una.*

γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲ διαφέρει. i.

Fœmina fœminæ nihil vnquam præstat. In Fragm.

236 *L'auaritia è scuola d'ogni uizio.*

ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. i.

Omnis improbitatis mater est auaritia. Phocyli.

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis? Poëta Lati.

237 *I più uecchi ne sanno più.*

γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων. i.

Præstantiores sunt seniorum sententiæ. In Men. Frag. Vide Pardulphum Prateium in Tracta. de Iurisprud. Vete. Lege. 85.

238 *Ognun' ha caro d'esser lodato.*

τιμώμενοι μὲν πάντες ἥδονται βροτοί. i.

Omnes, dum laudantur, mortales lætantur. Ibid.

239 *Muouon più gli esempli, che le parole.*

τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. i.

Mores dicentis persuadent, non oratio. Ibid. Aliter.

Magis mouent exempla, quàm verba faciant.

Hinc non longiùs abest illud Claudiani:

-- non sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

240 *Le preghiere de' giusti non tornan mai uote.*

εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός. i.

Ad iustas preces non obsurdescit Deus. Sic vertit Hertelius. Ibid.

241 *La più diritta è misurarsi.* μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. i. Modus omnibus

in rebus optimus. Pythago. Huic germana. *Ogni cosa vuol misura*: πάντων μέτρον ἄριστον. i. Modus omnium optimum. Phocyli.

242 *Vn non vede ogni cosa*. εἷς ἀνὴρ οὐ πάντ' ὁρᾷ. i. Vnus vir non omnia videt. Eurip. in Phœniss.

243 *Chi ben viue, ben muore*.

βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν. i.

Iustæ vitæ honestus est finis. Menan. apud Stobæum Sermo. Nono. Et contra. *Chi mal viue, mal muore*, πονηρᾶς βιοτῆς πονηρὸν ἐστι τὸ τέλος. i. Malæ vitæ malus est finis. Antoni. Mona. in Serm. de Morte.

244 *La più bella cosa, che sia, è'l seruire a Dio*. καλλίστη δύναμις ἀνθρώπῳ διακονῆσαι τῷ θεῷ. i. Pulcherrimum hominis munus est Deo inseruire. Aristides in Platonicâ Secundâ.

245 *Dio aiuta i buoni*.

ἐσθλῷ μὲν ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός. i.

Viro bono Deus bona dilargitur. Apud Stob. Serm. 1.

246 *Chi sà, è padron de gli altri*. νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. i. Mens cœli, terræque regina. Pla.

247 *Ogni dì è'l nostro*. ἐφημέριοι βροτοὶ ζῶμεν. i. Nos mortales in diem viuimus. Simoni. Apud Stobæ. Vnde Hora.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

248 *Chi è in questo mondo, ha de' trauagli*.

τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πολλ' ἔχειν ἐστὶν κακά. i.

Viuentem multis affici malis necesse est. Philo. Comi. Idem valet illud αἰνιγματῶδες. *E' non bisognaua nascerci*.

249 *Dio guarda il quore*. ψυχὴν ἐπιβλέπει ὁ θεός. i. Deus animum respicit. Pla. ἀρκεῖ καὶ προαίρεσις ἀγαθὸν ποιῆσαι. i. Sufficit vel ipsa uoluntas faciendi bonum. D. Chrysosto.

250 *La più preziosa cosa, che sia, è l'anima*. ψυχῆς οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. i. Animâ nihil preciosius. Eurip. in Alcestide.

251 *Chi non ha seruito, non sà comandare*. οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν μὴ ἀρχθέντα. i. vt sententiam reddam. Non bene imperat, nisi qui paruerit imperio. Aristot. Polit. 3. Sed, ut verè dicam, sæpius effertur;

Chi non sà fare,
Non sà comandare.

252 *A far seruizio non se ne perde*.

τῆς εὐεργεσίης οὐδὲν ἀρειότερον. i.

Beneficentiâ nihil melius. Theognis.

Morte.

253 *Morto, che s'è vna volta, non vi s'ha più a pensare.* Et uulgus. *per vna volta i' fo buono.*

θάνατος δ' ἀθάνατός ἐς', ἄν τις γ' ἅπαξ ἀποθάνοι. i.

Mors est immortalis, si quis semel emoriatur. Amphis Comi.

254 *Parola detta, e sasso tratto, non può più tornare a dietro.*

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον

ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον. i.

Neque manu emissum ponderosum lapidem

Facile est cohibere, neque linguâ uerbum.

Extat in fragmentis Comic. Affero corollarij vice duos alios locos, qui prædictis pulcherrimè congruunt.

ῥίψας λόγον τις, οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν. i.

Sermonem iaculatus quispiam, non amplius resumit.

Menan. Quò procuIdubio respexit Flaccus, bis in eamdem sententiam canens. In Epistolis.

Et semel emissum, uolat irreuocabile verbum. Et in Poëticâ:

-- Nescit uox missa, reuerti.

Alter locus est Philosophi in Ethicis Nicomacheis, ubi agit de illis, qui iã in uitijs obcalluerunt, nec est in ipsorum potestate, ut statim desinant esse tales, allato exemplo ægrotantium: cui addit; ὥσπερ οὐδ' ἀφέντι λίθον, ἔτι αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν. i. Quemadmodum fieri non potest, ut, qui saxum proiecit, ipsum resumat. Huc etiam pertinet illud Ludouici Areosti;

E si rauuede, e pente, e n'ha dispetto:

Ma quel c'ha detto, non può far non detto.

255 *Chi ha danari, Signore è chiamato.* i. Cui sunt pecuniæ, appellatur dominus. Non est tam similis aqua aquę, vt uulgò fertur, quàm prouerbium hoc nostrum simile est illi Palladæ sententiæ, quæ in primo Græcorum Epigrammatum ita tetrasticho fuit comprehensa.

ἤν ὁ φίλος τι λάβῃ, δέσποινε φράτερ, εὐθὺς ἔγραψεν:

ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.

ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. αὐτὰρ ἔγωγε

οὐκ ἐθέλω δέσποινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι. i.

Et domino, & fratri, si dono, scribit amicus:

Tunc solùm fratri, si nihil accipiat.

Nomina sunt planè hæc uenalia. Non ego posthac

Donabo, & domini tu tibi nomen habe.

Ita uertit Luscinius non omnino infœliciter, sed uenustas, quæ consistit in uerbis Græcis, Latinè repræsentari non potest. Lusus enim est in uerbis δέσποινε, & δόμεναι. Notat Alciatus in Annotationibus secundi libri in Corne. Taci.

256 *Al bugiardo non è creduta la verità.* ψευδόμενος μηδ' ἂν τ' ἀληθῆ λέγῃ ἔτι πιστεύεται. i. Mendaci, neque cum uera dicit, creditur. Ex illo Aristotelis apophthegmate: ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις, ὅταν, ἔφη, λέγωσιν ἀλήθειαν, μὴ πιστεύεσθαι. i. Interrogatus, quidnam mendaces lucrarentur: Vt, cum uera, inquit, dixerint, non illis credatur.

Dioge. Laër. in eius Vitâ. A Stobæ. in Sermo. de Mendacio tribuitur Demetrio. Huc pertinet illud quasi ænigma. Planus semel crura fregit. Ex Hora. notissimo.

257 *Meglio è assai morte onorata,*
Che una vita svergognata.
ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος. i.
Potius eligenda est mors, quàm vita turpis. Menan.

258 *Doue più ricchezza abbonda,*
Più di lei voglia s'affonda. Et ἁπλῶς: *Quanto più scema 'l bisogno, tanto più cresce la voglia. Quanti un più ha, più vorrebbe auere.* πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται. i. Nullus est diuitiarum hominibus constitutus terminus. Solon, citante Aristot. Polit. 1.
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Iuue.
Auaritia neque copiâ, neque inopiâ minuitur. Sallu. Et Verinus.
Crescit auara sitis, quanto tibi copia maior;
Dum cumulas omneis semper egenus opes.
Huc etiam pertinent illa:
Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorùmque fames. Hora. lib. 3. Ode 16. Item 24.
— scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ; tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei. Iuue. insuper Saty. 14.
— nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quâm sæua cupido
Indomiti census.
Et adagialiter ex Parœmiogra. Parthi quo plus biberint, eo plus sitiunt.

259 *Il corpo piglia quel, che tu gli dai.*
ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ, κὠλίγα. i.
Venter, & multa, & pauca accipit. In Menan. Frag.

260 *Ognun giudica ben dell' arte sua.* ἕκαστος κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει. i. Vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit. Aristot. 1. Ethic. Nicom.

261 *E' più raro, che Fenice*
Huom, che 'n tutto sia felice.
Ex his duobus; φοίνικος σπανιώτερος. i. Phœnice rarior. De quo in Chili. οὐκ ἔστιν, ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i. Non est vir, qui omni ex parte beatus sit. Aristot. Rheto. lib. 2.

262 *Il cognoscersi è la più bella cosa, che sia.*
τὸ γνῶθι σαυτὸν πανταχοῦ 'στι χρήσιμον. i.
Seipsum noscere vbique est vtilissimum. In Græc. Collect.

263 *Il tempo da consiglio.*
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. i.
Multorum est homini tempus auctor optimus. Menand.

264 *Chi fa bene,*
Ha bene.
ἐσθλῷ μὲν ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδωσι θεός. i.
Viro bono bona dat Deus. Menan. Cito etiam supra.

265 *I cattiui ragionamenti guastano i buon costumi;*
φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. i.
Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Parœmiogra.
Quod aliqui cum Homœoteleuto.
Spesso il brutto ragionare
Bei costumi suol guastare.

266 Quod ex Parœmiographo παροιμιακῶς effertur; Industriam adiuuat Deus: Vel ex Varrone; Dij facienteis adiuuant: quodque usurpabatur a Græcis, ut in ipsorum Collectaneis,
τῷ μὲν πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. i.
Laborantem pariter Deus adiuuat: a Florentinis dici solet:
Chi s'aiuta,
Iddio l'aiuta.
vel ἁπλῶς: *Dio dice, aiutati, ed io t'aiuterò.* In quam sententiam D. Ambrosius. Dormientibus diuina beneficia non deferuntur.

267 *Ogni huom di sua natura,*
Saper desia, e procura.
πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. i. Omnes homines natura scire desiderant. Aristoteles in loco notiss.

268 *Odi molto, e parla poco.* ἄκουε πολλά, λάλει ὀλίγα. i. Audi multa, loquere pauca. Sententia Biantis. Et cum Homœoteleuto.
Parla poco, e ascolta assai,
E giammai non fallirai. i.
Pauca loquens, audi multa, nec vnquam erraueris.
Chi parla poco gli basta la metà del ceruello. Et Ioannes Casa. *E' gran fatto, che alcun parli molto senz'errar molto.* Huc pertinent illa; Ideo natura dedit homini aureis duas, os vnicum; vt plus audiamus, quám loquamur. Apophthegma Zenonis Cittiensis. τὸ σιγᾶν ἀσφαλές. i. Tacere tutum. Apollonius. *Apophthegma.*
Cum tacet, haud quicquam differt sapientibus amens;
Stultitiæ est index, linguáque, uóxque suæ.
Ergo premat labias, digitoque silentia signet,
Et sese Pharium vertat in Harpocratem. Alciati Emblema.

269 † Addo denique.
Chi troppo parla,
Spesso falla.

πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει. i. Multiloquium multa errata habet. Idem Apollonius.

270 *Non c'è auere,*
Che vaglia 'l sapere.

ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης. i.
Est gutta doctrinæ potior, quàm magnæ opes. Nazianz.

Et Menander apertiùs:

σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον. i.
Sapientia diuitijs possessio preciosior. D. quoque Basil. τιμιώτερον ἀρετὴ, ἢ πλοῦτος. i. Diuitijs nobilior uirtus. Dicimus etiam simpliciter. *La più bella cosa, che sia, è 'l sapere.*

271 *Dio può fare ogni cosa.* θεὸς πάντα δύναται. i. Deus omnia potest. οὐδὲν ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ θεῷ. i. Nihil apud Deum est impossibile. Ex capit. 1. Euang. D. Lucæ.

272 *L'ubbidienza è santa.* πειθαρχία μήτηρ τῆς εὐπραξίας. i. Obedientia fœlicitatis mater. Aeschy.

273 *Quando Dio aiuta, ogni cosa riesce:*

θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως. i.
Est facile quiduis, quando fert opem Deus. In Menan. Frag.

274 *Non riposa colui,*
Che ha carco d'altrui.

Nec longè distat: *Chi ha a far, non uuol dormire.* Et breuiùs; *Chi ha a far, non dorme;*

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν. i.
Non decet totam noctem dormire consiliarium uirum,
Cui populi regendi sunt, & tot sunt curæ. Hom.

275 *Il tempo, è la più cara cosa, che sia.* μηδενὸς οὕτως ἡμᾶς ἐνδεεῖς ὡς χρόνου. i. Nullius rei tam indigemus, quàm temporis. Laër. in Vita Zenonis.

276 *Verità*
Senza varietà.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. i. Veritatis simplex oratio. Eurip. in Phœniss. Huc respexit Cato, siue quisquis alius;

Simplicitas veri fama est, fraus ficta loquendi.

Et Horatius in morte Quintilij lib. 1. Ode 24.

Cui Pudor, & Iustitiæ soror,
Incorrupta Fides, nudáque Veritas,
Quando ullum inuenient parem?

Nec longiùs abest.

Habet suum uenenum blanda oratio. Syrus.

Apophthegma. Item huc pertinet Apophthegma Diogenis; qui dicebat, orationem non

ex

ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, melleum esse laqueum; quòd scilicet blandè amplectens, hominem iugulet.

277 *Ciò, ch'è nouello,*
Tutto è bello.

Et ἁπλῶς. *Tutte le cose nuoue piacciono.* πάντα μὲν τὰ νέα, καὶ καλά ἐστιν. i. Omnia noua pulcra sunt. Demetrius, ubi de concursu uocalium. Omnia noua placent. Grata nouitas. Parœmiogra.

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum. Ouid. 3. de Ponto.

278 *Donna buona*
Vale una corona.
οὐκ ἀγαθῆς τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον. i.

Vir bonâ muliere nihil sortitur melius. Hesio. In Ergis. Nec longiùs abest illud Sapientis Prouerb. cap. 12. γυνὴ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. i. Vxor fortis corona est uiri sui.

279 *Facil cosa aggiungner fia*
A quel, ch'è trouato pria.
Facile est inuentis addere.

Hoc sibi uoluit Aristoteles in primo Ethicorum; παντὸς προσθῆναι τὸ ἐκλεῖπον. i. Cuiuslibet est addere, quod deest.

280 *Quell'è dolce a ricordare,*
Che fu duro a sopportare.
ὡς ἀδύ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πόνων; i.

Quàm dulcis est memoria peracti olim mali? Eurip. Iucundi acti labores. Cicero de Fini. lib. 2.

281 τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει. i. Artem quæuis terra alit. Refert Suetonius in Sexto Nerone. Cui optimè congruit nostra,

Chi ha arte,
Ha parte.

Dicimus etiam; *Chi ha arte, truoua ricapito. Chi ha mestier non può perire.* Huc pertinent Catonis disticha;

Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quò possint inopem defendere vitam. Et,
Disce aliquid; nam cum subitò fortuna recedit,
Ars remanet, uitámque hominis non deserit unquam.

Apologus quoque huc spectare uidetur. Psittacus in aulâ regis degens, interrogabatur a cæteris auibus, cur in tam magno haberetur honore. Quibus ille, quia, inquit, exprimendi humanas voces artem edoctus sum. Abstemius.

282 *I danari sono il secondo sangue.* Vel;
Le ricchezze, e' danari
Col sangue van di pari.

χρήματα ψυχὴ πέλεται βροτοῖσιν. i. Pecuniæ anima sunt hominibus. Ex versu

versu Hesiodi notissimo. Idem planiùs Antiphanes apud Stobæ. in Sermo. de laudibus Diuitiarum;

ἀργύριόν ἐστιν αἷμα, καὶ ψυχὴ βροτοῖς. i.

Argentum hominibus sanguis, & anima est.

283 *Poco sà, chi à se non gioua.*

μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Sapientem eum odi, qui sibi ipse non sapit. Vulgò; Nequicquã sapit, qui sibi non sapit. Est sententia Euripidis a quàmplurimis agitata. Vtitur Lucianus in Apologiâ. Citat Cicero Episto. Famil. lib. 13. scribens ad Cæsarem Imperatorem. Vertit Ennius in Medeâ: & M. Tullius usurpat, scribens ad Trebatium.

Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.

Idem Cice. affert in 3. de Officijs. Eodem pertinet illud D. Ambrosij in Officiorum primo. Consiliarius bonus est, qui sibi consulit.

284 *La notte è madre de' consigli.* ἐν νυκτὶ βουλή. i. In nocte consilium. Hinc illa: *Io ci dormirò un po' su. Io mi consigliero col piumaccio*, uel, *con moglia-ma*. Meminit inter alios Eustath. in princ. T. Odyss.

285 *Chi entra malleuadore,*

Entra pagatore,

Et simpliciter; *Chi promette per altri, paga per se.* ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. idest, Sponde, noxa præstò est. Vel clariùs; Sponsioni adiacet damnum. Fuit apophthegma Chilonis Lacedæmonij, ut refert Laërtius in eius vitâ: sed extat apud eumdem in uitâ Pyrrhonis Eliensis: ubi pro adagij declaratione apposita sunt hæc verba: δηλοῦντος τοῦ βεβαίως, καὶ πεπεισμένως ἐγγυωμένῳ ἐπακολουθεῖν ἄτην. i. Quo significetur, qui fideiussor existat, illum è vestigio certa, compertáque incommoda subsequi. Hinc prouerbiale præceptum.

Chi del suo vuol' esser signore,

Non entri malleuadore. i.

Suorum dominus esse uolens, pro nemine fideiusserit.

286 *Chi ha della roba, è visto volentieri.*

τὸν δ' εὐπορον θ' ἕκαστος ἡδέως ὁρᾷ.

Diuitijs abundantem libenter quisque videt. Menand.

287 *Sdegno d'amante poco tempo dura.*

ὀργὴ φιλοῦντος μικρὸν ἰσχύει χρόνον. i.

Amantis ira exiguo durat tempore. Ex Menan.

288 *Non si può viuer senza mangiare.* οὐχ οἷόν τε ζῆν ἄνευ τροφῆς. i. Sine alimento uiui non potest. Aristo. Polit. 1.

289 *Dio è per tutto, e vede il tutto.*

πάντη μὲν ἐστι, πάντα τε βλέπει θεός. i.

Vbique est Deus, & omnia videt.

ἐξὸν

ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν. i.
Acutus Dei oculus ad res omneis cernendas. Menan.
Abſcondi Deo nihil poteſt. D.Gregor.

290 *Non è peggior coſa, che non ſi contentare:*
κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς ἀπληστία. i.
Malum maximum inter homines inſatiabilis animus. In Græc. Collect.

291 *Fatti di giouani, e conſigli di vecchi.*
ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. i.
Facta iuuenum, conſilia mediocrium, uota ſenum. Hyperides citauit ex Heſiodo in oratione contra Autoclem. Vide Parœmiographum, atque illis, quæ affert ipſe, adde rationem noſtri uoti. Potentia in iunioribus, ſapientia in ſenioribus. Ex Ariſtotelis Politicorum lib. 7. ſi rectè memini. Huc pertinet illud.

Se'l giouane ſapeſſe,
E'l vecchio poteſſe;
E non è coſa, che non ſi faceſſe.

292 *Gli huomini fanno i ſiti, e non i ſiti gli huomini.* οὐχ οἱ τόποι τοὺς ἄνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιδεικνύουσι. i. Non loca viris, ſed uiri locis conciliant dignitatem. Plutar. in Apophtheg.

293 *Pouertà*
Fa viltà.
Vel ſimpliciter; *La pouertà fa l'huom vile.*
πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα. i.
Pauper ad omneis res formidoloſus eſt. In Menan. Frag.
πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, οὔτε τι εἰπεῖν,
οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται. i.
Omnis enim vir paupertate domitus, neque quicquam dicere,
Neque facere poteſt: lingua uerò ei ligata eſt. Theognis.
In contrarium contra effertur;
La buona ſorte
Ogni vil cuor fa forte.

294 *Commetti al ſauio, e laſcia fare a lui.* ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα. i. Omnia ſapientibus facilia. Zenodo.

295 *Fuggi il piacer preſente, che ti da dolor futuro.*
φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην. i.
Fuge uoluptatem, quæ damnum ſit allatura. Alexis.

296 *L'vſo ſi conuerte in natura.* Conſuetudo eſt altera natura. Accurſius ad l. Si quis poſthu. in u. Gonſuetudo. π. de Libe. & poſth. Ex Græco prouerbio, ἔθος ἄλλη φύσις, de quo Parœmiogra.

297 *Leragion de' poueri non vaglion nulla.*
τῶν μὲν πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί. i.
Pauperum rationes inanes sunt. Menan.

298 *I danari vanno, e vengono.*
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. i.
Pecunias alius alio tempore habet. Theognis.

299 *Meglio è morire.*
Che sempre languire.
θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως. i.
Satius est mori, quàm uitam agere miseram.
Sopho. apud Stobæ. in Serm. De Comparatione Vitæ, & Mortis.

300 *Dou' è moltitudine, è confusione.* πολλὴ ἐν τοῖς ὄχλοις ἡ ταραχή. i. Multa in turbis perturbatio. S. Serapion, referente Antonio in Sermo. de Monachis probis, &c. Citatur etiam ex Chrysosto. Seditionis mater multitudo populi.

CENTVRIA DICTORVM PROVERbialium ferè omnium Italis, ac Græcis prorsus Communium.

301 Quòd ea, quæ in cuiusque rei genere pulchriora, puriorâque sunt, floris nomine indicentur, non admodum multa indiget probatione, præsertim cum laborârint Parœmiographi in congerendis exemplis ex utriusque linguæ scriptoribus. Nos quoque uulgò dicimus *Il fior della giouentù. Nel fior de gli anni.* ἀοιδῶν ἄνθος. i. Poëtarum florem, appellauit Simonides Sophoclem in Epigramm. εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον. i. Clarorum progenitorum florem. Pinda. de Therone Agrigentino Olymp. Ode 2. Et Catullus ad Puerum.

Fior della giouentù.

O, qui flosculus es iuuenculorum, &c.

Si plura desideras, consule Adagiorum uolumen. Hinc mihi in mentem uenit his meis nugis huiusmodi Titulum præfigere.

Diuorar le pietre.

302 In uoracem, & qui nulli cuiuscunque generis cibo parceret. *E' diuorerebbe le pietre.* καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοι. i. Vel Bætylum uoraret. Bætylus nuncupatus fuit lapis, quem Saturnus pro Ioue deuorauit. Hesychi.

Non l'ho sognato.

303 Quando significare uolumus, nos non solùm tale quidpiam non fecisse, sed nunquam etiam nobis in mentem uenisse, dicimus. *Non l'ho ne pur sognato.* οὐδ' ὄναρ. i. Ne per somnium quidem. Lucia. De his, qui merce. cond.

304 Quod uulgò dicimus de eo, qui per ætatem, usúmque rerum, fugiendorum, atque expetendorum iam delectum habere potest, *E' conosce il*

bene, e'l male; Ab Homero prius dictum erat, ἐσθλά τε, καὶ τὰ χέρεια οἶδε. i. Nouit mala, & bona. In Odyss. *Conosce il bene, e'l male.*

305 Affirmantes, proculdubio euenturum esse aliquid, quod ab alijs non credatur, nobísque molestum futurum sit, dicere solemus: *Così auess'io a dir le bugie.* ὤφελον ψευδόμαντις ἀποφανθεῖν. i. Vtinam mendax uates inueniar. Heliod. *Auess'io a dir le bugie.*

306 Interdum euenit, ut in aliquorum commercio quidpiam proponatur agendum, puta Florentiæ, ut exercitationis caussâ petantur Fæsulæ: si plures id approbare uideantur, statim ab aliquo ipsorum dicitur: *I più vincono:* τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ. i. Plurium calculus uincit. Parœmiogr. *I più uincono.*

307 De eo, qui animum non aduertit rebus, quæ dicuntur, sed longè diuersa cogitat, dicere solemus. *Non è quì.* παρὼν ἀποδημεῖ. i. Præsens abest. Parœmiogr. Præsens non adest. Plau. νοῦς ὁ ξένος. i. Mens peregrina. Aristopha. in Equit. Domi non est. Latini passim. *Non è quì.*

308 Negocium inextricabile nacti, extricationem quasi desperantes, ad illud confugimus; *Non ne trouerebbe la uia Vacquatiù.* οὐδ' Ἐξηκεστίδης ἂν εὕροι τὴν ὁδόν. i. Ne Execestides quidem uiam inuenerit. Aristophan. in Auibus. *Non ne trouerebbe la uia, &c.*

309 Siquis v.g. in longinquam, barbarámque regionem profectus sit, & id inuitus fecerit, interrogatus, an eò libenter uenerit, respondere solet. *Volentieri con le lagrime su gli occhi.* ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. i. Volens nolenti animo. Home. Prædicto non admodum dissimilia. *Andar, come la biscia allo'ncanto. Accettar uolentieri, come l'asino la soma.* *Volentieri con le lagrime su gli occhi.*

310 Quod nos: *Di bocca all'orso*: Græci ἐκ λύκου στόματος. i. Ex ore lupi. Vbi quidpiam recuperatum est, quod iam perijsse uidebatur. Diogenia. *Di bocca al l'orso.*

311 Quando uidemus, rem malè partam, malè dísperijsse, dicere consueuimus. *E' tornata per la medesima strada, ch'ella venne.* ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἔνθ' ἔβη. i. Salis onus, unde uenerat, illuc abijt. Parœmiogr. *Tornata per la medesima strada, &c.*

312 De eo, qui aliquem nouercali odio prosequitur, æquè odit scilicet, atque Orci portas, vt est in prouerbio; *E' gli uuol mal di morte.* Ex eo Hom. Ilia. Γ. ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ. i.

Sic erat exosus, veluti mors omnibus atra. *Vuol mal di morte.*

313 Quando fit aliquid, non multâ adhibitâ arte, vel diligentiâ, dicimus; *Alla grossolana* παχύτερον. i. Crassiùs. Agellius lib. 14. cap. 1. Latini; Crassâ Mineruâ. Pingui Mineruâ. Crassiore Musâ. Parœmiogra. *Alla grossolana.*

314 Hoc significamus, nos in aliquâ re omni labore, atque industriâ usuros esse; *Mi aiuterò con le mani, e co' piedi.* χερσίν τε, ποσίν τε. Home. Ilia. Υ. Manibus, pedibúsque. Teren. in Andriâ. *Cō le mani, e co' piedi.*

315 Qui ea nobis commemorat, vel, nobis præsentibus, de illis meminit, unde magnopere urimur, dici solet; *Rinfrescar le piaghe. Stuzzicar la piaga.* θίγειν τὸ ἕλκος. i. Tangere ulcus. Parœmiogr.

Stuzzicar la piaga.

316 Ex his Antiphanis versibus εἰς μέθην:

—Κρύψαι, φειδία,
ἅπαντα τ' ἄλλα τὶς δύναιτ' ἂν πλὴν δυοῖν,
οἶνόν τε πινών, εἰς ἔρωτ' ἐμπεσών. i.
-- occultare, Phidia,
Omnia alia posset aliquis præter duo;
Aut cum vinum bibit, aut cum in amorem incidit.

Ex his, inquam, consentiunt viri doctissimi, traxisse originem versiculum illum prouerbialem.

Amore, e tossa non si può celare.

P. Victo. vari. lect. lib. 18. cap. 23. Effertur etiam.

Amor, rogna, ne tossa
Non si può tener nascosta. Et
Amore, e tossa, e rogna
Celar non ti bisogna,

Amore e tossa, &c.

317 Quando aliquid magnâ celeritate peractum esse, denotare uolumus, dici solet. *In un batter d'occhio.* ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. i. In ictu oculi. D. Paul. in Episto. Vide Petrar. in Canti. 19. Et Tetradecastico 179. Vbi *Vna riuolta d'occhi, & vn batter d'occhio* rem velocissimâ, breuissimâq; denotant. Huic eædem, vel similes sunt formulæ illæ frequentes & in scriptis, & in dictis. *In vn baleno.* Vnde Dant. Parad. Cant. 25.

In vn batter d'occhio.

Mentr' io diceua, dentro al uiuo seno
Di quello 'ncendio tremolaua vn lampo
Subito, e spesso, a guisa di baleno.

Et Inf. Cant. 22.

Talor così ad alleggiar la pena.
Mostraua alcun de' peccatori 'l dosso,
E nascondeua, in men, che non balena.

Tu non aurest detto; Dio aiutami. Non ebbe tempo a dir Giesù. Quibus congruunt;

Vn' ammen non saria potuto dirsi
Tosto così, com' ei furo spariti. Dant. Inf. Cant. 16. Et Cant. 24.
Ne, o, si tosto mai, ne, i, si scrisse,
Com' ei s'accese, e arse, e cener tutto
Conuenne, che, cascando, diuenisse.

318 Vtrique significare volentes e.c. prædium non longè ab urbe distare; dicimus; *E' su le porte.* περὶ τὰς θύρας. i. In foribus. Plutar. Dicimus etiam; *E' c' è quattro passi. C' è due dita.*

E' su le porte.

319 In hominem, qui ui deatur penitus ingenio carere, *Tu non hai ceruello.* κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχουσα. i. Caput vacuum cerebro. Parœmiogra. Boccacius dixit ænigmaticè; *Mona zucca al vento,* de quo alibi.

Non hai ceruello.

Ancil-

320 Ancillæ v.g. significare uolentes, ne pauxillum quidem panis domi reliquum esse factum, dicere solent; *Non n'è rimasto boccone.* οὐδ' ἔγκαφος λέλειπται. i. Ne bolus quidē relictus. Eupolidis, citante Eusta. in 3. Odys.

Non ne rimase boccone.

321 Pro eo, quod nos de puero, quem in dies ualdè excrescere significamus, dicere consueuimus; *E' cresce a giornate*, Græci non admodum diuersè, πήχεσιν αὐξάνεται. i. Cubitis adolescit. Apud Eunapium Sardia.

Cresce a giornate.

322 Significare volentes, aliquem auidiùs quidpiam desiderare, dicimus; *L'aspetta a bocca aperta.* λάρος κεχηνώς. i. Larus hians. Aristoph. in Equit.

Aspetta a bocca aperta.

323 Cum uerba signa sint eorum, quæ sunt in animo, vt ex his Philosophi; ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. i. Sunt igitur ea, quæ sunt in uoce, earum, quæ in animà sunt, affectionum signa. Hinc nos, si quem stulti aliquid proferre audiamus, in eum iactare solemus. *I pazzi parlan da pazzi.* μωρὰ μωρὸς λέγει. i. Stultus stulta loquitur. Euripi. in Bacchi. apud Stobæum. Hinc etiam, cum per orationem hominum mores, ut per tinnitum vasa, cognoscantur, a nobis di-

I pazzi parlan da pazzi.

324 ci solet. † *Se vuoi conoscere un, fallo parlare.* cum quo optimè congruit Menandri versiculus celeberrimus:

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. i.

Hominis figura ex oratione cognoscitur. Et breuiùs. Sermo hominis index. ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς τῆς ψυχῆς ἐκτίθησι σχῆμα. i. Oratio quasi bonus figulus animi formam effingit, & profert. Demonax. Et Leosth. Coluan. Animus cuiusque sermone reuelatur. Huc pertinere videtur illud Dantis, sed generaliùs prolatum;

Deh bella Donna, ch' a' raggi d'amore
Ti scaldi, s' i' uo' credere a' sembianti,
Che soglion esser testimon del cuore,
Vegnati voglia, &c. Purg. Cant. 28.

Se vuoi conoscer uno, &c.

325 Quod nostræ mulieres inquiunt de cibis quàm maximè delicatis, in quibus aptandis coquus non mediocrem adhibuerit diligentiam; unde cuilibet palatũ excitare valeant, ut e.c. de turdis; *E' dicon mangiami mangiami*; optimè congruit versiculis Comici Pherecratis:

ὀπταὶ κίχλαι γὰρ ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι
περὶ τὸ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν. i
Assati enim turdi adhuc feruentes, conditi,
Circum os aduolant, supplicantes, ut deuorentur.

Dicon mãgiami mangiami.

326 Si quis v.g. improbitatem alicuius, quem optimè nouerimus, manifestam nobis facere velit, dicere solemus. *Tu non mi dì cosa nuoua. Tu lo dì*
327 *a unche lo sà*, οὐ καινὸν εἶπας. i. Nil noui dixisti. Euripid. † λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην. i. Loqueris ei, qui rem optimè callet. Memorem mones. Doctum doces. Plautus. Teren. Vide Parœmiogra.

Non mi dì cosa nuoua. Lo dì a uno che lo sà.

328 De eo, qui nullum laborem amicorum caussâ subterfugit, sed pro ipsis quoduis libenti animo ferret, dicimus: *Egli è per l'amico* φίλων φίλος. i.

E' per l'amico.

Amico

Amico amicus. Quod Apollodorus pleniori sententiâ; *μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους.* i. Solus nouit diligere amicos. Et Terent. Solus est homo amico amicus.

Discorrersi meglio, &c.

329 Cum consultatio moram desideret, atque animi tranquillitatem; fames autem, ut fertur, bilem in nasum conci:t: hinc deductum fuit illud notissimæ sententiæ; *Si discorre meglio a'corpo pieno. γαστρὸς ἀποπλείης, ἀμείνων βουλή.* i. Ventre pleno, melior consultatio. Plutar. in Sympo. lib.7.

Non si può ne leuar, ne porre.

330 De opere omnibus numeris absoluto dicimus; *Non ci si può, nè leuar nè porre. οὐκ ἀφελεῖν ἐστιν, οὔτε προσθεῖναι.* i. Nihil potest nec addi, nec adimi. Aristote. in Ethic. Nicoma. lib.2.

Chi è ricco, sa ogni cosa.

331 Iuxta Horatianam sententiam;

Et bene nummatum decorat Suadela, Venúsque.

Dicimus etiam nos; *Chi è ricco, sà ogni cosa; ὅσις δ' τυχῶν, πάντ' ἐπίσταται καλῶς.* i. Diues omnia rectè nouit. Euripi. Vide sup. in Adag. *Chi ha, è.*

Non sono indouino.

332 Quod dixit seruus Terentianus; Dauus sum, non Oedipus, reperitur etiam passim in scriptoribus simpliciter dictum; *οὐ μάντις εἰμὶ. οὔτοι πέφυκα μάντις.* i. Non sum uates. Et nos. *Io non sono indouino.* Euri. in Hippo. Coro. & in Hecu. Eodem pertinet illud obscurius. *Fammi indouino, ed'io ti farò ricco.*

Tutto per se.

333 In eum qui sibi vehementer placet, suisque tantùm commodis studet, dicimus. *Tutto per se. φίλαυτος.* i. Suiipsius amicus. Græci uulgò.

Farsi onore a' forastieri.

334 A Græcis etiam emanauit dictum illud, quando hospitibus assurgimus, ac potiorem locũ concedimus; *Si fa onore a' forestieri.* Menan. enim;

ξένον προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις ἔθος. i.
Mos est hominibus semper hospitem præferre.

Toccar con mano.

335 Quod nos dicimus; *Toccar con mano*; significantes, ipso contactu sentire; dicebatur a Græcis *πὺξ ταῖν χεροῖν λαβεῖν.* i. Pugno stringere. Pla.

Non si paga mai d'un uero.

336 In hominem omnino uanum, & qui nihil unquam ueri dicat, uulgò iactatur; *Non si paga mai d'un vero. οὐδ' ἂν ἄκων ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι.* i. Ne insciens quidem uerum dicit. Aeschines.

Accendersi il zolfanello.

337 De facie hominis, qui animi ardorem præ iracunuiâ, vel quouis alio affectu, uultus rubore præseferat, dicere solemus; *S'accenderebbe il zolfanello; καὶ λύχνον ἅψαις.* i. Vel lucernam incendas. Theocri. in Thyoni.

Nõ fare ad altri, &c.

338 Ex præceptis, quæ naturæ accepta referuntur, alterum est hoc utilissimum, vulgóque celeberrimum. *Non fare ad altri, che non vuoi per te. ὃ σὺ μισεῖς, ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς.* i. Quod tu odisti, alteri ne feceris. Et contra; Facito alijs, quæ ab alijs libens acciperes. Mure.

Aman-

339 *Amante non sia, chi coraggioso non è.* ἔρως δειλίας οὐκ ἀνέχεται. i. Cupido ignauiam non sustinet. Achill. Tati. lib. 2. Ouid. de Arte aman. lib. 2. Amor odit inerteis. Huc pertinet illud Menan. *Amante nõ sia, &c.*

ὅταν δ' ἐρῶντος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται. i.
Cum ab amante audaciam abstuleris, actum est.

340 Hoc quasi ænigmate monemus, siquis uxorem ducturus, vel asinos, bouésque, & huiusmodi empturus sit, omnium esse tutissimum, vt cum suis uicinis contrahat: *Asini, donne, e buoi, &c.*

Asini, donne, e buoi,
Non t'allontanar da' tuoi. Et apertiùs.
Moglie, e ronzino
Piglia dal vicino.

De uxore præter ea, quæ sunt apud Hesiodum notissima, extat in Menandri fragmentis;

γαμεῖν δ' ὁ μέλλων, βλέψον εἰς τοὺς γείτονας. i.
Vxorem ducturus, in uicinos respicias.

341 ῥήγνυσθαι quempiam Græci dicebant ὑπὸ πλησμονῆς. i. rumpi, qui præter modum comedisset, ac nimio cibo se impléssct, ut nos quoque patrio sermone loquimur, cum huiuscemodi aliquem, uoracem hominem, & heluonem notare uolumus. Vict. Var. lect. lib. 27. cap. 20. Vulgò dicimus; *Egli ha pappato tanto, ch'egli scoppia.* *Scoppiare.*

342 De uiro validissimo, ac laborum tolerantissimo; *Vn altro Orlando.* ἄλλος Ἡρακλῆς. i. Alter Hercules. Arist. in Ethic. ad Eude. lib. 7. *Vn' altr' Orlando.*

343 In eum, qui inter sordeis, atque impuritates libentissimè uersari, inq; dies pinguior fieri uidetur, dicitur a uulgo. *Egl' ingrassa nel litame.* ἐν κοπρίῃσιν ἥμενος πιαίνεται. i. In stercore sedens, pinguescit. Simonides. *Ingrassar nel litame.*

344 Multæ etiam facetæ loquendi formulæ, quibus Etrusca lingua omnium maximè affluit, exemplo non carent; ut illa, qua utimur, cum uideri uolumus, quod dictum est, corrigere,; & aliud verbum, quod idẽ pollet, uel potius magis lædit, vsurpamus. *Non l'ha rubato, l'ha tolto.* οὐ κέκλοφε, ἀλλ' ἥρπακε. i. Non furatus est, sed rapuit. Aristopha. *Non l'ha rubato, &c.*

345 Siquis doleat, se ab aliquo læsum esse, quem sibi beneuolum existimabat, εἰρωνικῶς ipsi dicere solemus. *Lo fa pel ben, ch'e' ti uuole.* εὔνους σφάκτης. i. Beneuolus trucidator. Zenodo. *Lo fa pel ben, ch'e' ti uuole.*

346 Cum Græci imprecari exitium vellent, & mortem anno uertente citeriorem, hanc loquendi formulam usurpabant: μὴ ὥρασιν, uel, μὴ ὥρας ἱκοίμην, εἴ τι τοιοῦτον ἔπραξα. i. Peream anno citiùs, si quid tale feci. Quod nos ferè ad uerbum. *Che io non arriui a quest' altr' anno, se io l'ho fatto.* Latini simpliciter dicerent; Male peream, vel, Dispeream, si quid tale patraui. Græca exempla sunt apud Lucia. & Aristopha. ut notauit Casaubo. in Athenæ. lib. 2. ca. 4. *Che io non arriui a domane.*

Tener le mani a ſe.

347 Ex Victorio in Demetrium. Illi, quod Demoſthenes inquit; εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν. i. Intus manum habere; reſpondet, ut opinor, id, quod nos patrio ſermone dicimus; *Tener le mani a ſe:* nam & de ijs, qui continenter viuunt, dicitur; & de illis, qui manus abſtinent alieno. Et inf. diceremus etiam nos de aliquo, qui nullis muneribus fidem ſuam labefactari pateretur: quod, ut obijcit ei Demoſthenes, in legatione obeundâ non fecerat Æſchines. Hactenus Victorius. Adde, nos dicere, eos, qui alieno non abſtinent, *Giucar di mano*; Quod Catullus dixit; Manu ſiniſtrâ vti; in eo Epigram.

Marrucine Aſini, manu ſiniſtrâ
Non bellè uteris in ioco, atque uino:
Tollis lintea negligentiorum.

Paſſa i termini.

348 In illum, qui, nullo ſeruato decoro, immodicè, atque indecenter quidpiam vel dicit, uel facit: *E' paſſa i termini.* ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷ. Vltra ſepta tranſilit. Suidas.

E' me' qualche coſa, &c.

349 Quando habere non licet, quod uellemus, accipiendum eſſe, quod poſſumus, hoc dicto admonemur: *E' me' qualche coſa, che nonnulla.*

-- τοῦ λαβεῖν μηδὲν
τὸ λαβεῖν ἔλαττον πλεῖόν ἐστιν. i.
Minus acceptum multò plus eſt, quàm nihil. Menan. apud Stobæ. Parum accipere plus eſt, quàm nihil omnino.

E' per la buona.

350 De eo, qui rectam uiam tenet, negocia e. g. curans, & ab honeſto, non recedens, dici ſolet. *Egli è per la buona. E' ſu la peſta.* τὴν ὀρθὴν βαδίζει ὁδόν. i. Rectam viam ingreditur. Ariſti. in Pericle.

Pagoneggiarſi.

351 Eum, quem impenſiùs ſua delectat forma quique per vrbem incedens, ſe notandum in modum circumſpectat, dicimus; *Pagoneggiarſi;* καθάπερ τὸν ταὼν περιαθρεῖν ἑαυτόν. i. Tanquam pauonem ſe circumſpectare. Syneſius de Dione Pruſiæo Sophiſtâ.

Di cattiuo pricipio, etc.

352 Quando quidpiam malis rationibus inchoatum, infœlicem ſortitur exitum, dicere conſueuimus: *Di cattiuo principio cattiua fine;* ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν. i. Mali principij malus finis. Aeolus poëta.

E' cieco de gli occhi, &c.

353 Si quem cæcum, non oculis tantùm, ſed etiam mente captum eſſe, affirmare uelimus, in hunc iactari ſolet. *Tu ſe cieco de gli occhi, e del ceruello.* τυφλὸς τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ. i. Et mente, & oculis cæcus es. Sophoc. in Oedip. Tyran. Similis eſt huic locus ille Dantis Purgat. Cantic. 18.

Perche ſuo figlio mal del corpo intero,
E della mente peggio:

354 Apud nos etiam ſolet aliquis ſenex laudator, vt inquit Flaccus, temporis acti.

Se puero, cenſor, caſtigatórque minorum,

iuue-

iuuenem aliquo uitio uolens reprehendere, post multam orationem hoc proferre. *Io sono stato giouane anch'io:* καίτοι νέος ποτ᾽ ἐγενόμην κἀγώ. i. Ego quoque aliquando iuuenis fui. *Sono stato giouane anch'io.*

355 Siquis imperiosus homo grauiora nobis onera imponere uideatur, sic, eius imprudentiam castigantes, dicere solemus: *Comandate cose, che si possin fare.* τῶν δυνατῶν τι κέλευε. i. Iube factu procliuia. Ex Teleclide, Atheniensi. *Comandate cose, che si possan fare.*

356 Quod nos, bene ominantes in re quapiam aggrediendâ, dicimus: *In buon'ora. Col nome di Dio. Dio ce ne dia a far bene.* Et Venetijs; *Con buona uentura.* Item quod bibituro præfamur. *Buon prò ti faccia;* dicebatur a Græcis; ἀγαθοῦ δαίμονος. i. Bonæ fortunæ. Boni Genij. Aristophanes in Equiti: & alibi. σὺν δὲ θεοὶ μάκαρες. i. Adsint Dij beati. Apud Zenodotū. Romani dicebant. Fœlix, faustum, fortunatúmque sit. *Col nome di Dio.*

357 Proterere, conculcare, & omni prorsus dignitate spoliare, significare volentes, dicimus; *Mettersi sotto i piedi.* ὑπὸ πόδας τίθεσθαι. i. Sub pedibus ponere. Notat ex Plutarcho P. Victo. Vari. lecti. lib. 15. cap. 4. Hîc addere possemus non longè dissimilia λὰξ πατεῖν. i. Calcibus proterere. Aeschy. Et Sopho. in Phœdrâ, citante Stobæo λάγδην πατεῖν. Item Apollo. Rho. λὰξ ἐπιβαίνειν, i. Calcibus insultare. Vide Parœmiographos. *Mettersi sotto i piedi.*

358 Idem Victo. ibidem lib. 22. cap. 14. affert huiusmodi locos. In quo tu, acceptâ tamen, & deuoratâ pecuniâ Vrinacorum, centum talenta euomere non poteras. Cic. in L. Pisonem

-- sta sis illico;
Atque argentum properè propera vomere.

Plau. in Curcul. Et

ἐγᾦδ᾽ ἐφ᾽ ᾧγε τὸ κέαρ δ᾽ εὐφράνθην ἰδὼν,
τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξήμεσε.

Deinde subdit. Nos quoque patrio nostro sermone ita loquimur, verbúmque inde mutuamur, cum minamur alicui, nos effecturos, ut pecuniam improbè partam, surreptámque reddat: plureis enim ornatus nostra oratio communeis ipsi cum Græco, Latinóque sermone habet. Hæc Victo. Vulgò dicimus; *Tu gli receras.* Quod Græcè ἐξεμέσεις. *gli Recerà.*

359 Quando significare volumus, aliquem nec pudenda quidem esse contectum, dicimus; *Egli è gnudo nato, E, come Dio lo fece.* γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός. i. Nudus tanquam ex matre. Parœmiogra. *E' come Dio lo fece.*

360 Aliquem admonentes, vt fugiat quidem auaritiam, sed sibi a prodigalitate caueat, dicere quidam solent.

Ama'l tuo, come mortale;
Vsal poi, come immortale.

ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων. i.

Vtere diuitijs, vt morti proximus: idem

Ama'l tuo come mortale, &c.

Tanquam uicturus parce tuis opibus.

Vertit Alciatus ex Antholog. Et Ausonius ex Menandro.

Re fruere, ut natus mortalis: dilige sed rem
Tanquam immortalis: sors est in utroque verenda.

361 Cum significare volumus e.g. nullum esse seruum tam futilem, quin præter uictum etiam alicuius salarij dignus sit, dicere solemus. *Le spese insino'l can se le guadagna*: ad illud fortasse respicientes, quod est apud Suidam; ἄξια ἡ κύων τοῦ βρώματος. i. Digna canis pabulo. Effertur in simili proposito; *Ogni uccello è buon pel becco suo*.

362 Homo insigniter eruditus, & præcipuè poëta egregius appellatur alicubi; *Il rusignuol delle Muse*, ἀηδὼν μουσῶν. i. Musarum luscinia. Euripi. in Palame.

363 In hominem inutilem, qui nihil aliud, quàm ociosè uiuit; *Non è buon, se non a mangiare*; ἔργον μόνον ἐσθίειν ἐπίσταται. i. Comedere solùm nouit. Et obscurius. βοῦς ἐν αὐλίῳ. i. Bos in stabulo. Meminit Hesychi.

364 Obseruandam occasionem, ipsáque utendum; *Sappi conoscere il tempo*; γνῶθι καιρόν. i. Nosce tempus. Sapientis Apophthegma. Illud etiam huc pertinet. *Da le uele al uento, quand' è in tuo fauore*.

Reliqua per se patent.

365 *Chi ha orecchi, intenda,*
E, chi ha danari, spenda.

ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. i. Qui habet aureis ad audiẽdum, audiat. D. Lucas in Euang. cap. 8. & 14. εἴτις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω. Siquis habet aureis, audiat. Ioan. In Apocaly. c. 13. Quæ sententiæ satis nostrum adagium explicant: nam τὸ *E chi ha danari spenda*; potius uenustatis gratiâ (quod interdũ a nobis fieri solere supra innuimus) quàm ꝙ aliqd noui afferat, additũ est.

366 *S'è piace a te, e' piace anche a me*; εἰ σοὶ τοῦτο φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν. i. Si tibi amicum, nec mihi inimicum. Aristæn. Epist. 21. lib. 1. Supra etiam meminimus ex Platonis Theæte.

367 *Vn' altro non le sognerebbe si fatte cose*. τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἦλθεν ἄλλῳ. i. Hoc alteri ne per somnium quidem in mentem ueniret. Moschus Edyll. 3. De rebus auditu absurdis, nedum factu.

368 *Nero, com' un calabrone*. κανθάρου μελάντερος. i. Scarabeo nigrior. Parœmiograph.

369 *Più astuto d'un birro*. κανθάρου πανουργότερος. i. Cantharo astutior. Zeno, qui inquit, fuisse Athenis quendam cauponem nomine Cantharum ueteratorem, atque impostorem. † Huic simile; *Più cattiuo d'un famiglio dotto*.

370

10. *Vna mozzina.* ἀποσφάγημα ἀλώπεκος. i. Vulpis reliquiæ. Eupolis in fabulâ, cui Titulus; Aureum genus.

371 In eum, qui sibi mali fontem peperit. *Duolti di te.* μέμφε σεαυτόν. i. Increpa teipsum Ex Gabriæ fabellâ;

φραγμὸς ἀλώπηξ ὡς ὑπερβαίνειν θέλει,
ὀλισθάνουσα, καὶ βάτε δεδραγμένη,
ἔξυσε πέλμα, λοιδορεῖ δὲ τὴν βάτον.
μέμφε σεαυτὴν, μὴ μέ, τὴρ κεῖνος φάτο. i.
Cum vellet vulpes sepem transilire,
Lapsa, ac rubo innixa,
Sauciauit plantam; unde rubo conuicia ingerit.
Increpa teipsam, non me, ille ait. Huc pertinet;

οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς ἁλίσκῃ. i. Teneris non aliorum, sed tuis ipsius technis. Citatur ab Athen. lib. 11. cap. 12.

372 *Dì il uero, e non fallirai.* λέγων τ' ἀληθὲς, οὐ σφάλλῃ ποτέ. i. Vera dicens, non
373 erraueris. Apud Stobæ. Serm. 13. † Hinc celeberrima γνώμη, *Il uero si de' sempre dire.* σιωπᾶν τάγε δίκαι' οὐ χρήποτε. i.

Quæ iusta sunt, tacere haud vnquam conuenit. in Græc. Collect.

Chi dorme, sogna. ἀνὴρ ὑπνώδης, εὑρετὴς ὀνειράτων. i. Vir somnolentus inuenit somnia. Nazianz.

375 *Al male*
Fagli male.

ἀπολέσειας κακὸν κακῶς. i. Malum malè perdas. Demosth. κακὸν ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν. i. Virum malum decet male pati. Eurip. apud Stob. Ser. 44.

376 *Stare intorato.* ταυρηδὸν βλέπειν. i. Tauricum tueri. Aristoph. in Ranis. Simile illi; *Guardare a stracciasacco.* De quo lib. 6.

377 *Oue alcun non contrasta, facile è la vittoria.* ῥᾶστον μόνον δρόμον κρατεῖν. i. Facillimum est solum currentem vincere.

378 *Chi la fa, l'aspetti.* Et interdum pleniori sententiâ. *Chi la fa l'aspetti, e chi s'adira, ha'l torto.* ὑβρίζοντά τι, καὶ παθεῖν ἔοικε. i. Contumeliosè quidpiā agentē, pati quoque conuenit. Pind. apud Stob. Huc respexit Petrar.

... chi prende diletto di far frode,
Non si de' lamentar, s'altri lo 'nganna.

379 *Le leggi gouernano il mondo.*

νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται, καὶ κρίνεται. i.
Lege omnia fiunt, ac iudicantur. Menand.

380 *Chi non ha nauigato, non sa, che si sia male.*

ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν. i.
Qui non nauigauit, nihil mali uidit. Posidippus Comi. Hoc sen

sit Sosia Terentianus; propterea dicebat conseruo suo.

Non hercle, Parmeno, verbis dici potest
Tantùm, quàm re ipsâ nauigare incommodum est.
Par. Itáne est? So. O, fortunate, nescis quid mali
Prætericris, qui nunquam es ingressus mare. &c. In Hecyrâ.

381 *A pett' a quello quest' è vn zucchero.* τοῦτο μέν ἐστι πρὸς κεῖνον μέλι. i. Hoc cum illo comparatum mel est. Alexis Comi.

382 *Non posso, ne andar, ne stare.* ἄνεμος οὔτε μίμνειν, uel, μένειν, οὔτε πλεῖν ἐᾷ. i. Ventus nec manere, nec progredi sinit. Philoctetes apud Aeschylum. Aristenæ. in Episto. 27. lib. 1. Dicimus etiam: *Non posso nè andare innanzi, nè tornare a dietro.* οὔτε προϊέναι πορρώτερον, οὔτε ἀναστρέφειν δύναμαι. i. Nec porrò progredi, nec pedem referre possum. Diod.

383 *La seruitù non piace a nessuno.* οὐδεὶς ἑκὼν δουλεύειν βούλεται. i. Nemo se libenter in seruitutem conijcit. Aristi. In Sicularum priori.

384 *Fu prima fatto, che detto.* θᾶττον λόγου ταῦτα ἐπράττετο. i. Dicto citiùs hæc facta sunt. Greg. Presby.

385 *Più timido d'un coniglio.* δειλότερος τῶν λαγωῶν. i. Leporibus timidior. Lucia. ἐλάφειος ἀνήρ. i. Ceruinus homo. Parœmiogr.

386 *M'entrò per vn'orecchio, e vscì per l'altro.* τὰ λεχθέντα τῷ μὲν δεξιῷ τοῖς ὠτοῖν ἠκροασάμην, θατέρῳ δὲ παραχρῆμα ἐξερρύη. i. Dicta, aure dextrâ excepta, statim sinistrâ exciderunt. Aristæn. lib. 1. Epist. 24.

387 *La donna è la maggior bestia del mondo.*

πολλῶν κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων
ὄντων μέγιστόν ἐστι θηρίον γυνή.
Cum multæ in terrâ, marique feræ sint,
Omnium maxima mulier fera est. Menan.

Si nostrum ex amussim uis repræsentare, omitte primum uersiculum.

388 ἀκινητότερος ἀνδριάντος. i. Statuâ immobilior. Vt nos; *E' pareua vna statua.* Euna. in Maxi.

389 *L'acqua, e'l popolo non si può tenere.*

λαὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀκατάσχετα πάντα. i.
Populus aqua, & ignis retineri non possunt. Phocyli.

Eodem pertinet;

A fummo, acqua, e fuoco
Tosto si fa luoco.

390 *Molti bennati tralignano.*

πολλοὶ μὲν, ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶ κακοί. i.
Multi, claris orti parentibus, sunt degeneres. Eurip. Dissimilis filius plerunque generatur. In Notis Corbinelli ad Cassiodo. Et Dantes Purg. Cant. 7.

Rade volte risurge per li rami
L'humana probitate: e questo vuole
Quei, che la da, perche da lui si chiami.

391 *Nouelle di donne. Ciance di donne. Cose da dire a vegghia.* γραῶν ὕθλος. i. Anicularum deliramenta. Plato in Theæte.

392 *Cercar per tutti i fessi.* πᾶσιν ἴχνεσιν ζητεῖν. i. Omnibus vestigijs inquirere. Paræmiogra. Brunettus in Epitaphio dixit; *Andar caendo col fuscellino.* Et nos hodie; *Cercar col fuscellino.*

393 *Spiccar col dente.* ἐκ τῆς γῆς λαβεῖν. i. Ex terrâ capere. Originem traxit a fabellâ ouium, cum pastore conquerentium, quòd canis copiosè aleretur, qui nullam ipsi præbebat utilitatem; ipsæ verò, quæ maximam ferrent, nihil caperent, nisi quod morsu sumpsissent e terrâ. Vide P. Victor. Var.lect. lib.35. cap.21.

394 *I pensieri fanno inuecchiare.* ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν. i. In rebus aduersis mortales senescunt. Ex Home. Apertiùs nostro congruit illud Silentiarii. φροντίδες πολιοκρόταφοι. De quo sup. p.49.

395 *Mare, fuoco, e femmina; tre male cose.*
θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνή, κακὰ τρία. i.
Ignis, mare, mulier, tria mala. Menan.

396 *Non ho nessun per me.* ἄνθρωπον οὐκ ἔχω. i. Hominem non habeo. D. Ioan. Euang. cap.5.

397 *Stanno come porci.* ὑώδης βίος. i. Vita suilla. In spurcum uiuendi genus. Clemens.

398 *Bisogna far col suo.* ἐργάζευ, μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς. i. Opus fac, allaborans, ut de proprijs uiuas. Phocyl. Et breuiùs ex eodem; ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. i. Ex iustè partis viue.

399 *Sempre imparo.*
γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. i.
Senesco semper multa discens. Solon in Eleg.

400 *Sempre di male in peggio.* ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον τὰ πράγματα ῥέπει. i. Res in dies in peius ruunt. Basil. -- sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri. Virgil.
Huc respexit Dant. Parad. Cant.21.
Che pur di male in peggio si trauasa. Et Sannazarus.
O pura fede, o dolce vsanza vetera;
Or conosco ben'io, che'l mondo instabile
Tanto peggiora più, quanto più inuetera.

FLORIS
ITALICAE LINGVAE
LIBER QVARTVS.

QVOD tria Europæ eloquia, Gallicum, Hiſpanum, atque Italum maximam cum Latino Cognationem habeant, a nemine cenſeo in dubium uocari poſſe. Vtrum uerò ex Latini ſermonis corruptione noſtrum cum reliquis exortum ſit, an antea quoque rudi ſaltem ratione uſurparetur, ipſe profectò ſententiam meã in mediũ proferre non auſim. Aſſero quidem, me in paucis Antiquorũ Fragmentis multa reperiſſe, quorũ maior pars, ut dixit Iuſtinianus, ab aulâ receſſit, & tamen noſtris quàm ſimillima eſſe conſpiciũtur. De his igitur iudicent ſapientiores, & qui ſuſpicionẽ gignere non poſſunt: mihi ſatis erit non uerbis, ſed reipsâ conari alijs probare, in quod a principio animũ intendi. Sed antequam, aggrediar Catalogum quarundã non uulgarium dictionum, quæ ex Romanis Etruſcæ effectæ ſunt, ut illius, quod in Præfatione propoſui, aliqua fiat probatio, propono breue exemplum nonnullarum uocum, quas Græcos, ac Latinos a Barbaris deſumpſiſſe lectitando obiter obſeruaui. Siquis autem noſtris, ut pote pauciſſimis, non acquieſcit, conſulat Helleniſmum Angeli Caninij Anglarenſis: ibi enim quàm plurimæ ex diuerſis nationibus collatæ inueniuntur.

Græcæ Dictiones a Barbaris deſumptæ.

ἄγγαρος. i. Regius nuncius. Vox Perſica, ut teſtatur Heſychius, & Suidas. Accurſius, Angaros uox Perſica eſt, & ſignificat nuncium: unde Græci angarias deduxerunt, angaróſque appellabant baiulos, & onera ſubeunteis, ſicque nos hodie etiam ruſticos Tangaros [. i. *Tangheri*] uocamus. Hæc Alcia. in l. Neminem C. de Sacroſan. Eccleſi.

ἀρτάβη. i. Attaba genus menſuræ. De hac Herodotus lib. 1. Pollux. Suidas, & alij. Ab Ardab Perſicâ.

Gazophylacium arca eſt, ubi colliguntur in templa ea, quæ ad indigentiam pauperum mittũtur. Compoſitum eſt autem nomen ex linguâ Perſicâ, & Græcâ. Gaza enim linguâ Perſarum theſaurus, φυλακὴ Græcè cuſtodia interpretatur. Hæc Iſido. Origi. lib. 20. cap. 9.

βουνός. Tumulus. Lybicum eſſe uocabulum ſcribit Euſtath. in Odyſſ. & Herodo-

Herodotum esse usum pro lecto ex paleis, aut stramento. Pro tumulo utitur Philemo unus ex scriptoribus Comediȩ nouȩ. Phrynichus.

παρασάγγης. Vtitur sæpe Herodotus; utitur etiam Lucianus. De hac Parœmiographus; Parasangam Persæ triginta stadiorum spacium uocant. Idem approbat Budȩus. Sed Festus; Parasangæ apud Persas uiarum mensuræ.

Sciendum autem, quas voces origine Hebræas Latini habent, easdem & Græcas esse; quoniam literæ primùm ex Phœniciâ a Cadmo in Græciam latæ, deinde a Græcis ad nos peruenerunt: quod non in sacci dictione tantùm, sed & in perâ, Oceano, camelo, & similibus annotari potest. Hæc Alcia. in Parer. lib. 1. cap. 8. Caninius deducit Κάμηλος Græcorum a Gemal Punicâ.

Voces Romanæ, seu Latinæ à Barbaris.

Abbas. Vox Syra, quæ patrem significat. Alcia. in l. 1. C. de In ius vocan.

Aueo. Ab Iua. Hebræorum.

Ambactus. Vsus est Ennius; & Cæs. lib. 6. Bell. Gall. De qua Fest. Ambactus apud Ennium linguâ Gallicâ significat seruum.

Aurum a Sabinis, qui Ausum dicebant. Festus.

Benna, inquit Fest. linguâ Gallicâ genus est vehiculi. Vtitur Cato de Re rusti. cap. 23.

Cascus significat uetus. Eius origo Sabina, quæ vsque radices in Oscam linguam egit. Varro de Lin. Lat. lib. 6. Et Festus. Casnar senex dicitur Oscorum linguâ: Vnde Nonius Casnares senileis dixit.

Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos seruus famel nominabatur. Festus.

Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispaniâ duxisse originem audiui. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Hæres. Ab Iaras Hebræâ.

Inarime ab Arimis, siue populis, siue beluis, ita priscâ Etruscorum linguâ simias dictante, quas Græci πιθήκους vocant. Auctor Thesauri Latini.

Mantissa additamentum dicitur linguâ Tuscâ, quòd ponderi adijcitur; sed deterius, & quod sine ullo vsu est. Lucilius. Mantissa obsonia vincit. Festus. Mantissa ab Etruscis propriè dicitur *Tarantello*.

Meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius.

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter. Festus.

Adde, quæ tradit Alcia. in Parerg. lib. 2. cap. 29.

Nepa Afrorum linguâ sidus, quod Cancer appellatur, uel, vt quidam volunt, Scorpius. Plau.

Dabo me ad parietem, imitabor nepam. Fest.

Nepos luxuriosus a Thuscis dicitur: nam nepotes sunt luxuriosæ vitæ homines appellati, &c. Fest. Vnde Horat.

Discinctus aut perdam, vt nepos.

Phalæ, vel, ut alij scribunt, Falæ dictæ ab altitudine a falando; quod apud Etruscos significat cœlum. Fest. Et Noni. Falæ turres sunt ligneæ. Enni.

Malos defindunt, fiunt tabulata, phalaéque.

Satrapes,

Satrapes, qua utitur Terentius; Vox Persica, quæ præfectum significat. Vnde nos *Satrapo*.

Sollo Oscè dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius. Suasa quoque omnino dirimit, non solla dupondi. .i. non tota, &c. Festus. Solliferreo vsus est Liuius lib. 4. Bel. Maced. quod est genus teli; quasi totum ferreum.

Græcitas dicit ἄκρα: nos Rura: Illíne adauxerint nostrum, an nos detruncauerimus suum, incertum est, nec temerè affirmandum; nam prauus apud nos malæ significationis, cum apud Græcos bonæ sit. Galeottus Martius de Promiscuâ Doctrinâ cap. 6.

Vehia.i.traha. Vox origine Osca. Notant Lexicographi Latini.

Vidua, mulier viro orbata: a ve particulâ intensiuâ, vt quibusdam videtur, & antiquo verbo Iduare, quod olim Etruscis diuidere significabat. Macrob. Saturn. 1. c. 15. Et Var. de Lin. Lat. lib. 5. Eidus ab eo, quod Thusci Itus, vel potius, quod Sabini Eidus dicunt.

Vngulus Oscorum linguâ anulus. Fest. & Paulus Diaconus ex Pacuuio.

Zura vox Afrorum, teste Plinio, qui eam usurpat lib. 24. cap. 13. Et est paliuri semen.

Cur ergo mirum fuerit, vitioque vertendum, si nostri quoque ad Græcorũ, ac Latinorum imitationem aliquot voces, easque pulcriores præter Græcas, ac Romanas ex alijs linguis sibi asciuerunt? Enumerantur nonnullæ ab Illustriss. Bembo Prosarum lib. 1. quas a Gallis Narbonensibus (vulgò dicuntur *Prouenzali*) vult esse desumptas. Liber est notissimus, ac tritus omnium manibus, ideo non transcribo. Non paucas etiam ex Bembo, & alijs congerit P. F. Giambullarius in Opusculo suo, qui Gellus inscribitur; quas ab antiquis Etruscis, a Syriacis, Gallicis, Germanisque deducit. Earum verò, quæ ex Punico, ac Syriaco eloquio proferuntur a Caninio, quia non simul, sed sparsim inueniuntur in prædicto eius Opere, ideo quasdam inde huc exempli caussâ transferre non piguit.

Has linguæ Syriacæ acceptas refert Caninius.

Ambra. ab Ambar. *Botta*. Tabo. Per metathesin. *Bugia*. Budia. *Caraffa*. Garaba. *Cremesi*. Carmes. *Gaglioffo*, & *Gaglioffa*. a Gaiaf, & Gaiafa; quæ Adulterum, & Adulteram significant. *Gara*. Ghera. *Ghirlanda*. Guirnalda. *Guisa*. Ghisa. *Ronca*. Romcha. *Pezza*. Pitha. *Zana*. Thana.

Idem asserit, a Punicis has originem traxisse.

Alabarda, vel, vt vulgus, *Labarda*. ab Albarda. *Azzurro*. Azul. *Benda*. Bend. *Calappio*. Qelab. *Dogana*. Douen. *Fondaco*. Fondac. *Gabella*. Cabula. *Garbino*. Venti nomen. Garbi. *Guari*. Vare. *Leuto*, vel, *Liuto*. Alhud. *Magazzino*. Machzen. *Ragazzo*. a Rabaz: Quam ego antea censebam factam esse a uoce agaso. *Ragazzo* enim vetustioribus Etruscis idem est, atque agaso Latinis; Agaso autem est equos agens, idest minans. Inquit Festus. De nostrâ Dantes:

E non uidi giammai menare streggbia
A ragazzo aspettato da signorso.

Et

EtBoc.Fab.18. *Tutte quelle cose facendo, che a fante, o a ragazzo possono appartenere.* *Ricamo.* Rigma. Hinc *Ricamatore*, idest Phrygio. Qui Barbaricarius dicitur ab Imperatore in l. 1. C. de Excusa. Artif. lib. 10. & in l. Scrinijs in fi. C. de Palatinis sacra. largi. lib. 12. Idem a nobis appellatur, *Banderaio.* *Schiera.* Asqer. *Scilocco.* Venti nomen. Sciarqi. *Tuffo.* Taf. *Vaccaro.* Baccar. Hinc etiam *Beccaro*; & Florentiæ vulgò *Beccaio*, idest Lanius. *Zibibbo.* Zabiba.

Alexander Medices Excellentissimi Vitalis F. ut omnium literarum, sic linguæ Hebraicæ optimè peritus, me docuit, nostram dictionem *Asa* fieri ab Hebræorum Apha. *Asa.*

Barboca Punicè dicitur meatus, & uia, & Italia *Barbacane* antemurale, ubi via est circa arcem, appellat. Galeottus Marti. *Barbacane.*

Suetonius, agens de Aulo Vitellio; cui Tolosæ nato cognomen in pueritiã *Becco* fuerat; id valet gallinacei rostrum. Nos etiam dicimus *Becco.* *Becco.*

Bottor est eminentia in cute, & tuberculum quoddam durum, & per totã Italiam *Bottoni* vocamus ansulas thoracis. Galeott. Mart. *Bottone.*

Guardia; & *Guardiani* apud Feudistas uoces notissimæ, quas Longobardicas dicunt. Vide Cuiaccium, & alios. *Guardia.*

Mathahaze Punicè; Italia uerò in linguâ uernaculâ *Matarazzo* nuncupat, est res de pilis caprarum facta, nos Latini huiusmodi vileis lectos grabatum, aut phormionem dicimus, a Græcis mutuati, uel ipsi a nobis, & cæt. Hæc Galeott. Mar. Ibidem. Alciatus verò in Comm. l. 234. de Verb. sign. Additur hîc, etiam stramenta contineri, quo nomine significatur omne, quod solo causâ quiescendi insternitur, vt storeæ, phormiones, paleæ, & mattæ: vnde & vulgò mattaracia uocamus. Etrusci *Materasso*, vel, *Materassa* nuncupant. *Materassa.*

Muschio. Moschum. Vox Arabum. Calepi.

Tarpare. a Tarap Hebræorum. Notat Ascan. Persi.

Dictionum Etruscarum, quæ nobis, ac Latinis, ut plurimùm antiquioribus, communes sunt, Index, ut censeo, notatione dignus.

A

Accecare. Occæcare. Columella.
Accettare. Acceptare. Plau. & in l. 44. Tit. 7. π. lib. 26.
Accia. Acia. Titinnius Comi. apud Nonium in u. Phrygia vestis.
Acconciare. Concinnare. Plau.
Accrescimento. Accrementum. Plinius.
Addolcire. Edulcare. Cn. Marius apud Noni.
Addoppiare. Adduplicare. Plau. in Pœnu.
Addormentarsi. Addormiscere; vel, Obdormiscere. Sueto.
Adunanza. Adunatio. A Græcis ἕνωσις. Diom. Gramma. lib. 1.
Affettuoso. Affectuosus. Macro. Satur. lib. 3. c. 15. παθητικός.
Affibbiare. Infibulare. Celsus.

Affogare. Effocare. Sene. Nobis est etiam Neutrum absolutum, vt in illo adagio; *Affogare alla Porticciuola.* In portu impingere. Paroemiogra.
Agricoltore. Agricultor. Liui. Et π. lib. 22. Tit. 3. l. 25.
Aiutare. Aiutare. Noni. in u. Aiutamini pro aiutate. Pacuuius in Chryse. Aiutamini, & defendite.
Aiuto. Adiutus, us. Macro. Sat. lib. 7. cap. 6.
Albereto. Arboretum. Agell. lib. 17. cap. 2.
Alido. Aridus. Omnes communiter.
Aliuare. Halitare. Diome. lib. 1. ex Ennio. Dicta prouerbialia; *E' non aliò; E' non fiatò.* Ne my quidem. Varro lib. 3. de linguâ Lat. οὐδὲ γρῦ. Ne gry quidem. Aristopha. in Pluto.
Allettare. Allectare. Cic.
Alluda. Aluta. Iul. Cæs.
Allume. Alumen, quia coloribus tingendis lumen præstet. Plin.
Allungare. Elongare. Plini.
Amareggiare. Amarefacere. Plau. in Trucu.
Amministrare. Administrare. Cice. Cæsar.
Ammutolire. Obmutescere. *Ammutare* dixit Dant. Purg. Can. 26.

Non altrimenti stupido si turba
Lo montanaro, e rimirando ammuta,
Quando rozzo, e saluatico s'inurba.

Andare. Andruare. Fest. in u. Redandruare.
Angoscia. Angustia. Omnes communiter.
Animoso. Animosus. Noni. in uoce Anima.
Anticipare. Anticipare posuerunt ueteres pro præuenire, hoc est antecapere. Noni.
Apertura. Apertura. l. 2. Tit. 5. π. lib. 28.
Appetibile. Appetibilis. Macro. & Apul.
Arra. Arra. Plau. in Pœn. Isid. lib. 5. c. 25. In multis Italiæ locis *Caparra* inquiunt.
Arrugginirsi. Rubiginari. Apule. Florido. lib. 3.
Ascella. Axilla. Nostrâ vtitur Dantes non semel.
Ascia. Ascia, & *Asciare.* Asciare. Vitru. lib. 7. c. 2. Exasciare. Plau.
Asinaio. Asinarius. Sueto. in Augu.
Assedio. Obsidium. Colum.
Assiuuoli. Asiones. Caninius.
Assentare. Absentare. Claudia. de Raptu Proserpi.
Assomigliare. Assimilare. Cic.
Assordare. Exurdare. Pli.
Audienza. Audientia. Plau. in Prolo. Pœnu.
Augurare. Augurare. Accius apud Non.
Auoltoio. Vulturius. Plau. Lucre.
Aumentare. Auctare. Plau. in Amphitr.
Auuerare. Verare. In Actiuâ significatione, ut nos, Sidonius.
Auuilire. Vilitare. i. Vilem facere. Nonius.

B

Badessa. Abbatissa. D. Hiero. de Modo viuendi.
Barca. Barca. Isid. lib. 19. cap. 1. Barca est, quæ cuncta nauis commercia ad litus

litus portat. *βάλλειν* uocari scribit Harmenopulus lib.2. Tit. περὶ ναυτικῶν. Adag. *Barca rotta, marinaro scapolo.* Dicitur v.g. De omni artifice, cui, quacunque de caussâ deficientibus instrumentis, ociari necesse sit. *Barca rotta, &c.*

Barbio. Barbus. De quo pisce Auso.

Liberior laxos exerces, barbe, natatus.

Battaglie. Battualia, quæ vulgò Battalia dicuntur, exercitationes militum, uel gladiatorum significant. Adam. Martyrius de Orthogra. Adag *Chi ha ceruel di vetro, non vadia a battaglia di sassi.* Quo monemus e.g. ne timidi, ac rerum imperiti aggrediantur negocia, ubi audacia, scientiaque opus est. Meminimus etiam lib.5. *Chi ha ceruello, &c.*

Battere. Batuere. Plau. in Casi.

Rimprouerare. Improperare. Plau. in Rùden.

Per Aphæresin, Sincopen, uel Apocopen.

Asse. Ab Asseres, qui ab asse dicuntur, quòd soli ponantur, neque coniuncti. Isid. lib. 19. c. 19. Sex. verò Pompeius. Asseres dicti, quòd assideant parieti, trabibúsque.
Bieco. Obliquus. Ouid. Plin.
Brina. Pruina. Cic. Virg.
Buscare. Æruscare. i. Vndique pecuniam corradere. Festus. Agell. li. 9. c. 2.
Cigna. Cingula. Ouid. de Rem. Amo.
Compagno. q. Compaganus, quòd sit eiusdem pagi.
Ergere, & Erto. Erigere, & Erectum.
Fantolino. Infantulus. i. puer, qui fari nondum bene nouit. *Fantino* etiam dixit in hoc sensu Dantes;

Non è fantin, che si subito rua
Col uolto uerso il latte, se si suegli
Molto tardato dall' usanza sua. Parad. cant. 30.

Fola. Fabula; Vnde versus prouerbialis ex Petrarchâ;
Sogno d'infermi, e fola di Romanzi.
De re absurdâ, nulláque ratione credibili.
Frale. Fragilis. i. debilis, fluxus, caducus. Cic. de Amic.
Fucina. Officina, locus, in quo artifices opera faciunt. Nostra propriè est fabri ferrarij.
Grembo. Gremium. Cic. Virg. & alij.
Greppo. Crepído, nis. i. saxum abruptum. Virg. in 10. in sententiâ non longè dissimili.
Lama. Lamina. Cæs. Cice.
Lattouare. Electuarium. Isido.
Lordo. Luridus. Hora. Ouid.
Netto. Nitidus. Passim.
Nosco, & Vosco, quibus antiqui communiter utuntur. A Nobiscum, & Vobiscum.
Orma. Norma. μεταφορικῶς.
Pendice. q. Appendix. Vtitur Cic.
Pesca. Persicum. De quo Plin. lib. 15. cap. 12.
Picciuolo. q. *pedicciuolo.* Pediculus. Var. de Re rust. lib. 1. cap. 8.
Porfido. Porphyrites. Plin. lib. 36. cap. 7.
Rame. q. Æramen.

Rio. Riuus. Virg. Hora. Ouid.
Ruggine. Rubigo, vel, ærugo. Plin. & alij.
Scanalato. Canaliculatus. Plin.
Scialbo. Exalbidus. Plin. lib. 24. cap. 19.
Sciagurato. q. Exauguratus. i. e ſacro profanus factus.
Scempio. Exemplum pro pœnâ.
Sciocco. Exuccus, qui eſt ſine ſucco. Sene. Quint.
Scuotere. Excutere. Communiter.
Scuro. Obſcurus. Notiſſima.
Segnale. Signaculum. Vlpia. in l. 1. ꝟ. lib. 16. tit. 3.
Sodo. Solidus. Ter. Cic. & alij.
Spiare. Explorare. Virg. non ſemel.
Spirazione. Inſpiratio. Iul. Firm. Math.
Stima. Æſtimia. Feſt. Pomp. in l. 12. Tabu.
Stimare. Æſtimare. i. iudicare. Ego tamen non fraudandum ſonum æſtimo ſuis literis. Velius Longus in Orthogr.
Strano, Straniero. Extraneus. q. exterraneus. i. ex alterâ terrâ. Feſtus.
Sugna. Axungia. Vide Plin. lib. 28. c. 6.
Compoſtum, Repoſtum, Porgite apud Ennium frequentiſſimæ; unde noſtræ. *Compoſto, Ripoſto, Porgete*.
Tenzone. Intentio. Sic enim Iacobus Corbi. in ſuis Notis ad Caſſio. Sed pugnis ſe quamlibet feruida laceſſebat intentio. Vnde *Tenzone, Tenzonare*, &c.

Per Metatheſin.

Argine. Agger.
Ciambellotto. Cymatilis. Cani.
Ciò. Hoc, uel, Hocce.
Coltrice. Culcitra.
Così. Sic.
Coſtinci. Iſthinc. Dant. Inf. cant. 12.
Ditel coſtinci, ſe non l'arco tiro.
Fiſchiare. Sifilate, pro quo deinde Latini uſurpârunt Sibilare. Noni.
Lici. Illic. Dant. Inf. Cant. 14.
Perch'i' m'accorſi, che'l paſſo era lici.
Linci. Illinc. Dant. Purg. Cant. 15.
Noi montauamo, già partiti, linci.
Mentre. Interim.
Padule. Palus.
Se. es. Ita enim, & non *ſei* dicitur, præterquàm aliquando a Poëtis in Homœoteleuto.
Spalla. Scapula.

Quædam voces, quas & ſimpliciter, & ἀκύρως, ſeu metaphoricè apud Romanos, & apud nos idem valere obſeruaui.

Animale. *Animale*. Animal pro beſtiâ. De Latinâ meminit Victo. Var. lect. lib. 23. c. 9. Valet in Latino ſermone animal quandoque, atque id quidem apud optimos auctores, beluam, expertémque rationis animantem: quomodo nos quoque

quoque patriâ linguâ vocem hanc aliquando capimus; cæt. vide ibi. Noſtra extat apud Boccac. Fab. 79. *E Bruno conoſcendolo in poche di uolte, che con lui ſtato era, queſto medico eſſere uno animale, cominciò ad auer di lui il più bel tempo*, &c.

Attendere. Attendere. Hoc verbum nobis plura ſignificat, vt attendo Latinis. Inter cætera verò pro perſeuerare, ac pergere ponitur, vt, cum dicimus. *Attendi a ſtudiare.* In quam ſententiam a Romanis quoque vſurpatum fuit. Attendere, perſeuerare. Accius, apud Noni. *Attendere. Attendere a ſtudiare.*

Si unquam perpediar gnato, puer, ne attenderis
Petere a me id, quod nefas ſit concedi tibi.

Animo. i. animus pro uoluntate, ut, cum dicimus; *Io ho un animo, che mi dice.* In quo ſenſu videtur adhibuiſſe Plau. in Merca. ibi *Animo.*

Neque, is cum roget, quid loquar, cogitatum eſt,
Ita animi decem in pectore incerti certant.

Beſtia a nobis interdum appellatur homo. i. hebes, obtuſus, & in quo nullus humanitatis ſenſus appareat, quemadmodum cepit Pacuuius Brutum: ſic enim in Hermionâ. *Beſtia.*

Et obnoxium eſſe aut brutum, aut elinguem putes.

Ad quæ Non. Brutum dicitur hebes, & obtuſum. Cic. 3. Verr. bellua [illegible]

Macchia. Macula pro turpitudine, notâ, probro. Nonius. *Macchia.*

Scimia, & *Scimiotto.* Simia. Pro conuicio in hominem; *Scimia.*

Quis hic eſt Simia, qui me hodie ludificatus eſt?

Soſipa. in Simia. Noſtræ mulieres inquiunt etiam pro eodem *Bertuccia*, & *Bertuccione*, quę idem ualent.

Sito duo nobis præcipuè ſignificat nempe loci, aliúſue rei poſitum, & mephitin, ſeu fœtorem: quæ duo ſignificat etiam Situs apud Latinos. De priori ſignificantiâ locus eſt in 5. Iulij Cæſaris de Bello Gallico; vt ſitum caſtrorum cognoſceret. De alterâ Plin. lib. 21. Peſſimum eſſe crocum, quod ſitum redolet. *Sito.*

Volare tam Latinis, quàm nobis dicitur μεταφορικῶς de omnibus, quæ magno impetu feruntur, aut immittuntur. Quod Hebræis quoq; commune eſſe, notat Cognat in Adag. Volat; atque Eſaiæ. 6. comprobat; ex Latinis quoque multa afferens exempla. *Volare.*

Quod uirtutes per Ironiam ab antiquioribus quoque ponerentur pro flagitijs, ut a nobis, teſtatur Donatus in Adelphis, locum Lucilij cum Terentiano conferens. *Virtù.*

Scelus nobis eſt *ſceleraggine*, vt notum eſt. Scelus ſignificat etiam infortunium, réſque aduerſas; quod a nobis dicitur *Sciagura.* Profero exempla optimorum ſcriptorum. Plautus in Capteiueis. *Sceleraggine. Sciagura.*

Maior potitus hoſtium eſt. Quòd hoc eſt ſcelus?
Quaſi in orbitatem liberos produxerim.

Et Terent. in Eunucho. -- neque ego
Quemquam eſſe hominem arbitor, cui magis bonæ
Fœlicitates omnes aduerſæ ſient.
P. Quid hoc eſt ſceleris? Ch. Perij &c.

Ex noſtris. Bocc. Fab. 36. *Padre mio, io non credo, ch' e' biſogni, che io la iſtoria del mio ardire, e della mia ſciagura ui racconti.* & Fab. 43. *E piangendo, e chiamando, e della ſua ſciagura dolendoſi.* Quod verò dixi de ſcelere, dico

Bb etiam

etiam de ſcelesto. Plautus in Fabu. cui a ciſtellâ nomen indidit.

-- Quid? hîc perijt opinor,
Actum eſt, ilicet. Me infœlicem, & ſcelestam,
Nulla 'ſt, neque ego ſum vſquã. uerba ſunt Haliſcæ ancillæ, de ciſtellâ amiſſâ conquerentis. In quo propoſito noſtræ quoque mulieres. *O ſciagurata a me, o meſchina, ſuenturata.*

O ſciagurata a me.

Quòd caput præter vulgatam ſignificantiam ſignificet cuiuſque rei principium, non cenſeo probationis indigere. Quòd uerò interdum pro cuiuſpiam rei fine, vel partibus accipiatur cum apud Latinos, tum apud nos, exemplis comprobo. Pro fine Virg. Georgi. 4.

Capo.

Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.

Nos vulgò; *Venire a capo d'una coſa.* Bocc. F. b. 98. Pro partibus Cæſ. li. 4. de Bello Gall. agens de Rheno. Multiſq; capitibus in Oceanum influit. Et nos; *Queſt'è un negozio, che ha molti capi.* Locum Cæſaris vulgò vertemus; *E con molti rami sbocca nell'Oceano.* Adde Notam Noſtræ Academiæ ad locum Dant. Inf. cant. 13. *L'eſtremità della lunghezza de' legni ſi chiaman capi, e lati quelle della larghezza.* i. Extremitates longitudinis lignorum appellantur capita, latitudinis uerò latera dicuntur.

Venire a capo d'una coſa.

Sgraziato duo nobis ſignificat, & qui venuſtate, elegantiáque omni caret, & cui fortuna perpetuo quodam tenore videatur eſſe aduerſa. Inuenuſtus quoque apud Romanos videtur bifariam fuiſſe acceptum. De priori ſignificatu teſtis non affero, ne dicar facem adhibere in meridie. Quòd autem Inuenuſtus pro infortunato capiatur, patet ex loco Teren. notiſſimo; Adeon' hominem eſſe inuenuſtum, aut infœlicem quenquam, ut ego ſum? Vbi Dona. Inuenuſtus eſt ſine Venere. i. ſine gratiâ: Inuenuſtus, cui diſplicens obijcitur: Infœlix, cui placens negatur. Quin etiam comprobo idem, ſumpto, ut inquiunt Dialectici, argumento a contrario ſenſu: Venuſtas enim apud eumdem auctorem pro fœlicitate accipitur. Quis me eſt fortunatior, venuſtatíſque adeo plenior? locus eſt in Hecy. Ad quem Interpres; Ob beneficia Veneris. Cui contrarium inuenuſtus, cui contra reciderit, quod amat, &c.

Sgraziato.

Tranagliare vulgò ualet nobis angere, ſeu diuexare. Interdum etiam adhibemus pro eo quod eſt verſari, ac familiariter uti, ut, cum dicimus. *Dal tranagliar co' triſti non ſe ne caua frutto neſſuno.* Obſeruaui apud Romanos Conflicto, & Conflictor utraque hæc noſtra ſignificare. Quòd Conflicto Actiuum ualeat diuexo, atque ango, exempla notiſſima ſunt. Taci. lib. 5. Plura per ſcelera Rempu. conflictauiſſet. Quòd uerò conflictor Deponens ſignificet verſari, familiaritérque uti, locus eſt apud Teren. in Andriâ,

Tranagliare.

Nam, qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi,
Neque commouetur animus in eâ re tamen,
Scias, poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modum.

Cerchio Nobis eſt propriè circulus, ut notum eſt. Accipitur etiam pro cœtu hominum in orbem collectorum, & inter ſe fabulantium, quemadmodum notat Bud. in Commen. accipi circulum a Cicero. in Quinto. de Fini. ubi inquit. Itaque inertiſſimos homines videmus, cum non habeant ingenuas ex doctrinâ oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari. Quin etiam, ita accipi κύκλον in Euripidis Andromachâ aſſe-

Cerchio.

111

rit P.Victo.Vari.lect.lib.8.cap.13. Ex circulo fit uerbum Circulari, quo vsus est C. Cæsar in primo Comm.de Bel.Ciui. Totis uerò castris milites circulari,& dolere, hostem ex manibus dimitti: bellum necessariò longiùs duci. Nos patrio sermone dicimus; *Far cappanelli*.i. efficere circulos, ut, re aliquâ nouâ uisâ, aut auditâ, homines facere consueuerunt, ac multitudo ipsa: paucorum enim congressui aliqui semper audiendi cupidi, se adplicant: atque inter se coagmentantur, ut circuli faciem præbeant. Hęc ferè ad uerbum ex Vict.loco supra citato. *Far cappanelli.*

Zoccoli sunt nobis crepidæ ligneæ, ut alibi dictum est. *Zoccolo* significat etiam hominem nullius precij, ut, cum dicimus; *Che ti pare un zoccolo*? Apud Romanos reperitur dictio Calones in prædictis duabus significantijs. Calones, calcei ex ligno facti. Fes. Græcis καλοπόδια. Calones serui militum, castra sequentes, vt ex T.Liuij 3. de Bel. Puni. Impedimenta subsequi iussit, calones, lixásque, & inualidos milites vallum ferre. Hi Græcis καλοφόροι. q. ligna ferentes: gerebant enim clauas ligneas, & fusteis: uel, quia militibus ligna subministrabant. Vsurpatur etiam *Zoccoli*, a uulgò παροιμιακῶς, vt notat Varchius in Herculano, pro eo quod ualet; Lupus est in fabulâ; de quo nos alibi. *Zoccolo.*

Dictiones Etruscæ Compositæ, per Latinas vel Compositas, vel Simplices expositæ.

Acquidoccio. Aquæductus. ὑδραγωγός, vel, ὑδραγωγία. Et antiquiores Latini, auctore Festo, aquagium, quasi aquæ agium. Qua voce utitur Pompo.in l.Hoc iure. π. de Aquâ quoti.

Appieppari. Opipare. Vulgò.n.dicitur; *Stettono appieppari*. i. Opipare cœnati sunt. Opiparo conuiuio excepti fuerunt.

Benuoglienza. Beneuolentia. Dan. Purg.cap.22. Vulgò *Beneuolenzia*.

Bisesto. Bisextus.i. Dies intercalaris, qui quarto quoque anno interseritur, ut anni ratio cum cursu Solis conueniat. Res est notissima, quòd mense Februario τὸ bis sexto Kal. Martias repetitur.

Capodieci. Decurio.

Carnouale, uel meliùs, *Carneuale*. i. Caro uale.

Cauadenti. Dentarpaga. Var. in Quinquatri.apud No. Nec dissimulo, instrumentum esse, quo dentes eximuntur.

Centogambe. Centipeda. Plin. lib.29. cap.ultim. Vbi testatur, ab alijs etiam dici Millepedam, uel multipedam. A Græcis ἴουλος appellatur.

Cordoglio. Cordolium. i. cordis dolor. Plau.

Dirimbuono. i. *Dirio in buono*, ut dixit etiam Brunettus in Epitaphio. *Ragguagliatamente L'un'anno per l'altro*. Vox agricolarum, de prædiis agentium. Pro hac Latini, statim, ut ex loco Teren. In Phormio.

> Quia pol mei patris beneparta indiligenter
> Tutatur; nam ex his prædijs talenta argenti bina
> Statim capiebat. &c.

Vbi Donatus. Statim, perpetuo, æqualiter, & quasi uno statu. Vide Franci.Rober. Annot. lib.2.cap.18.

Disubito. Desubito. i. de repente, subitò. En. Af. Noni.

Fattibello. q. quod te facit bellum. i. pulcrum. Est fucus, siue cerussa; *Liscio* uulgò dicitur. Vtitur Bocca. *Liscio.*

Ferrolica. Quasi ferrum ὀλίγον. i. pusillum, & tenue.

Ferragosto. i. Feriæ Augusti. Nã Kalendæ Sextiles in honorem Augusti colebantur. Sic enim Auctor Sermonis Kalen. Augusti. Quo ex tempore honos, qui eo die Augusto Cæsari tribui solitus erat, Petri vinculis haberi cœpit.

Iersera. Heri sero. i. Heri uesperi.

Lampreda. Si Paulo Iouio credimus, muræna est, quæ a Plinio dicitur Mustela, a nobis *Lampreda* a Lambendis petris. Græci γάλλω appellant. Vide eius libellum de Roma, Pisci.

Malcontento. q. male. i. non contentus. Mœstus, tristis.

Meliaca. Malum Armeniacum. Col. lib. 11. c. 3. Dicitur autem malum Armeniacum, quòd primum genus ab Armeniâ sit aduectum. Isido. Orig. lib. 17. cap. 7.

Menteccatto. Mentecaptus. Bocca. Fab. 12. & 28.

Neente. Ne ens. i. nihil. Hodie *niente.*

Nettadenti. Dentifricium. Marti. lib. 14.

Neuno. Ne unus. i. nemo, ut Græci οὐδ' εἷς. Recentiores. *Niuno*, & *Nessuno.*

Orpimento. Auripigmentum. De quo Isid. lib. 19. cap. 17. Arsenicum, quod Latini ob colorem Auripigmentum uocant, &c.

Pinocchio. Pineus nucleus.

Pontarrignano. i. Pons ad aram Iani. Locus proprius, a Florentiâ non longè distans.

Pruzzemolo. Petroselinum. *Pretesemolo* dixit Brunettus in Epitaphio, ut in multis Italiæ locis hodie quoque dicitur.

Ramerino. Rosmarinus.

Soprauueste. q. super uestis. i. Chlamys, seu Palla. Dicitur autem Palla, quòd foris palam sit. Varro. Vide Bay. de Re uestia. cap. 13.

Stamane. Isto mane.

Stanotte. Ista nocte. Bocca. dixit *Istanotte*. Fab. 43. *Qui ritenermi per l'amor di Dio istanotte?*

Strauizio, quasi hesternum uitium. Vt cecinit Hor. Sat. 2. lib. 2.

-- quin corpus onustum
Hesternis uitijs, animum quoque prægrauat vnà,
Atque affigit humo diuinę particulam auræ.

Stuzzicadenti. Dentiscalpium. Martia.

Stuzzicorecchi. Auriscalpium. Idem.

Torcicollo, Torquilla a Theodoro dicta: iynx a Græcis. Notat Victo. in Var. lect. lib. 24. cap. 3.

Vguanno. Hoc anno.

Item quædam per Etymologiam explicatæ.

Appiccacappe. Instrumentum, quo appenduntur pallia.

Baciamano. i. Basium manus.

Battilano. Quasi Batuens. i. percutiens lanam.

Battiloro. i. Batuens aurum. Bractearius dicitur ab Imperato. in l. 1. C. de Excusa. Artifi. lib. 10. Græcis est πεταλουργός

Beninanza. q. *Bene imanzi.* i. Bonum ante. Vtitur Dantes Para. c. 7. & c. 30.

Canoc-

Cánocchio. q. Cannæ oculus. Ita appellantur cannarum, ſiue arundinum radices.

Cantambanco. Quòd cantet in ſcamno. i. in publicâ plateâ. Circulator dicitur a Paulo in L.ult. ff. de Extraor.crim. Et nos uertimus *Cerretano*. *Cerretano.*

Capocaccia. i. Caput venationis.

Capomaeſtro. q. *Capo de' maeſtri*, vel, *Principal maeſtro.* i. Artificum, ſiue fabrorum Præfectus. Venetijs appellatur *Proto*, ex dictione Græcâ πρῶτος, quæ Primum ſignificat. *Proto.*

Caualocchio. quaſi eruens oculum. A Latinis appellabatur coactor· qua uoce utitur Hora. Saty. lib. 1. Eclo. 6.

Nec timuit, ſibi ne uitio quis uerteret, olim
Si præco, paruas, aut, vt fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequeter. Ad quæ Lambi. Coactores dicebantur publicanorum miniſtri, qui vectigalia minutatim exigebant, operámque ſuam in eâ re publicanis locabant. Appellabantur eodem nomine etiam argentariorum miniſtri, qui in auctionibus pretia rerum uenditarum exigebant. Noſtra reperitur quoq; apud antiquiores: eſt enim in Brunetti Epitaphio.

Forchiudere. q. fuor chiudere, ut excludere, extra claudere. Antiquior eſt; de qua in Diction.

Foreſtiero. A foris ſtare. Aduena.

Forſennato. q. *Fuor del ſenno andato.* i. Extra ſe; exanimatus.

Fronteſpizio. Quaſi Frontis ſpatium.

Fuoruſcito. Quaſi quòd foras exierit. Exul, relegatus.

Guardadonna. Mulier mulieris ægrotantis cuſtos.

Gentildonna. i. Gentilis mulier. &

Gentiluomo. i. Gentilis homo. Accipitur autem gentilis in eo ſignificatu, in quo definiuntur gentiles apud Cice. in Topicis, Scæuolâ auctore. Qui ab ingenuis ſunt oriundi, & quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit.

Grattacapo dicitur a nobis res moleſta, ſiue negocium difficile, quòd ſuâ moleſtiâ, ſeu difficultate efficiat, ut caput ſcabatur. Quod ſatis uidetur explicari per illud Horatij de Lucili, &c. Eclo. ult. Saty. lib. 1.

-- & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, uiuos & roderet ungueis.

Leccataglieri. Qui lingunt orbeis ligneos, ubi caro cocta diſſecatur. Similes ſunt apud Romanos Catillones. Sunt autem catillones, qui Catillos lingunt. i. guloſi. Sed noſtra iactatur in eos, qui alieno cibo uictitant, ut ſerui.

Melagrana. Quaſi malum granatum, de quo Plinius lib. 15. cap. 8. Martialis appellauit malum Punicum.

Melarancio. De hac Victo. Var. lectio. lib. 32. cap. 5. Arbos eiuſdem generis (agit de Malo Medicâ, ſiue Citrio. i. *Cedro*) quam nos a colore pomorum malumrancium uocamus, flores omneis ſimileis inter ſe habet, &c.

Meſſere. i. *Mio ſire. Sire* uerò idem ualet, ac *Signore*; & *Signore* fit a Senior ut notat Victo. in Comm. in. 1. lib. Ariſto. de Rep. prope finem; & Vincen. Borghinius in Tracta. de Eccleſiâ, & Epiſco. Florent.

Monſignore. i. Mio ſignore. i. Meus dominus.

Neſſuno. q. nec ipſe unus, ut οὐδεὶς Græcorum. q. οὐδὲ εἷς.

Netta-

Nettadenti. Instrumentum, quo poliuntur, siue purgantur dentes. A quibusdam nitella dicitur.

Ognissanti. Quasi Omnes Sancti; quoniam dies ille colitur festus in honorem Omnium Sanctorum. Adag. publicorum Gymnasiorum.

Da Ognissanti à Natale
Ognun studia per vguale:
Da Carnouale a Pasqua,
Chi studia, e chi lascia.

Orinci. Vt cum dicitur; *Egli è ito in Orinci.* q. In oras longinquas abijt.

Passatempo. i. Voluptas. Solatium. Ab eo, quod est *passare il tempo.* s. Tempus conterere.

Pelacane. Quasi pilans canes. i. canibus pilos detrahens.

Pettirosso. Auis, quòd habeat pectus rubeum. ἐρίθακος Græcis; & Plin. Erithacus lib. 10. c. 29. Theodorus ex Aristotele Rubeculam vertit.

Picchiapetto. i. Pulsans pectus. Nostra extat apud Bocca. Fabu. 50. *La quale è vna vecchia picchiapetto, spigolistra.*

Piemonte. i. *Pie di mome.* Pes montis.

Pugnitopo. Frutex ita appellatus, quia uasis uiolarum, & huiusmodi apponitur, sorices, seu mureis pungendi gratiâ.

Radimadia. Instrumentum ferreum ita appellatum, quoniam eo mactra raditur. Radula dici potest Latinè: qua voce utitur Col. lib. 12. cap. 18.

Rompicollo. Ita appellatur improbus, ac sceleratus. q. qui in causâ sit, ut aliquis in exitium incidat, quod nos dicimus; *Rompa il collo.* Sed de Phrasi in Dictionario.

Saliscendo. Instrumentum ferreum, quo ostia clauduntur, ita dictum, quòd ascendat, descendátque.

Saluadanaio. q. Saluans denariũ, eo quòd in ipso a pueris seruetur pecunia.

Soprascritta. Quòd supra scriptum sit.

Spazzacammino. Qui caminum uerrit, siue purgat.

Tornaletto. q. circumlectum, περικλίνιον, ut περιζώνιον.

Valembrosa. i. Vallis umbrosa. Nomen loci.

Votacesso. Latrinam uacuans, purgánsque.

QVòd Dictiones ex unâ linguâ in aliam translatæ maternâ significationem vel in totum, vel in partem quandoq; amittant, supra non uno in loco exemplo Græcorum, ac Latinorum pronunciaui, ac probare contendi. Quod item eadem vocabula diuersis temporibus diuersa significauerint, in hoc libro ex vocibus *Oste*, *Padrone*, *Grazioso*, *Tristo*, & similibus, facilè cognosci potest. Quòd autem hæc noua non sint, sed alijs vsitata, auctorem habeo P. Victorium, testem, ut loquar Iuriscoss. more, omni exceptione maiorem. Nam in primo Varia. Lect. cap. 22. ita generaliter scriptum reliquit. Nec enim omnia vocabula omni ætate idẽ ualent: quamuis enim maneant ipsa, notio tamen eorum immutatur. Quoniam verò nostra Lingua, ut alibi ingenuè confessus sum, in uariando significatu uocabulorum, quæ ab alijs mutuata est, uix modum tenuisse uidetur, volebam hoc in loco multas huiusmodi voces recensere. Sed, quia, ne molestum foret, nec valdè vtile, timui, ad meliorem occasionem reseruare tandem constitui. In Dictionario igitur id latissimè per-

peragendi dabitur opportunitas. Subnecto tamen hîc nonnullas e. g. ex quibus, cuius generis aliæ futuræ sint, studiosus lector satis præsagire valebit.

Exemplar aliquot dictionum Etruscarum, quæ a Romanis exortæ maternum significatum non omnino seruârunt.

Acquaio. Aquarium. Sed aquarium propriè significat locum in flumine, vel aliâ quauis aquâ, ad quem animalia potum aguntur. Cato de Re Rusti. cap.1. Nostra a Græcis dicitur ὑδροδοχεῖον. Et nonnulli Aquariolum uertunt.

Affatto.i. Omnino, penitus. ab Affatim. Plau. in Asinar.

Anello.i. anulus. ab Anellus.

Attenere. Attinere. Nostrâ in tali sententiâ utimur; *E non m'attien nulla*. Nullâ mecum propinquitate iunctus est.

Bello.i. Pulcher, formosus, a Bellus, quod est τοῦ Bonus diminutiuum, ut uulgò inquiunt.

Bolla.i. pustula. a Bulla. Pro crepundijs extat apud Plautum in Rud.

Campo. i. ager, aruum. a Campus.

Capretto.i. hœdus. a Capreolus.

Cima. Nobis est apex, vertex, culmen, &, ut semel dicam, cuiusque rei summa, atque extrema pars. De Cima uoce Latina ita Isido. non uno in loco, sed præcipuè lib. 17. c. 10. Cima dicitur quasi coma: est enim summitas olerum, uel arborum, in qua uigens virtus naturalis est.

Coltello.i. culter, gladius. a Cultellus.

Coppa.i. patera, crater. a Cupa. Adag. *Egli è vna coppa d'oro*. In hanc sententiam non incongrue forsitan dixeris, a Iurecons: mutuatus; Omni exceptione maior. *E' una coppa d'oro.*

Determinare.i. statuere, constituere. Determinare in l. fi. ff. de Iust. & Iu.

Discrezione.i. æquitas. a Discretio ἀντὶ τῆς διακρίσεως vtitur Diom. Gram. li. 2.

Dispregiare.i. spernere, contemnere. a Dispreciare. Depreciatus (inquit Isid. lib. 10.) ab eo, quòd sit vilis, nec aliquo precio dignus.

Domestico.i. familiaris. a Domesticus.

Duello.i. singulare certamen, quod a Græcis dicitur μονομαχία. A voce Duellum, quæ idem sonat, ac bellum.

Enfiare.i. tumefacere. ab Inflare.

Esca.i. fomes. ab Esca. i. cibus.

Feccia. Floces. i. fæx vini. Cæcilius apud Non. De nostrâ in Dictionario.

Fuoco. i. ignis. a Focus.

Gettare.i. iacere. a Iactare. Adag. *Gettar le parole al vento*. Incassum verba fundere. *Gettar le parole al vento.*

Già.i. olim, quondam. a Iam.

Giouiale. Iouialis. Macro. Nostra est; Hilaris, iocosus.

Gocciola. i. gutta. a Guttula.

Godere.i. frui. a Gaudere.

Gonfiare.i. inflare. a Conflare. Adag. *Gonfiare il bue*. i. Plagis aliquem conficere. Aliquem plagis male accipere. Pro quo etiam dicitur. *Conciar pel dì delle feste*. *Gonfiare il bue.*

Gra-

Grazioso.i.venustus, atque elegans. Gratiosus. Boccac. vsus fuit Fab.98. in eâdem sententiâ, atque accipiatur vox Latina: *E saputo, lui esser vivo, e a tuttti i Romani grazioso*.
Intendere.i.intelligere, percipere. ab Intendere.
Inuidioso pro iuuido. Inuidiosus.i. Dignus, qui odio habeatur.
Lardo.i.aruina. a Laridum, quod est salita caro.
Libraio.i.bibliopola. a Librarius.
Logorare.i.consumere. a Ligurire.
Maglio a Malleus. Malleus tamen nobis est *Martello*.
Massa.i.congeries. Massa.
Mandare.i.mittere. Mandare.
Meriggio.i.vmbra, quæ fit, feruente Sole, ab arboribus, vel ædificijs. a Meridies; ex eo forsitan, quòd meridie petatur.
Moglie.i. vxor. a Mulier.
Padella.i.sartago. Patella. Græcis λοπάδα, & λοπάδιον. Vnde aliqui per Metathesin deducunt nostram.
Parare.i.ornare, exornare, vt Aedem exornare, *Parar la Chiesa*. a Parare.
Pecora.i.ouis. a Pecus, ceris.
Pensare.i.putarē. a Pensare.
Riparare.i.mederi. a Reparare quod est reficere.
Risoluere.i.statuere, constituere. a Resoluere. Plaut.
Salire.i.ascendere. a Salire, quod est saltare.
Sciatto.i.inuenustus, inelegans. ab Exaptus, qua vtitur Lucretius.
Seruizio.i.beneficium. a Seruitium, quod est seruorum multitudo.
Tradire. i. prodere. Tradere. Sed supra notauimus, Corn. Tacitum vsum fuisse Traditore, pro Proditore lib.20.
Tristo. Tristis. Nostra hoc tempore valet improbum, ac sceleratū: Boccac. verò pro mœsto, vel infœlici vsurpauit; vt Latinis sonat tristis. *Che eccoil marito mio, che tristo il faccia Dio*. Fab.62.
Villa.i.rus. a Villa, quæ vulgò est ruris domus.
Verno.i.hyems. a Vernus, nisi malis ab Hybernus.
Zoccolo.i. Crepida lignea. a Socculus.

Nonnulla, quæ ad Syntaxin imperfectam pertiuent.

A chius'occhi. Opertis oculis. Sen. de Benef. lib.4. Oculis clausis. D. August.
A contemplazion d'vno. Alicuius contemplatione. l.6. §. Item si. π. de Neg. gest. Et D. Ambrosius in Homil. cap.5. Lucæ Euang. Cuius contemplatione, &c.
A cotesta foggia. Ad istam faciem. Plau. in Cistellariâ.
A di de'nati. Post homines natos. Cic. non semel.
Anno. Anno. Plau. in Menech. Isthanc anno emi. i. anno præterito.
A prima vista. In primâ visione. i. primo aspectu. l.8. π. lib.16. Tit.1. Primâ fronte; Primâ facie.
Ariento viuo. *Argento viuo*. Argentum viuum. Auso. Argentum vagum dixit P. Angelius Bargaeus in Cyneger. Adag. De pueris, qui nunquam vllo in loco consistunt; *Auer l'ariento viuo sotto i piedi*. Et, si humeris, vel manibus non quiescant; *Auer l'ariento viuo addosso*. Cui idem est, quod alibi

Ha l'ariento viuo addosso, &c.

in

in Italiâ; *Essere stato beccato dalla taramola*.

Heus tu (inquit sycophanta apud Plaut. in Pseudolo) qui cũ hirquinâ astas barbâ, responde, quod rogo. Vnde dictũ Florentinæ plebis; *Barba di becco.* *Barba di becco.*

Bocca del sacco. Saccios. Ex eo Iuuenalis Saty. 14.

Interea, pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, &c.

Calcina viua: Calx viua. Dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem. Vnde &, perfusâ aquâ, statim latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extingui: oleo extinguitur, quo solet ignis accendi. Hęc Isid. lib. 16. c. 3. & repetit ad verbum lib. 19. c. 10.

Color d'acqua di mare. Nonius ad locum Titinnij in Setinâ. Et quem cumatilis colos deceat. Cumatilis, aut marinus, aut cœruleus, a Græco tractum, quasi fluctuum similis. Fluctus enim Græcè *κύματα* dicuntur.

Conto del dare, e dell'auere. Accepti, atque expensi ratio. Plau. in Mostell.

Con tre parole. Tribus verbis. i. paucissimis. Plau. in Mili. glor. & D. Hieron.

la Cosa delle battaglie. Res prælìorum. Cassiodo. Var. 1. Epist. 17. *La cosa de' bestiami m'è ita male.* Pecuaria res mihi vertit malè. Plaut. in Trucu. Huc pertinet versus notissimus;

Res est solliciti plena timoris amor.

Vide, quæ notat Lambi. in Plautum; multa enim congerit etiã e Græcis auctoribus.

Da fanciullo piccolo. A puero paruulo. A pauxillo puero. Plau.

Dal minimo al maggiore. A minimo ad maximum. i. æquè omnes. Plaut. in Pseudo.

Da mattina a sera. A mane ad vesperum. Plau. in Mili. glor.

Danari buoni, e cattiui. Probi, & improbi nummi. l. 24. ff. de Constit. pecun. l. 40. ff. Si cert. pet. Et Cic. lib. 3. Offic. Boni nummi, & adulterini.

Dauuero? Verón'? Ex eo Plau. in Ruden. An. Ego eo, quò ipsa me mi sit. Str. Verón'? An. Seriò.

Di lontano. De procul. Plau. in Persâ.

Di mano in mano. De manu in manum. Cic. 7. Epist. Famil. Nostrum valet, vt ita dicam, successiuo quodam ordine; Deinceps.

D'vdita dire. De auditu. Plau. in Merc. Ex auditis. In Casi.

Eccola sana, e salua. Eccam sanam, & saluam. Plau. in Epid.

Fico secco. Ficus arida. Plau. in Ruden.

Quas Cicero vocauit coronas languidulas in descriptione conuiuij luxuriosi. Plutarchus videtur *ἰώλους* appellasse in Pyrrho. Nos patrio sermone coronas huiuscemodi, florésq; passos vocare consueuimus. Hæc ex Vict. var. lect. lib. 22. c. 5. *Corona passa. Fior passi.* *Fior passi.*

Foglie di farfero. Folia farfari. Idem in Pœn.

Huom valente. Homo valens. Prisci. ex Ennio.

Inimico capitale. Inimicus capitalis. Plau. in Pœnu.

In somma. In summâ. *εἰς τέλος*, tandem, denique. Iustin. lib. 13. Histo. in fi.

In vero. Di vero. In vero est. l. 9. §. Qui per fallaciam. ff. de Transact.

Lana sucida; & plebs, *Lana sudicia.* Lana succida. Cel. lib. 5. c. 26. & Iuuen. Saty. 1.

Molto ben dotto. Est admodum quàm doctus. Agel. lib. 19. cap. 9.

Niuno huom nato. Homo natus nemo. Plaut. in Caſi.

O io, o tu. Aut ego, aut tu. Ex eo Plaut. in Captei.

Falſa memorat. R. Aut ego, aut tu.

Oltre modo. Præmodum. q. prætermodum. i. admodum Agell. ex Liuio Andronico lib. 7. c. 7.

Pan da cane. Caninaceus panis. Pacuuius.

Per rata. Pro ratâ. i. portione, ut Cic. in Somnio Scip. uel parte, ut idem in primo Tuſculanarum.

Porco ſaluatico. i. aper. Sus ſyluaticus. Noni.

Sano, e ſaluo. Sanus, & ſaluus. Plau. in Merc.

Scale a chiocciole. Scalæ cochlides, vel cochleæ. Notat Calepi.

Sentenzia in fauore. Sententia gratioſa. Iudici ob gratioſam ſententiam datum, inquit Vlpianus lib. 10. ad edictum. vide l. 5. ff. de Calumniatori.

Sferza del caldo. Qui meridie ipsâ, cum ſcilicet ſol maximè feruet, iter agunt, dicuntur a nobis *Camminare su la sferza del caldo*: quæ dicendi ratio, nempe ut *Sferza*, quod nobis eſt verber, ſiue ſcutica, huc transferatur, Florentinis cõmunis eſt cum Romanis. Lucretius enim non ſemel in hanc ſententiam uſurpat verber. In Quinto.

Et radij ſolis cogebant vndique terram
Verberibus crebris extrema ad limina apertam. &c. Item alibi:
Inde cibum coquere, ac flammæ mollire uapore
Sol docuit; quoniam miteſcere multa uidebant
Verberibus radiorum.

Nec longè diſſimile eſt illud Horat. lib. 2. Ode 15.

Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos
Excluderet ictus.

La Somma delle ſomme. Summa ſummarum. Plaut. in Trucul. Et Lucre. lib. 6. Ad ſummam ſummai.

Sonno leggieri. Somnus leuis. Hor. lib. 2. Ode 16.

Statura comoda. Plau. in Aſina. Eſt commodâ ſtaturâ. i. mediocri, tolerabili.

Tre, e quattro volte l'anno. Ter, & quater anno. Horat. lib. 1. Ode 31.

Vecchi decrepiti. Senes decrepiti, dicti in dubio uitæ conſtituti. Noni.

Viſo torbido: Vultus turbidus. Turpilius apud Noni. in u. Subducere.

Vliue acciaccate. Oleæ contuſæ. Vict. Var. lect. lib. 32. cap. 22.

Vſure competenti. Vſuræ, quæ compierunt l. 48. § Lucius. ff. de Pactis.

Vue duracine. Vuæ duracinæ. Plin. lib. 14. c. 1.

Florentiniſmi, ſiue Italiciſmi ex Romaniſmis.

Aquilon ſoffia. Aquilo ſufflat. Noni.

Andare a dormire. Ire dormitum. Plau. in Moſtel.

Furon cattiue parole di me. De me uerba fuere mala. Proper.

Muor di te. Te demoritur. i. perditè te amat. Plau. in Mili. Glori.

Non ſai nulla. Sapis nullam rem. Plau. in Moſtell.

Ho detto a baſtanza. Satis iam dictum habeo. Plau. in Pœnu. & in Perſâ.

Bere un fiaſco di uino. Plau. in Amphitr. dixit; Ebibere hirneam meri.

Queſta ragion non tiene. Hæc ratio non tenet. i. non obtinet, non ualet, l. S. ff. de

π. de Adopti. & Emanci. Et *La condannagion non tiene*. Condemnatio non tenet. π.lib.9.tit.4.l.35.

Son'huomo, come te. Tam ego homo ſum, quàm tu. Plau.in Aſin.

Ingerirſi. Se ingerere.l.21.in fi.π. Ex qui.cau. &c.

Ti cauerò coteſti occhi. Oculos iſtos tibi effodiam. Plau.in Aulu. princ.

Pare vn morticino. Videtur morticinus. Morticinus Plauto eſt exanguis; unde caro Morticina. Vox noſtrarum mulierum.

L'ho detto a quel fine. Ad eum finem dixi. Ex eo Taciti lib.14. Quod ad eum finem memorauimus.

Sali laſù. Aſcende illuc ſurſum. Plau.in Amphi.

Che rilieua queſto? Quid hoc releuat? Proper.

Dirò la coſa, com'ell'è. Eloquar rem, ut eſt Plau.

Fa quel, che ti piace. Face, quod tibi lubet. Plaut.in Perſ.

Che vuoi tu far del giulio? Quid de drachma facere uis? Plau. in Pſeudo.

E' m'è nuouo. Nouus mihi eſt. i. Eum non noui. Ibidem.

E ſtato chiamato a cena fuora. Vocatus eſt ad cœnam foras. In Ruden.in fi.

Tienlo, tienlo. Tene, tene. Plau.in Aulu.

La penna non rende. Calamus atramentum non reddit. Script. Sac.

Lo conoſco di nome. Nomine tantùm noui. Ex Hora.

Non ſon ne viuo, ne morto. Neque viuus, neque mortuus ſum. Plaut. in Trucul.

E l'oſſa, e la pelle. Oſſa, atque pellis eſt. Plau. Quod παροιμιακῶς. *E' tien l'anima co' denti.* Ad ſuperiorem loquendi formulam videtur reſpexiſſe Dan. cum cecinit Purga. Can.23. *E' tien l'anima co dẽti.*

Ne gli occhi era ciaſcuna oſcura, e caua
Pallida nella faccia, e tanto ſcema,
Che dall'oſſa la pelle s'informaua.

Ponghiam caſo, ch'e' perda. Pone, eum eſſe victum. Teren. Græci quoque τίθει. Latini vt plurimùm, Fac, finge. τίθημι, ταῦτα οὕτως ἔχειν. *Io ſuppongo, che la ſtia coſì.* Demus, hoc ita eſſe. Sit ita. Plato in Gorg.

Vi dirò, com'è l'animo mio. Vt eſt animus meus, faciam palàm. i. Quomodo in hanc rem ſim animatus. Plau.

Son ſettecent'anni, poco corre dal più al meno. Septingenti ſunt paulo plus, aut minus anni. Citatur in pri. Quæſt. Tuſcu.& à Serui.in 6. Aene.

Vattene via. Abi tuam viam. Plau.in Ruden. Et abierunt viam. Pri. Machabæ.cap.9.

Voglio diuentare vn'altro. Alius fieri volo. Plau. in Pœnu.

E' huomo di poche parole. Eſt homo paucorum verborum. Agelli, ex Ennio lib.12. cap.4.

Che modo di fare è queſto? Quæ hæc eſt factio? Plau. in Rud.in fi.

Temere il marito. Vereri virum. Paſſim reperitur. *Temer del marito.* Vereri viri. Afrani. apud Noni.

Per quanto ſi può ella dare il manco? Quanti emi poteſt minimo? *Ella verrà il manco da quaranta mine.* Ad quadraginta minas minimo emetur. Plau. in Epid.

Egli è cariſſimo. Cariſſimus eſt. i. magnum ſibi poſcit precium. Plaut in Pſeud.

Item Plautus — uerùm hoc ego te mulctabo bolo,

Sex talenta magna a dote demàm pro istâ inscitiâ.

Nos etiam grandem dotem, vel hæreditatem appellamus *un buon boccone.*

Che hai tu fatto del bastone? Quid fecisti scipione. Plau. in Casi.

Tabellæ ita cantant. *La scrittura canta così*. Plaut. in pulcherrimâ Bacchi. Scenâ. Nec absimile illud in Ruden. Nam hæc (de vrnâ agit seruus) litterata scilicet, ab se cantat, cuia sit.

Come la fai tu? Vt agis? Plau. in Epid.

Dominse questa cestella è di quì di casa nostra? Hæc cistella númnam hinc a nobis domo est? Idem in Cistell.

Excludito mihi oculum, si dedero. In Pseudo. Oculum effodito, si ullum uerbum faxo. In Menechmis. *S'io te'l dò, cauami vn'occhio. Cauami vn'occhio, s'io fo parola.*

Non ho detto la centesima parte. Haud centesimam partem dixi. Plaut. in Mili. Glori.

A che cosa è egli buono? Quam ad rem vsui est? Ibidem.

E vn piacere, se quel, che tu fai ti riesce bene a tuo capriccio. Voluptas est, quod agas, si id procedit lepidè ex sententiâ. Ibidem.

S'io ti dico il falso, mozzami'l collo. Decîde collum, si falsum tibi loquor. Plau. in Merca.

Intorno al filare io non ho paura di donna di mia età. De lanificio neminem metuo, vnâ ætate quæ sit. Ibid.

Farò, che tu dirai, non sia dessa, di maniera non si riconoscerà. Non, faxo esse cadices, ita ignorabitur. Plau. in Menech. agens de ueste resarciendâ, reconcinnandâque.

La cena non è cotta. Cœna non est cocta. In Casi. & in Ruden. Quàm mox coctum est prandium? Et, quod dicitur, *Stamane io non ho cotto*; extat in Casinâ: sic enim Cleostrata ancillæ loquitur:

St, tace, atque abi; neque paro, neque hodie
Coquetur.

Mi vuol far balordo. Me bardum uult facere. Idem in Epid.

Son manco di quindici dì. Minus quindecim dies sunt. In Trinum.

Non posso andare a piede. Pedibus ire non queo. in Sti.

Mi dolgo tutto. Totus doleo. In Aulula.

Poss'io morir di mala morte. Emoriar letho malo. Ibid.

I' son, come tu vedi. Sic sum, ut uides. Ibidem.

A pena, mi tengo, ch'io non ti dica. Vix teneor, quin dicam. Plau. in Casi.

Hai trouato quel, che tu cercaui. Inuenisti, quòd quærebas. Plau. in Rud. Eiusdem sententiæ, ac παροιμία. Nouacula in cotem.

Son peggiori, che io non credetti da prima. Improbiores sunt, quàm a primo credidi. In Mostell.

Non è ancor sei mesi, ch'e tornò qua. Nondum sex menses huc est, cum commigrauit. In Persâ.

L'anno matura l'vue. Annus maturat uuas. Tibul. lib. 1.

Dagli vn pugno nel viso. Pugnum in os impinge. Plau. In Rud.

Il gielo spacca le pietre. Silicem findit gelus. Noni. in u. gelus.

Dell'oro io non ne sò nulla. De auro nihil scio. Plau. in Bacchi.

Il capo è tutto bitorzoli. Totum caput tuber est. Teren.

Era abbastanza per dieci. Hoc hominibus sat erat decem. Plau.

Inghiottiſcami la terra. Dehiſcat mihi tellus. Virgi. ex Hom. Iliã. δ. & θ. μοὶ χάνοι χθών. Notat Victo. Var. lect. lib. 26. cap. 9.

Voglio te. Volo te. Plau. in Bacchi.

M'è caduto vn giulio. Drachma excidit mihi. Ibid.

Gli ho contati con queſto mani. Manibus his dinumeraui. Plau. in Epid.

Dar l'acqua alle mani. Date aquam manibus. Plau. in Perſâ: Et Virg. Aen. 1.

Dant famuli manibus lymphas:

Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas. Dictum Thaletis hoc verſu ab Auſonio comprehenſum ad quod notiſſimus expoſitor. Auget ſibi moleſtiam, qui timet, quod uitari non poteſt. Nos etiam in hoc ſenſu dicimus; *Ell'è vna croce.* Eiuſdem generis ſunt; *Porre in croce*; qua uſus eſt Dant. Inf. cant. 7.

Queſt è colei, ch'è tanto poſta in croce. Item cant. 16. Pro qua uulgò.

Mettere in croce. i. Moleſtiã iferre. *Tenere in croce.* i. Affligere, ac diuexare.

Amor, che m'ha legato, e tiemmi in croce. Petrar.

Tertius hic eſt annus (inquit Panegyris ſorori in Sticho Plautinâ) ut noſtri domo uiri abierunt. Nos etiam; *Queſt' è 'l terz' anno, che.*

Io ho i buoi nella ſtarſella. In crumenâ ſunt boues. i. pecunia, qua uenditi ſunt. Plau. in Perſâ.

Va, abbraccialo. Dixit Bocc. Fab. 27. Et Plau. in Aululariâ: — cedo,

I, refer, dimidiam tecum potius partem diuidam.

Græci ſæpiſſimè, ut illud Hom. βάσκ' ἴθι.

Bene ferre annos; Bene ferre ætatem, dicuntur homines, quos longa ętas non lædit, frangitque; & qui longè ſeniores ſunt, quàm videntur. Vnde iocus Cice. apud Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 3. de uino duro, & immiti. Nos quoque dicimus; *Portar ben gli anni.*

Ho queſt' uſanza. Morem hunc habeo. Plau. in Captei.

Non ſi può aprir bocca. Hiſcendi eſt nulla poteſtas. i. Nihil poteſt dici. Feſt.

Che s'è fatto di quell' argento? Quid eo eſt argento factum? Plau. in Moſtel.

Più ch' egli ha potuto. Plus quàm potuit. Agel. lib. 3. cap. 1.

Ricordati della sopraueſte. Memento de pallâ. Plau. in Aſina.

Nonnullæ Phraſes Italicæ, Latinis omnino reſpondentes.

Abbaſſar la voce. Vocem deducere. Macrob. Satur. lib. 6. cap. 4. ubi exponit Virg. Deductum carmen.

Abbracciar l'ombra. Vmbram amplecti.

Accommodarſi al tempo. Tempori aptari. Sene. in Mede.

Aggirare. Circumducere. i. decipere. Plau. in Bacch. & uerſare. In Perſâ.

Amar di cuore. Amare corde. Plau. in Capt. & in Trucu.

Amar più, che gli occhi ſuoi. Aliquem magis, quàm oculos amare. Terent. in Adelphis. Et Catul. Epigram. de luctu paſſe.

Andare in uano. Abire in vanum. Sene. Epiſt. 95.

Armare una naue. Armare nauem. l. Quod quis. 34. π. de Reb. auct. poſſi. l. Interdum. π. Qui potio. in pign. habean.

Auere a cuore. Cordi habere. Agel. lib. 2. cap. 30.

Auere a allegare ſcuſa. Excuſationem allegandam habere. i. allegare debere. π. lib. 49. Tit. 4. l. 1.

Auer collora. Habere bilem. Sen. 2. de Irâ.

Auer

Auer biſogno d'uno. Alicuius uſum habere. Salu. Hiſt. 1.
Auere buon animo. Habere bonum animum. Plau. in Capt.
Auer effetto. Habere effectum. l. 11. §. is autem ff. de Nego. geſt.
Auer la bocca amara. Os amarum habere. Plau. in Curcu.
Auer licenzia. Licentiam habere. ff. lib. 24. Tit. 2. l. 6.
Auer nome Ceſare. Cæſarem nomen habere. Ex Sallu. Hiſt. qui inquit; Noménque Danubium habet. Dicimus etiam *Auer nome*, pro eo, quod eſt Clarum, & illuſtrem eſſe. In quam ſententiam Proper. Eleg. 4. lib. 1.

Et quaſcunque tulit formoſi temporis ætas,
Cynthia non illas nomen habere ſinat.

Auer paura. Habere metum. Sallu. Hiſt. 1.
Auer prezzo. Habere precium. Cato de Re ruſti.
Auer regreſſo. Regreſſum habere. ff. li. 21. Tit. 2. l. 1. Et Virg. Aen. 11.

... nec habet fortuna regreſſum.

quamquam longè alia ſententia ſit huius, & illius.
Batter danari. Numos percutere. Plin. lib. 33. cap. 3.
Cadere i denti. Denteis cadere. Plau. in Menech.
Cancellare vn ſoldato. Delere militem. Ex T. Liuio. Lib. 7. 1. Deca.
Caſcar morto. Mortuum concidere. Cic. in Bruto non longè a princ.
Cauare gli occhi a vno. Alicui oculos eripere. Plau. in Ruden. & Effodere. In Trinum. & Terentius.
Cauar la rete d'acqua. Ex aquâ rete extrahere. Plau. in Ruden.
Chiamare vno. Clamare aliquem. In Teſta. Gru.
Chiamare vno per ſuo nome. Suo nomine aliquem vocare. Plau. in Ruden.
Chiamare a deſinare. (Romæ dicitur, *Chiamare a pranzo.*) Vocare ad prandium. Ibid.
Chieder grazia a ſuo padre. A patre gratiam petere. Plau. in Sticho.
Chieder la vita. Vitam petere. In Teſta. Gru.
Comperar le liti. Liteis emere. Plau. in Pœnu.
Conoſcer di viſta. De facie noſſe. i. Leuiter cognitum habere. Cice.
Dar cena. Cœnam dare. Plau. in Epi.
Dar danari alla mano. Numos in manum dare. Plau. in Trinum.
Dar danari a uſura. Dare argentum fœnori. Plau. in Moſtell.
Dare vn bacio. Suauium dare. i. Suauiari. Siſenna 13. Mileſiarum. Plaut. in Pſeudo. Dare alicui oſculum. Interpres Biblio. Gene. lib. primo, capit. 27.
Dar feſta a vno. Alicui ferias dare. Caſſio. Vari. 1. Epiſt. 12.
Darla a gambe. Dare pedibus. Plau. in Aſtraba.
Dar la fede a vno. Alicui fidem dare. Plau. in Ruden.
Dar l'anima a vno. Alicui animam tradere. Catullus ad Alphe.
Dar la poppa. Mammam dare. Plau. in Prolo. Merca.
Dar la ſentenzia. Dare ſententiam. l. 28. ff. de Re iudica.
Dar moglie a vno. Alicui vxorem dare.
Dare una lettera a vno in man propria. Alicui literas in manum dare. Plaut. in Bacch.
Depor la ſpada. Ponere gladium. Plaut. in Caſi.
Dir a vn bugiardo. Dicere aliquem mendacem. Plaut. in Milit. Glori. ad fine.

Dir bugie. Mendacia dicere. Quid verò interſit, inter mentiri, ac mendacium dicere, habetur apud Agelli. lib.11. cap.11.
Dir da burla, vel *per burla*. Dicere ioco, vel, per iocum. Plau. in Amphi. & in Pœnu.
Dire i fatti ſuoi. Edictare facta ſua. In Amphi.
Dir male a vno. Alicui malè dicere. Plau. in Bacchi.
Dirne ogni bene. Omnia bona dicere. Teren.
Dir villania a vno. Alicui contumeliam dicere. Plau. in Aſin.
Dire vn monte di male a vno. Alicui plurima mala dicere. Catull. de Lesbiâ.
Disfarſi pel guſto. Voluptate liqueſcere. Varro de ling. Lat. lib.6.
Domandar de' peſci. Rogitare piſceis. i. Interrogare, quanti ueneant piſces. Plau. in Aulu.
E meglio dire. Melius eſt dicere. ff. lib.9. Tit.2. l.27. Et Diom. Gramma. lib.1. βέλτιόν ἐςι λέγειν.
E non troppo lontan dal vero. Haud procul a vero. Sallu. in Hiſto. Frag.
Entrare in penſieri. Cogitationes intrare. Caſſio. Var. pri. Epi.20. Tacitus non ſemel.
Entrare in ragionamento. Ingredi in ſermonem. Cæſar de Bello Ciui. lib.3.
Eſſere a cuore. Eſſe cordi. i. animo ſedere. Noni. in nomine Cor.
Eſſere il capo. Eſſe caput. Terent. in Adelph. & Plau. in Aſin.
Far acqua. Vrinam facere. i. meiere. l. Quæritur. ff. de eo, qui vrinam fa.
Fare animo. Animum facere. i. Incitare, & animum augere. Liui. de Bello Puni.5. & Ouid.5. de Triſti. Quæ tibi res animos in me fecit?
Fare aſſicelle d'vn legno. Ligno aſſulas facere. Plau. in Merca.
Far baccano. Bacchanal facere. Plau. in Mili. glori.
Far buon pane. Facere bonum panem. Agell. lib.15. cap.17.
Far capo. Caput facere. De apoſtemate, quando extuberantiam facit. Plin. lib.22. cap.25. & alibi.
Far con animo buono, o cattiuo. Bono, aut malo animo facere. i. Bono, aut malo animi propoſito, ſiue intentione. Sen. Contr. lib.9.
Far de gli ſcherzi a vno. Alicui ludos facere. Plau. in Rud.
Far di dì notte. De die noctem facere. Noni. in verbo Delicere pro illicere.
Far grazia della condennagione. Mulctæ gratiam facere. Plau. in fine Pſeudo. De cœnâ facere gratiam in Moſtell.
Fare il prezzo. Facere precium. Plau. in Per.
Fare il ruffiano. Lenocinium facere. l. Athletas. §. p. ff. de his, qui not. infa.
Far la guardia. Cuſtodiam agitare. Plau. in Ruden.
Far la pace. Pacem facere. Plau. in Merc.
Far la ſpia. Indicium facere. Plau. in Aulu. & in Ruden.
Far la via. *Fare ſtrada*. Dare viam. Plau. in Curcu. & Epid. Dicimus etiam non longè diſſimiliter, *Dar la via*.
Far l'vficio ſuo. Facere officium ſuum. Plau. in Per.
Far le nozze. Nuptias facere. i. conficere. Iuſti. Hiſtor. lib.7.
Far male a vno. Alicui facere malè. Plau. in Bacchi.
Far parole. Verba facere. Hora. Vnde nos; *Biſogna far altro, che parole*. *Far molte parole*. Multa verba facere. Plau. in Mili. glori.
Far paura a vno. Alicui timorem facere. Salluſt. Hiſt. p.

Far

Far razza. Genus facere. Iusti. Hist. lib. 9. Viginti millia nobilium equarũ ad genus faciendum in Macedoniam missa.

Far roba. Rem facere. Noni. in v. Mercatura.

Far silenzio. Silentium facere. Plau. in Persâ.

Far testamento. Facere testamentum. In Testa. Gru.

Far vetture. Vecturas facere. Quint.

Far villania a vno. Facere alicui contumeliam. Plau. in Asin.

Far vna cosa da vedere. Aliquid visendum efficere. Sallust. in Hist. locus est. Et omnia potius, quàm semet visendum efficere, idest non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Ex Fragm. a Ludouico Carrione colle ctis, & restitutis.

Far vn sepolcro scritto a lettere d'oro. Facere monumentum ex literis aureis scrip tum. Grunius in Testa.

Fauellar con vno. Cum aliquo fabulari. Plau. in Menech.

Giucare i Ducati, e gl Imperij. Ludere Ducatus, & Imperia. Suet. in Nero. de Crispino Poppææ. Festus.

Far di buono. *Giucar di danari.* Ludere in pecuniam. π. lib. 11. Tit. 5. l. 2. Quod vulgò *Far di buono.*

Gridare vno. Aliquem inclamare. i. obiurgare, &, vt exponit Festus, conuicijs, ac maledictis insectari. Plau. in Asin. & Cistell.

Inimicarsi vno. Aliquem inimicare. Hora. Ode vlt. lib. 4.

Interrompere il ragionamento. Sermonem interrumpere. Plau. in Trin. in fi. & Noni.

Mangiar due bocconi. Duas bucceas manducare. Suet. in Aug.

Marauigliarsi d'vno. Mirare de aliquo. Non. in Mirare pro mirari.

Mettere a comune. Conferre in commune. Toto Tit. π. & C. de colla. bono. & π. de Dot. colla.

Mettere dentro. Mittere intro. Plau. in Trucu.

Mettere in intrighi. In tricas conijcere. Plau. in Persâ.

Metter mano all'arme. Seneca in 2. lib. de Irâ; Alexandrum, ait, Xenophanto canente, manum ad arma misisse.

Metter l'vgna addosso. Vngulas inijcere. Plau. in Pseud.

Mostrar l'animo suo. Animum suum ostendere. Idem in Asina.

Non auere vn quattrino. Nummum non habere. Plau. in Pseudo.

Non saper di lettera. Literas nescire. Sueto. in Nero. & Iurecons. sæpe. Quod Macrob. in Comm. c. 18. Literarum esse profanum, Antithetum τῷ Doctrinâ initiatum esse.

Parlar troppo lungo. Nimis longum loqui. Plau. in Persâ.

Passarsela di leggieri. Leuiter agere. Cassio. Vari. pri. Epist. 31.

Perder l'occasione. Occasionem amittere. Plau. in Mostel.

Pigliar la palla. Pilam percipere. π. lib. 9. Tit. 2. l. 42.

Pigliare vn per la barba. Barbâ aliquem arripere. Plau. in Ruden.

Pretendere ignoranzia. Ignorantiam prætendere. π. lib. 16. Tit. p. l. 7.

Rappacificarsi con vno. Cum aliquo pacificari. Plau. in Ruden.

Render saluto. Salutem reddere. Plau. in Bacchi.

Rinunziar la compagnia. Renunciare societati. l. 65. π. Pro socio.

Risponder per nome. Respondere nomine. Plau. in Trinum.

Riuscire in bene. In bonum exire. i. bene succedere. Sen. li. de Beatâ vitâ. c. 9.

Sbar-

Sbarbare vn orecchio a vno. Alicuius aurem eradicare. Plau. in Epid.
Scagliare i pesci. Desquamare pisceis. Plau. Luc. Non.
Scriuer di sua mano. Suâ manu scribere. Gru. in Testa.
Sentir danno. Damnum sentire. π. lib. 10. Tit. 3. l. 6.
Soffiar nell'orecchio a vno. Sufflare in aurem alicui. i. dicere. Plau.
Spazzar la casa. Aedeis verrere. Plau. in Merca.
Spettorarsi. Se expectorare. Apud Non.
Spezzare il ceffo a vno. Alicui os præcidere, Plau. in Persâ.
Spiccare il naso d'in su'l viso a vno. Alicui os denasare. Plau. Et, *Spiccare il naso co' denti.* Nasum mordicus auferre. Ex Næuij Corollar. apud Chari. in Mordicus.
Stare in pendente. Iu pendenti esse. i. esse incertũ. Iurecoss. vt π. de Iud. l. 35.
Stare intorto. Tauricum tueri. Ex Græco; ταυρηδὸν βλέπειν. Adag.
Tagliar la lingua. Linguam abscindere. Plau. in Amphit.
Tor la parola di bocca. Eripere alicui orationẽ ex ore. Plau. in Merca. princ. Quod παροιμιακῶς. *Romper le parole in bocca.* Romper le parole in bocca.
Tor la vita a vno. Alicui vitam dirimere. Gruni.
Tornare a piede. Redire pedibus. Plau.
Vendere vna cosa bene. Aliquid pulcrè vẽdere. i. Ex animi sui sententiâ. Plau. in Persâ.
Vendere vna cosa il suo prezzo. Aliquid suo precio vendere. Ibidem.
Viuere a mo' d'altri. Viuere alieno more. Teren.
Viuere a suo modo. Suo modo viuere. Teren. in Andr.
Viuer del suo. Suo cibo viuere. Plau. in Pœnu.
Voler bene. Bene velle. Plau. in Truc. Lucil. de virtu.
Vscir di memoria. De memoriâ exire. Sene. lib. 3. de Benefi.

FLORIS
ITALICAE LINGVAE
LIBER QVINTVS.

Parœmiæ Etruſcæ Latinis congruentes.

Abbaglia nel Sole.

1 SIGNIFICARE volentes, aliquem uel clariſſima non intelligere, dicimus; *Egli abbaglia nel Sole*; In ſole caligat. Quintil.

Caual donato, &c.

2 Quotieſcunque illum, cui aliqua res donata eſt, admonere uolumus, qualequale ſit munus, commendandum eſſe, atque probandum, dicere ſolemus; *Caual donato, non gli guardare in bocca*; Equi donati denteis ne inſpicias. Diuus Hieronymus. Græci in hanc ſententiam; *δῶρον δ᾽ ὅ, τι δῶ τις, ἐπαίνει.* i. Donum, quodcunque dat aliquis, proba. Origo Græci prouerbij ex quodam Oraculo. Apud Strabonem lib. *6.*

Non ha ne capo, ne coda.

3 Si in rem adeò intricatam inciderimus, ut, qua explicemus, rationem reperire non ualeamus, tunc dici ſolet; *Non ha ne capo, ne coda*; Nec caput, nec pedes. Tullius reſpondens Curioni. Plato de Legibus *6.* dixit; *ἀκέφαλος μῦθος.* i. Sine capite fabula. Idem a nobis *αἰνιγματωδῶς*. *Il peſce Paſtinaca.*

Cerca il nodo nel giunco.

4 In hominem plus nimio diligentem, & qui dubitationes mouet, ubi ſunt omnia clara; *E' cerca il nodo nel giunco*; Nodum in ſcirpo quærit. Plautus, & Terentius ex Ennij carmine, citantibus Feſto, & Iſidoro in uerbo Scirpus.

Quairunt in ſcirpo (ſolitei quod dicere) nodum.

Dicitur etiam. *E' cerca cinque piedi al montone*. Et ſimpliciter; *Mette la difficultà, ou' ella non è*.

Getta la poluere ne gli occhi.

5 Quando aliquis exempli gratiâ cum aduerſario ſuo diſſerens, rem datâ operâ obſcurat, ne ab ipſo intelligatur, tunc parœmiæ vſurpandæ tempus eſt; *Gli getta la poluere ne gli occhi*; Puluerem oculis offundit. D. Hieronymus. in Epiſt.

6 In

6 In hominem, qui insigniter superbus sit; *E piu superbo di Campaneo*; Quod Prouerbium si quis dixerit desumptum esse a fabulâ superbissimi illius gigantis, de quo præter alios meminit Statius, & Dant. Inf. can. 14. *Piu superbo di Campaneo.*

O Campaneo in ciò, che non s'ammorza
La tua superbia, &c. Et ibid. cant. 25. non admodum pugnabo. Latini dicebant; Campana superbia. Agellius lib. 1. cap. 24. Campanorum superbiæ inter alios Cicero de Legg. Agrariâ contra Rullum. T. Liius Deca. 1. lib. 9. Et Deca. 3. lib. 5. apertam mentionem faciunt.

7 Si quis prior negocium aliquod aggressus sit, & sic quodammodo alijs uiam aperuerit, de eo dicitur; *Egli ha rotto il ghiaccio*; Glaciem scidit. Parœmiographus. *Rompere il ghiaccio.*

8 Exempli gratiâ, numerante in promptuario dominâ, vel matre esculenta, ut puta pira, pruna, & huiusmodi, famuli, vel filij puerili ætate hoc uidentes, ac tamen edere constituentes, ita secum mussitando inquiunt; *Delle pecore annouerate se ne mangia il lupo*; Lupus non curat numerum. Idem. *Delle pecore annouerate, &c.*

9 Affirmantes, aliquem esse optimâ, ac firmâ valetudine, dicere solemus; *Egli è piu sano che pesce. Piu sano d'una lasca*. Pisce sanior. Ex Iuuen. *Piu sano, che pesce.*

10 Siquis alicui quidpiam persuadere studeat, qui eius verba negligere videatur, tunc dicimus; *Tu parli a vn morto*; Verba fiunt mortuo. Terenti. Græci non multùm diuersè; νεκρῷ λέγεις μύθους εἰς οὖς. i. Mortuo ad aurem fabulam narras. Parœmiogra. *Parli a un morto.*

11 Cum volumus significare, alicui bene secum agi visum iri, si hoc, vel illud ei contigerit, dicimus; *Gli parrà di toccare il ciel col dito*; Sibi digito cœlum attingere videbitur; Vbi τὸ; Cœlum digito attingere; inter alios a Cicerone non semel vsurpatum fuit. *Toccare il ciel col dito.*

12 Veram virtutem. e.g. per se laudabilem esse, nec alterius commendationis egere, significat parœmia illa. *Il buon vino non ha bisogno di frasca*; Vino vendibili suspensâ hederâ nihil opus. Parœmiogra. Eodem pertinet hoc Plauti in Pseudolo. Proba merx facilè emptorem reperit. Nec longè dissimile illud Leosthenis. Vera virtus non eget alienis præconijs. *Il buon vino, &c.*

13 De eo, qui non bene rem præmeditatus, ut Latini dicebant, sibi mali fontem peperit; *E's'è dato della scure su'l piè*; Asciam cruribus illidit. Apulc. de Asino. Quod a rusticis; *S'è dato della zappa su i piedi*. *Darsi della scure sul piè.*

14 Quando aliquis, verbi gratiâ, quod alterum docet, ita apertè enucleat, vt vel stupidissimus quisque intelligere posset, tunc quadrat hæc parœmia; *E'gli dà il pambollito smaltito*; Cicero li. 2. de Orato. ferè omnino in hanc sententiam; Præmansum in os inserit. *Dare il pã bollito smaltito.*

15 Officium postulat, vt prius in nos ipsos, quàm in extraneos, atque in pa

rentes, quàm in cognatos beneficia conferamus; quod per Parœmiam illam significare solemus; *Mi strigne più la camicia che la gonnella*, Tunica pallio propior est. Plau. in Trinummo ad finem: γόνυ κνήμης ἔγγιον i. Genu surâ propius. Theocritus in Edyllio, cui Titulus Charites. Eodem pertinet.

Strigne più la camicia, &c.

Più vicino è'l dente,
Che nessun parente.

16 De illo, qui alicui donat id, quo ipse maximè abundat; *E' porta l'acqua al mare*; In mare aquam defert; Dicitur etiam; Sydera cœlo, vel, Arboribus folia addit. Quæ omnia complexus fuit Ouidius duobus versibus Elegiarum libro 2.

Porta l'acqua al mare.

Quid folia arboribus, pleno quid sydera cœlo,
In freta collectas alta quid addis aquas?

Græci; γλαῦκας εἰς Ἀθήνας. i. Noctuas Athenas. Vsurpat Cicero in Episto. non semel. Quod etiam ab Italis; *Le Nottole a Atene*. Vnde Areostus.

Portar (come si dice) a Samo uasi,
Nottole a Atene, e Coccodrilli a Egitto.

Ab Etruscis illud sæpius; *Le mosche in Puglia*. Sed de his alibi.

17 Ex illo Martialis; Fumantem nasum vrsi ne tentaueris; dicimus etiam nos, admonentes, non esse lacessendos, qui possint nocere, si ipsos commotos videamus; *Quando fuma il naso all'orso, non lo stuzzicare*. Huic non admodum dissimile; *Alla pentola, che bolle, le mosche non ui s'appressano*.

Quando fuma il naso, &c.

18 Qui vult significare, se ab aliquo negligi, ac deludi, ita conqueri solet; *E' fa del fatto mio alla palla*; Me quasi pilam habet. Plau.

Fa di me alla palla;

19 In eodem proposito vsurpatur hic versus Latinus vulgatissimæ sententiæ;

Effuge, quem signo turpi natura notauit; atque hoc nostrum dictum; *Niun segnato da Dio, fu mai buono*. Et de Strabone speciatim;

Non fu mai guercio di malizia priuo. Extat Martialis distichum lib. 12. in Zoilium.

Niũ segnato da Dio, &c.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus;
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Vnde præceptum; Caueto a signatis. Notat Gilb. Cogna.

20 Pulcherrima mihi videtur hæc parœmia, præcipuè si aliquantùm trãsferatur, veluti ad improbos alicuius ciuitatis populos, qui placidum nacti principem, suis facinoribus eum ad sæuitiam compellant: *L'ammalato disubbidiente fa'l medico crudele*;

l'Ammalato disubbidiente, &c.

Crudelem medicum intemperans æger facit. Publius Syrus.

21 Aut nihil, aut Cæsar uult dici Borgia; quid ni?
Cum simul & possit Cæsar, & esse nihil?

Iacobus Sannazarius in Valentinũ, cui frequẽs in ore erat illud celebre dictum. Aut Cæsar, aut nihil. Pro quo nos; *O Cesare, o niente*; Et uulgus;

O Ce-

O Cesare, o Niccolo; Et in eâdem sententiâ; *O principe, o marinaro*; *O barattiere, o caualiere*; *O polli, o grilli*. Græci pro his vsurpâsse uidentur; βασιλεὺς, ἢ ὄνος. i. Rex, aut asinus. Exponit Eustathius in 6. Odyss. eius originem narrans. *O Cesere, o niente.*

22 Rationem afferendo, quare scelerati penitus euitandi, ac fugiendi sint, dicere solemus; *Vna pecora marcia ne guasta un branco*; *Vna pecora marcia ne, &c.*

Morbida facta pecus, totum corrumpit ouile.

Et Iuuenalis Saty. 2. -- grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

Alij ad huius imitationem; *Vna pera fradicia* [sic vulgus pro *fracida*] *ne guasta un monte*. Huc pertinet opilionis fabella. Hic in agris lupi catulo reperto, domum tulit, atque inter canes ouium custodes aluit: qui, vbi adoleuit, oueis occidere, canésque, ut vnà secum comederent, edocere cœpit. Opilio id sentiens, lupum quidem occidit, canes tamen, ut ab ouium cæde temperarent, non poterat prohibere. Tunc secum. Meritò plector, qui lupum canibus immiscui; vnde oueis occidere didicerunt. Allegoria est; Bonorum mores malorum consuetudine corrumpi. Nec prętereo, alibi in Italiâ priorem parœmiam cum Homœoteleuto efferri; *Fabula.*

Vna pecora infetta
N'ammorba una setta.

23 Pro eo, quod apertè absque ullâ figurâ effertur; Molitur discessum; dicimus παροιμιῶδες, a Latinis mutuati; *E' s'affibbia i borzacchini*: Talaria nectit. Virg. ex Home. Talaria induit; Cicero ad Atti. lib. 14. *Affibbiarsi i borzacchini.*

24 Non adeo lac lacti simile est, ut nostra hæc parœmia; *Tor la palla di mano*; illi Plautinæ in Aulul. & in Epid. Eximere, uel eripere; è manu manubrium. i. Occasionē præripere. Eiusdem sententiæ est; *Torre*, vel, *Furar le mosse*; Et, quo utitur Matthæ. Villa. *Pigliare a vno i dadi.* *Tor la palla di mano.*

25 De illo, cui fœliciter omnia succedunt, cuique fortuna in omnibus arridere uidetur, dicere consueuimus; *Egli è figliuol dell'oca bianca*; *Egli ha il uento in poppa*; Albæ gallinæ filius. Iuuenalis. Secundis nauigat uentis. Parœmiogra. *E' figliuol dell'oca bianca.*

26 Siquis ab alicuius rei ueritate longissimè absit, dici solet; *Tu se in un altro paese*; In aliâ es regione; Et illud; *Doue Diauol se tu*? Quò terrarum raperis? Parœmiogra. οὐκ οἶδ', ὅποι γῆς φέρεται. i. Nescit, vbi terrarum fertur. *E' in un altro paese.*

27 De homine maximè improbo, sceleratóque vulgò dictitant; *E' il piu tristo fante, che vadia su due gambe*; Bipedum nequissimus. Cicero in Clodium; & Plinius in Regulum quemdam in Episto. Dicitur etiam. *Piu tristo di tre assi*. Et Pulcius in Morgante; *Egli è il casso de gli sciagurati*. *Piu tristo fante, che uadia, &c.*

28 Qui æs alienum conflauit, dicitur a nobis, *Auer fatto vna buca*; Quò spectat hic Ciceronis locus in 4. Verri. Vt illam rei familiaris lacunam implerent. *Fare una buca.*

Cum

29 Cum significare volumus, magnates non se mutuò lædere, sed odium, atque inimicitias in dispares exerceri solere, dicimus; *Corbi con corbi non si cauano gli occhi.* Quò spectat, nisi fallor, illud Varronis de linguâ Latinâ, lib.6. in princ. Canis caninam non est. Et Antonius Monach. lib.3. cap.26. Rerum a Francis gestarum ad verbum dixit; Coruus corui oculum non eruit. † Hebræi quoque, vt notauit Godofredus in priori suorum Prouerbiorum Centuriâ, in hanc sententiam inquiunt; Lupus alterius lupi carnem non edit. Quod alicubi in Italiâ; *Il lupo non mangia il lupo.* Et Florentiæ. *Ogni carne mangia il lupo, e la sua lecca.* Horatij locus est notissimus.

Corbi con corbi, &c.

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi in dispar, feris.

Ad idem propositum aliqui; *Vn asino non morde l'altro.*

Ogni carne mangia il lupo, &c.

31 Non vnum, sed plureis sibi parandos esse portus, vt, sæuientibus infortuniorum procellis, locus non desit, quò tutò confugi possit, hac nostrâ parœmiâ admonemur; *Mal per quel topo, che non ha, che un fesso solo;* Quæ cum illâ ex Plauti Truculento non paruam cognationem habere videtur. Mus non vni fidit antro. Verba Plauti sunt;

Mal per q̃l topo, &c.

Sed tamen cogitato, mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam,
Quia, si obsideatur unum, aliunde præsidium gerit.

32 Significare uolentes iuxta Isocraticum illud; τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. i. Totius ciuitatis mores ad principum exemplum conformantur. Quod videtur exprimere uoluisse Cicero in primo Famil. cum dixit; Quales in Rep. principes sunt, tales reliqui solent esse ciues; significare, inquam, uolentes, inferiores facere solere; quæ a superioribus fieri vident, dicere solemus; *Il giouenco impara dal bue;* Ex vulgatiss. illo pentametro;

Il giouenco impara dal bue.

A boue maiori discit arare minor.

33 Eamdem sententiam habet Plautinum illud in Mostellariâ; Simul sorbere, ac flare difficile; atque hoc a vulgo usurpatum; *Non si può bere, e zufolare;* Quò pertinent etiam illa; *Non si può sonare e ballare; Portar la Croce, e sonar le campane.* Pro quibus rustici; *Non si può piagnere, e guardare i buoi.* Et uilissimi agasones; *Non si può strigliare, e tener la mula.* i. Duo omnino diuersa, ab eodem uno, eodémque tempore perfici non possunt.

Non si può bere, &c.

34 In eum, qui in deterius usque degenerat, iactare consueuimus; *E' fa, come'l gambero.* Nepam imitatur. Plautus in Casi. Græci χεῖρον Βάβυς αὐλεῖ. i. Peius Babys tibiâ canit. Parœmiographus, exponens, eius assertoriginem. Dicitur etiam; *E' fa, come Giordano.*

Far come il gambero.

35 Quoties significare uolumus, quantumuis pusillum commodum adiuuare, nullámque rem negligendam esse; unde uel minimum utilitatis aliquando desumi possit, dicere solemus; *Ogni pelo ha la sua ombra;*

Ogni pelo ha la sua ombra.

Etiam capillus unus habet umbram suam. Publius Syrus.

Pulcri-

36 Pulcritudinem per ſe amabilem eſſe,efficeréque,ut in illis, qui eâ ſunt præditi, uirtutes gratiores appareant, ex Virgiliano illo notiſſimum eſt. Nos quoque de formoſo; *Egli ha la raccomandazion ſeco*; Formoſa facies muta commendatio. Seneca. Huc ſpectat illud Heliodori; κάλλους ὄψις καὶ λῃστρικὸν ἦθος οἶδεν ὑποτάττειν. i. Pulcritudinis aſpectus uel prædonum ingenium ſibi ſubijcere poteſt. Nec longiùs abſunt hæc Ariſtæneti. lib. 1. Epiſto. 19. ἀρρήτως μέν τινα ῥοπὴν εὐνοίας παρὰ τοῖς γεγεννηκόσιν ἀτυχοῦντας τοὺς εὐειδεστέρους τῶν παίδων: καὶ δυοῖν ὄντοιν, ἢ καὶ πλειόνων, ἡδίων τοῖς γονεῦσιν ὁ καλλίων. i. Habent quidem momentum ad parentum amorem formoſiores liberi; ſolétque è duobus, aut pluribus, gratior eſſe, qui pulcrior. Ariſtoteles etiam, referente Laërtio in eius uitâ; τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολὶς συστατικότερον. i. Pulcritudinem, dicebat, plus omni epiſtolâ ad commendationem ualere.

Ha la raccomandazion ſeco.

37 Significare uolentes; ἀδύνατον non eſſe, neque abſurdum, ut è malo patre interdum naſcatur bonus filius, uel in loco minus honeſto honeſtiſſimi reperiantur homines, dicere ſolemus; *Anche tra le ſpine naſcon le roſe*; Etiam inter uepres roſæ naſcuntur. Ammia. Marcellinus. Prædicto affine; *Di fetida erba naſce il giglio.* Huc pertinent uerſus Euripidis in Electrâ;

Anche tra le ſpine, etc.

ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστὰ δ᾽ ἐκ κακῶν τέκνα. i.
Iam enim uidi hominem generoſo parente natum
Nullius eſſe precij; & rurſus ex malis boni filij generantur.

Prior quoque ſententia horum uerſuum a nobis παροιμιῶδες effertur, cum dicimus; *D'uouo bianco ſpeſſo pulcin nero.* i.

Sæpe ex ouo albo pullus gignitur niger. Quod Greg. Theolo. In uitâ Athanaſij. καὶ ἐξ ἀμπέλου φύεται βάτος. i. Etiam e uite naſcitur rubus. Vide, quæ ſcribit Dantes Paradiſi Cant. 8.

38 Quando aliquis pēnas nido maiores extendere uidetur, & altiora perſequi, quàm, quæ, aſſecutus, uideatur eſſe ſeruaturus, dici ſolet;

A cader và, chi troppo in alto ſale.

Qui quærit alta, is malum uidetur quærere. Plautus in Prologo Pſeudo. -- tolluntur (de iniuſtis agit Claudianus in Ruffinum lib. 1.)
-- tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant. Et Arnobius aduerſus Genteis li. 8. in fi. Miſeri in hoc altiùs tolluntur, ut decidant altiùs. Quibus conſona ſunt illa; Plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora. Lactanti. Firmi. τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων ἐπισφαλέστερόν ἐστιν. i. Magnitudo proſperitatum inſtabilior eſt. Hippo. in Epiſto. ad Damagetum de Democrito. Et Sene. in Oedipo;

A cader uà chi troppo, &c.

Quicquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco. Petrarcha;
E diſſi a cader và, chi troppo ſale.

Torquatus Taxus etiam huc reſpexit.

Et a' uoli tropp'alti, e repentini
Sogliono i precipizi eſſer uicini.

Eos,

Prometter mari, e mõti.

39 Eos, qui maxima promittunt, & quæ uix homini ab homine dari possunt, dicimus, *Prometter mari, e monti. Prometter Roma, e Toma.* Maria, montésque polliceri. Sallu. in Catili. χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι. i. Aureos monteis polliceri. Parœmiogra. Vnde Terenti. Modò non monteis auri pollicens. His addi posset; Gallinacei lactis haustum polliceri. Vtitur Franci. Floridus in episto. quadam ad Rodolphum Pium.

Starsene cõ le mani a cintola.

40 In ociosum, ac desidem, qui nihil omnino agat; *E' se ne sta con le mani a cintola.* Manum habet sub pallio. Quitili. Instituti. lib. 12.

Vscir de' gãgheri.

41 Si quem sentiamus a proposito sermone aberrâsse statim dicimus. *Egli è uscito de' gangheri. E' uscito di tema. E' uscito di traccia.* De scâmate egressus est. D. Hiero. A lineis excidit. Tertullianus. Extra callem est. Ammianus lib. 21. ἐξημαξομένος. i. De curru delapsus. Aristopha. in Ranis. ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖται. i. Extra chorum saltat. Parœmiogra.

42 Victo. Varia. lectio. lib. 7. cap. 12. iuxta ea, quæ refert Bembus in Opusculo de Terentij fabulis, approbat legendum esse apud Terentium: Viden' ossum, & cibus quid faciat alienus? Ac deinde subdit. Quòd si uera lectio hæc est, ut arbitror, puto ualere hîc ossum uetere cõsuetudine, quod statim poëta ostendit: uidetur enim declaratio illius esse, quod sequitur, cibus: ut sit familiaris sermo, quo nos etiam vulgò utimur, cum quempiam vesci alienâ mensâ significamus, nec parcere rei familiari ipsius: dicimus enim, ipsum vorare illius ossa. [i. *Diuorargli l'ossa.*] nisi quis malit, inde ductum esse, quòd caro, quæ ossi propinqua est, suauior est, ut Græcus etiam poëta affirmauit, cuius hic uersus legitur apud Athenæum.

Diuorar l'ossa.

43 τὸ γὰρ πρὸς ὀστῷ φασὶ κρέας εἶναι γλυκύ. Hactenus Victo. † Versus Græcus est Machonis Comici: quod prouerbium uiget etiam apud nos; dicimus enim; *La carne piu uicina all'osso è piu saporita.*

La carne piu vicina all'osso, etc.

44 Procubuit moriens, & humum semel ore momordit. Virg. Aen. 11. Quem locum conferens Victorius var. lect. lib. 29. c. 17. Homericis duobus ex Ilia. Β. & Λ. aliísque, ita deinde inquit. Cadunt autem, quod Lucretius etiam tetigit, in uulnera qui occumbunt. Nos etiam patrio nostro sermone (nisi fallor) idem exprimere uolentes, dicimus, *Dar del ceffo in terra.* Quod etiam moris est transferre ad alia, ut, cum sermo est de mercatore aliquo, qui decoxerit: dicimus enim tunc, id factum esse. Locis a Victorio citatis addere posses illum eiusdem Latini poëtæ in eodem libro, vbi de Eumenio agit;

Dar del ceffo in terra.

Sanguinis ille uomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriénsque suo se in uulnere versat.

Vide parœmias prædictæ simileis in voce χώλος lib. 1.

L'oriuuolo è ito giù.

45 Extat uulgatum dictum, quod vt plurimùm a plebe vsurpari solet, significare uolente, se esurire, se iam cibum expetere. *Io sento, che l'oriuuolo è ito giù.* Quod ex Cassiodo. Vari. 1. Episto. vltim. sic reddi posset. Ex ventris esurie horas sentio. Notauit Iacobus Corbinellus. Idem

etiam

etiam per allusionem significat vulgus dicendo; *Io ho famigliole*. i. Fame laboro.

46 Quod vulgò de vrbe dicitur; *Roma non fu mai matrigna a nessuno*, significando, cuiuscunque qualitatis homines, qui Romam petunt, seriùs, ocyus optimè res suas agere; etiam Cassiodori temporibus uidetur fuisse tritissimum. Sic enim Variarum 1. Epist. 39. Nulli sit ingrata Roma, quæ dici non potest aliena. Pro nostro igitur usurpari posset. Roma nulli aliena. *Roma non è matrigna a nessuno.*

47 Quibusdam hortantibus Tiberium, ut vectigalia augeret, rescripsit ipse sententiâ Cæsare dignissimâ. Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere. Quod Itali; *Il buon pastore tosa, non iscortica*. Quò etiam spectat; *Si uuol leccare, e non mordere*. *Tosare, e nõ iscorticare.*

48 Quod significatur notissimo illo Horatij versu:

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet;

sic ab antiquioribus nostris uulgò ferebatur, hodiéque celeberrimum est. *Quand'egli arde in vicinanza, porta l'acqua a casa tua*. Notat Pet. Victo. Var. lectionum lib. 16. c. 13. *Quand'egli arde in uicinanza.*

49 Exempli caussâ significare uolentes, seruum, quem alicui proponamus, citò dominum esse inuenturum, quia scilicet frugi, probúsque sit, dicere solemus; *La buona mercatantia truoua presto ricapito*. Proba merx facilè emptorem reperit. Plautus. *La Buona mercatantia &c.*

50 Idem uidetur significare, quod nos Ironicè iactamus in quempiam, qui v. g. nihil intelligens, scriptum aliquod corrigat; *Maestro Aristarco. Il correttor della stampa*; atque illud notissimum: Aristarchus scriptorum. Ex Horat. *Maestro Aristarco.*

51 Describo ex lib. 2. cap. 24. Loco. Contro. Rober. Titij, sed summatim. Cum fidem alicui nos minimè habere significamus, puta si institor non nisi præsenti pecuniâ merceis distrahere uelit, arbitror uti licere, Cras credo, hodie nihil. Nostrates cauponæ pro foribus tabernæ, uel in pariete pictum, uel in tabulâ suspensâ notatum habere solent patrio sermone huiusmodi carmen, *Oggi non so credenza, doman sì*. Illud autem Cras nunquam aduenit, ut sic hospites eludant, & ambiguo illo sermone prudentiores interim admoneant, ipsis non nisi dinumerato precio apud se diuertendi copiam fore. Si aliquam huius sensi probationem desideras, ipsum fontem adi. Titulus est Varronianę Satyræ. Eiusdem farinæ sunt etiam illa; *Oggi non so credenza, &c.*

All'entrar ci uuole ingegno;
All'uscir danari, o pegno.

Et in foribus prostitutarum mulierum.

Quanto m'hai dato, è già posto in oblio;
Se moneta non hai, vatti con Dio.

Le formiche nō vanno, &c.

52 Indicantes non postulari nummos ab inope, vel doctrinam ab indocto, dicere consueuimus; *Le formiche non vanno a granai voti.*

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam. Ouid. 1. de Trist.

Idem valet; *In fiume senza pesci non si gettan reti.* i.

Vbi non sunt pisces, non iaciuntur retia.

Batti'l ferro, &c.

53 Ferrum, cum igni cadent, tundendum. i. *E bisogna battere il ferro, mentre che gli è caldo.* Arripienda, quæ datur occasio, inquit Carolus Bouillus, & rei bene gerendæ tempus non prætereundum. Additq; Gallorum esse prouerbium. Nos vt plurimùm efferimus, significantes v. g. si princeps erga aulicum sit bene affectus, & maria, vt fertur, montésq; pollicitus sit, eum diutius cunctari non debere, quin aliquid petat; ne, more hominum, fortunæ vicissitudinem sentiens, vanis pollicitationibus fruatur. Huc videtur non ineptè transferri posse Pentameter ille Ouidij.

Dum licet, & spirant flamina, nauis eat. lib. 4. Fasto. in princ.

E' pipistrello.

54 *Esser pipistrello* dicitur ille, qui, interdiu latitans, ne creditoribus satisfaciat, noctu foras egreditur. In hanc sententiam dicitur vespertilio ab Vlpiano in l. Si ita quis. π. de Euictio. ex fabulâ Aesopi notissimâ de Vespertilione, & mergo nauticam societatem contrahentibus.

Dall'acque chete ti guarda, &c.

55 Illi, quod, referente Q. Curtio, apud Bactrianos vulgò vsurpabatur; Altissima quæque flumina minimo labuntur sono; quàm maximè congruere videtur hoc nostrū, *Dall'acque chete ti guarda.* i. Caue tibi ab aquis silentibus: Quo admonemus, magis timendos esse tacitur[n]os hosteis, quàm iactabundos, ac loquaceis. Huc spectant; *Non ti fidar d'acqua cheta.* Item *Acqua cheta*
Vermini mena. Vel;
Acqua cheta
Gamba sega.

Nec dissimilia; *Can, che abbaia, nō prese mai caccia.* Vnde Aloysius Pulcius;

Il can, quand' e' vuol morder, non abbaia.

Et Laurentius Medices in 10. suâ Cantilenâ.

Il can che morder vuole,
Rare volte abbaia, o rigna. Hinc Polydorus Virgilius; Caue tibi a cane muto, & aquâ silente. Eodem pertinent.

Chi minaccia,
Vendetta caccia. Quod venustiùs; *Le galline si piglian con Bellebelle, non con Isciòsciò.* Nec rariùs vsurpatur ἁπλῶς. *Chi vuol far, non dice.*

Chi far di fatti vuole,
Suol far poche parole.

In quam sententiam, ni fallor, dictum fuit. οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσι. i. Qui sitiunt, silentio bibunt. Extat in Declamatione in Puteū Aesculapij apud Aristidem. Ad cuncta generatim pertinet Catonis Distichum;

Demissos animo, ac tacitos vitare memento:
Quà flumen placidum est, forsan latet altiùs vnda.

Apophthegma.

Et apophthegma. Rhodius quidam ministro Romani Imperatoris multa ferociter vociferanti; Non curo, inquit, quid tu dicas, sed quid ille taceat.

ceat. A superioribus non videtur segregandum; *Can, che morde, non abbaia in vano.*

56 Notissimo illi Nasonis Disticho;

Principijs obsta: serò medicina paratur,

Cum mala per longas conualuere moras; respondent ex nostris duo hæc: *Guardati dallo 'mbarcare.* Quod de amore speciatim Publij mimus innuit.

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur. Alterum est. *Ogni mal fresco ageuolmente si sana.* Omne malum nascens, facilè opprimitur. Cice. Philipp. 5. Quod ἄλλως. *E'bisogna rimediar da principio.* Huc referuntur illa: Dum paruus est hostis, interfice, vt nequitia elidatur in semine. D. Hieronymi. *Ogni mal fresco, &c.*

ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι. i.

Incipiens malum præcide, & vlceri medere. Phocyl.

ζητῶμεν δ' ἕλκει φάρμακα φυομένῳ. i.

Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

Huc spectant etiam illi Alcæi versus:

ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,
εἴτις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι.
ἐπεὶ δὲ κἂν πόντῳ γένηται,
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη. i.
E terra oportet explorare nauigationem,
Si quis possit, & industriam habeat:
Postquam verò in alto fuerit,
Eo vento, qui adest, necesse est currere.

57 Alicui præcipere volentes, viro sapienti frugaliter, ac parcè, nō ἀσώτως viuendū esse, dicere solemus; *Ricordati, che l'anno è lungo.* Cogitato, quàm longa sit hyems. Cato de Re rust. *Ricordati, che l'anno è lungo.*

58 *Scuopre vn'altare, per ricoprirne vn'altro.* Altare spoliat, vt aliud operiat. Notat Alcia. lib. 4. de verb. signifi. Græci, τόκον τόκῳ ἐκτίνει. i. Fœnus fœnore dissoluit. Latini; Versuram facit. Nostro non dissimile puto, quod, ait Gilb. Cognatus, versari in ore omniū Gallorum; Nudato Petro, Paulum tegit. Pescettius in hac sententiā notat. *E'caua vn chiodo, e pianta vna cauecchia.* Nomen nomine expungit. *Scuopre vn altare, &c.*

59 Iuxta Horatianum versiculum;

Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.

Si Parœmiographo credimus, extabat adagiū apud Romanos; Pede tuo te metire; Pro quo nos; *Misuriāci.* vel pleniùs; *Misurati col tuo passetto.* Obscuriùs ēt, sed fortasse venustiùs; *Fa il passo secōdo la gamba.* De quo alibi. *Misurati col tuo passetto.*

60 Si quis quempiam miserit ad negocium curandum, qui diutius hæreat in viā, nec ocyus reuertatur, ipsi dicere solemus; *Tu hai mandato il corbo.* Coruum misisti. Vel ex fabulā, quam narrat Ouidius Fasto. lib. 2. vel ex loco Geneseωs c. 8. Notat Cognatus, Et, si aliū mittat, vt priorē festinare iubeat; qui ipse quoque diutius cunctetur; *Nō torna ne'l messo, ne'l mādato.* *Mandare il corbo.*

Stattene ne tuo' panni.

61 Aliquem admonere volentes, ut, suis fortunis acquiescens, cum potentioribus familiariter versari non curet, dicere solemus; *Stattene ne tuo' panni.* Et plebecula; *Stattene ne tuo' cenci*. Intra tuam pelliculam te contine. Ex eo Horatij -- propriâ quòd non in pelle quiesset. Ouidius quoque eodem spectasse videtur. 3. de Trist. -- intra

Fortunam debet quisque manere suam.

Donato è morto.

62 Qui uult indicare, non facilè reperiri, qui sua temerè donent, ἀντυματῶδες illud, in quo est donandi allusio, uulgò usurpare solet. *Donato è morto.* Benignitates hominum periere. Plau. in Ruden. Alij in Italiâ. *Donato morì su l'Alpe.*

63 Iuxta celeberrimam Solonis sententiam, de qua Aristoteles in Ethicis Nicomach. & nos alibi meminimus, cecinit Ouidi. Metamorphoseως. 3.

-- scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

Quem locum ita expressit noster Lyricus;

E or di quel, ch'io ho letto mi souuene;
Che'nnazi al dì dell'ultima partita,
Huom beato chiamar non si conuene.

Alla fine si cãta la gloria.

Et Ausonius; Dico tunc vitam beatam, fata cum peracta sunt. Iuxta hanc sententiam παροιμιακῶς inquiunt Etrusci. *Alla fine si canta la gloria*. Sapientia in exitu canitur. Saluianus. Citatur etiam quandoque in eodem proposito ille Petrarchæ versus;

La uita il fine e'l dì loda la sera. Et a popello; *Dammelo morto.*

Perduti i buoi, &c.

64 Qui suâ calamitate edoctus, acceptâ iacturâ sapere, ac rebus suis consulere incipit, uulgò dicitur; *Perduti i buoi, serrar la stalla.* Accepto damno, iamiam claudere. Iuue. Saty. 13. Eodem pertinet; Re comesâ, rationes putare. De quo nos alibi.

Com'io so d'auere, &c.

65 Hac parœmiâ uti solet ille, qui se alicuius rei promptam, certámque memoriam habere uult asserere; *Come io so d'auer cinque dita nelle mani.* Tanquam meos digitos. Ex eo Martia:

Tanquam ungueis, digitósque meos.

Dicimus etiam; *Come io so, ch'io son qui. Come io so d'auere a morire.*

66 *Chi di coltello amazza, di coltel conuien, che muoia.* Qui mortem facit, mortem debet pati. l. 1. §. 1. π. ad Leg. Corne. de Fals. Ex eo Apocalypsis, ut arbitror; εἴτις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. Siquis gladio occiderit, hunc oportet perire gladio. cap. 13. In hanc sententiam Ouidius pri. de Arte aman.

-- neque enim lex iustor ulla est,
Quàm necis artifices arte perire suâ.

Quibus, si uis, adde. ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται αἷμα αὐτοῦ. i. Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine illius

lius effundetur sanguis eius. Deus ad Noam post diluuium. Notat Ioan. Damasc. de Resurrect.

67 *Io me ne son lauate le mani*. Laui manus. Eo utetur, qui negat, se interponere in aliquod negocium, & per hoc de culpâ, quam incurrere posset, cauet. Ex D. Matthæ. cap. 27. Tractum a more purgandi ueterum per aquam. Polydo. Virg. *Lauarsene le mani.*

68 ὁ ἁπτόμενος (inquit Sirach cap. 13.) πίσσης, μολυνθήσεται. καὶ ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ, ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. i. Qui tangit picem, contaminabitur: qui cum superbo communicat, similis ei euadet. Vnde nostrum illud, quoad verba, & quoad sententiam. *Chi tocca pece, s'imbratta*. i. Qui tangit picem, contaminatur. *Chi tocca pece, &c.*

69 In maximè taciturnum, & qui, vel interrogatus, nihil loquitur, inquit uulgus. *Ha lasciato la lingua a casa; al beccaio.* Linguam in linguario condidit. Ex eo Sene. lib. 4. de Benefi. Linguarium dabo. i. thecam linguariam, & repositorium. Lingua huic excidit; dixit Plau. in Pœnulo. Eodem pertinent; *Parla piu un morto.* ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. i. Magis mutus ipsis piscibus. Lucia. in Gallo, & alibi. De quo nos supra. *Lasciar la lingua, &c.*

70 *Non è in alcun luogo, chi è in tutti i luoghi*. Nusquam est, qui ubique est. Sene. Epist. 2. Dicimus etiam; *Chi uuol essere in più luoghi, non è in nessuno.* Quò pertinet versus uulgatissimus.

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. Huc spectat.
A nessun luogo uiene,
Chi ogni via, che vede, tiene.

Potéstque huc transferri;

Albero spesso trapiantato
Mai di frutti è caricato. Da quo uide p. 1 1 1. in fi.

71 *Chi per altri adora,*
Per se lauora. i.
Pro alijs orans, sibi quoque utilitatem parit.

Hæc parœmia consona est illis, quæ tradit D. Augustinus in Enchiridij cap. 109. Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel Eleemosynæ in Ecclesiâ fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui, cum uiuerent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. Et paulo post, concludens, subdit. Quocirca hîc omne meritum comparatur, quo post hanc uitam possit releuari quispiam, vel grauari. Nemo autem se speret, quod hîc neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri.

72 Quam plurima extant prouerbia omnis generis, quæ ostendunt, pulcherrimum esse ex alterius infortunio prudentiorem fieri. Ego instar apis breuiora, & quæ magis ad meũ propositum conducant, hic congerã.

Multorum disce exemplo, quæ facta sequaris,
Quæ fugias. Vita est nobis aliena magistra,

Il

Il sauio si specchia, &c.

Il sauio si specchia ne gli esempli altrui.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum. Pub. Sy.
Fortunato è colui,
Che 'mpara a spese altrui.
Fœliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Plau.
Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum. Parœmiogra.
Felice è quel sapere, che s'acquista col periglio altrui.
-- Fœlix quicunque dolore
Alterius disces, posse carere tuo. Tibullus lib. 3.

Farsi dottore, &c.

73 † Prædictis non dissimile: Optimum alienâ insaniâ frui. Recenset. Coluan. Vbi nota phrasin prouerbialem; alienâ insaniâ frui; congruit enim optimè cum eâ, quam vsurpauit poëta facetissimus; *farsi dottor per gli altrui guai.* Huc pertinet elegans Gabriæ fabella;

Λέων, ὄνος, κερδώ τε πρὸς θήραν ἴον.
ὄνος δὲ ταύτην εἰς τρίτον δεδασμένος,
Λέων κατεσπάραξε, κερδὼ δὲ πλέον
ἔνειμεν αὐτῷ, σωφρονισθεῖσ' ἐξ ὄνου. i.
Leo, asinus, ac vulpes ad prædam iere.
Cum autem in tres partes eam asinus diuisisset,
Leo hunc dilacerauit: at vulpes plus
Ipsi tribuit, edocta ab asino.

Amore, e signoria, &c.

74 *Amore, e signoria,*
Non voglion compagnia. i.
Nec regna socium ferre, nec tædę sciunt. Sene. in Agamem.
Non bene cum socijs regna, venusque manent. Ouid. 3. de Arte Aman.
Amor, & potestas impatiens est consortis.
De regno non vnus locus: *εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.* i. Vnus sit princeps, vnus rex. Hom. Ilia.
Non capit regnum duos. Sene. in Thyeste.
Nulla fides regni socijs, omnísque potestas
Impatiens consortis erit. Lucanus lib. 1. ex illo Ennij apud Cice. in 1. de Officijs. Nulla sancta societas; nec fides regni est. Multa etiam, & pulcherrima scripsit de hoc argumento Minutius Fœlix in Octauio, tractans, contra Genteis illud Problema. Vtrum vnius imperio, an arbitrio plurimorum cœleste regnum gubernetur: Inter quæ sunt ista. Generi, & soceri bella toto orbe diffusa sunt, & tam magni Imperij duos fortuna non cepit. Vide cætera; rex vnus apibus; dux vnus in gregibus; in armentis rector vnus:

75 Iuxta peculiare Catonis præceptum de frugalitate;
Ne tibi quid desit, quæsitis vtere parcè;
Vtq; quod est, serues, semper tibi deesse putato. dicimus nos generaliter.

Chi si misura, la dura.

Chi si misura,
La dura
Moderata durant. Sene. in Troad.

Qui

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Martia.

Huc etiam spectat illud D. Hierony. Prudentis hominis est nosse mensuram suam.

Quam sententiam optimè tractans Horatius ad suum propositum, in Poëtica dixit.

Sumite materiam, vestris, qui scribitis, æquam
Viribus; & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Nec longiùs absunt Iuuenalis uersus è Saty. 11. —buccæ
Noscenda est mensura tuæ, spectandáque rebus
In summis, minimísque, etiam cum piscis emetur.

76 Plautino illi: Argentum accepi, libertatem uendidi; respondet nostrũ;
Chi da alcun doni prende,
La sua libertà vende.

Quod & his rationibus effertur.
Chi da altrui prende,
Soggetto si rende. Et breuiùs.
Chi prende,
Si vende. Item ἄπλως. *Seruigio preso, libertà venduta.* Ex eo ut censeo Publij Syri. Beneficium accipere libertatem uendere est. *Chi prẽde, si uende.*

77 Significare uolentes, inuidiosum tempus paulatim, quicquid melioris est in nobis, lentâ destruere voracitate, dicimus. *Pass'vn dì, e passa'l migliore.* *Pass'un dì, e passa'l migliore.*

Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. Virgil.

Meliora præteruolant, deteriora succedunt. Seneca in Episto. 109.
Quotidie est deterior, posterior dies. Publius Syrus.

Pauca, quæ supersunt ad conficiendam Centuriam, sunt Sententiæ, uel Dicta Prouerbialia.

78 De incerto humanæ uitæ tempore, in quo proposito usurpantur illæ Horatij sententiæ:
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Et
Quis scit, an adijciant hodiernæ crastina summæ
Tempora dij superi? Dicimus nos.
Di doman non c'è certezza. Varro Satyr. inscripsit. Nescis, quid uesper serus uehat. Agell. lib. 1. capit. 22. *Di doman non è certezza.*

79 *Le disgrazie non vengon mai sole.* Cui aduenit unum, non aduenit solũ. Accursius in Auth. Vt Iudi. sine quo. in u. Illicito. Ausonius παροιμιῶδες. Catenati labores. Sic enim Parœmiogra. in adagio, Malorum panegyris; in fine. Ausonius in carmine non ineleganter appellat catenatos labores, quòd molestia molestiam excipiat. *le Disgrazie non uẽgono, &c.*

Raró

Rarò ulla calamitas sola uenit.

Fortuna obesse nulli contenta est semel. Publ. Sy.

Agglutinant se ad malum malæ res plurimæ. Plau. Huc pertinent Areosti uersus;

Non comincia fortuna mai per poco,
Quand' vn mortal si piglia a scherno, e giuoco.

80 *Chi tosto da,*
Due volte da.

Chi tosto da, &c.

Qui citò dat, bis dat. Seneca ex mimo illo, ut opinor, Publij Syri.

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter. Cui affinis.

Bis est gratum, quod opus est, ultrò si offeras. Eiusdem Syri.

E contrario autem effertur,

Non sà donare,
Chi tarda a dare.

Cum quo congruit illud Luciani in 1. Anthol.

ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι. ἢν δ᾽ ἐ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενή, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

Quod ita uertit Ausonius:

Si bene quid facias, facias citò: nam citò factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Hector etiam apud Euripidem in Rheso.

μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν. i.

Odi amicis serius succurrere.

Et Democritus ita dictitare solebat; ὅταν τὴν χάριν καταθῇς, θᾶττον τὴν χάριν δίδου. ἡ γὰρ βραδυτὴς λυμαίνεται τὴν δόσιν. i. Si cui benefacturus es, statim facito: tarditas enim vitiosum reddit munus.

81 *Abbi donna di te minore,*
Se ne vuoi esser Signore,

Idem scribit Martialis ad Priscum, li. 8. Epigr. 12.

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis: vxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito;
Haud aliter fiunt, fœmina, virque pares.

Nec longiùs absunt ea Megadori Plautini in Aulula.

Quæ indotata est, ea in potestate est uiri.
Dotatæ mactant malo, & damno uiros.

Cum hoc Plauti optimè congruit illud Antiphanis.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῶν φορτίων
ὄντως γυναικὸς προῖκα πολλὴν φερομένης. i.

Non est ullum grauius onus
Reuerà, quàm uxor, dotem afferens copiosam. Nos,

Mal tollerar si puote
Femmina, che ha gran dote.

Mal tollerar si puote, &c.

Intolerabilius nihil est, quàm fœmina diues. Iuuen. Satyr. 6.

Pittacus æqualem probabat. γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων. ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρεισσόνων γήμῃς, δεσπότας, καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ. i. Vxorem ducito ex æqualibus, ne, si ex ditioribus

tioribus duxeris, dominos tibi pares, non affineis. Huic sententiæ subscripserunt Homerus in Iliad. 9. Plutarchus de Liberis Educandis. Et Plato de legibus. Ouidius:

Si vis rectè nubere, nube pari.

Sed hæc apud scriptores frequẽtiora, quàm, ut pluribus congestis opus sit.

82 *E' non è vn per cento*
Di sua sorte contento.

Non è un per cento, &c.

Nemo uiuit suâ sorte contentus. Paroemiogra. Suæ quemque fortunæ poenitet. Cicero. Et Verinus.

Quisque suam deflet sortem, vicináque semper
Apparet falsò lætior esse seges.

Ex illis Ouidij notissimis;

Fertilior seges est alieno semper in aruo;
Vicinúmque pecus grandius uber habet.

De quo argumento Horatius plurima in Satyris.

83 *Gli amici son buoni in ogni piazza;*
Chi non ha, se ne faccia.

gli Amici son buoni, &c.

Non videtur dissimile illi Catonis disticho.

Si potes, ignotis etiam prodesse memento:
Vtilius regno, meritis acquirere amicos. Et Menander;
ὐκ ἔστιν ὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλυ. i.
Nulla est possessio prestantior amico. Item:
φίλυς ἔχων, νόμιζε θησαυρὺς ἔχειν. i.
Amicos habens, thesauros te habere censeas.

Phronesium quoque Plautina:

Verum est verbum, quod memoratur;
Vbi amici, esse ibidem opes. In Trucul.

84 *La necessità non ha legge.* Recentiores efferunt ad verbum ex l. vni. ff. de Offic. Cons. Necessitas non habet legem: sed ego magis probauerim; Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. c. Quod non est. Ext. de Reg. Iu. lib. 5. In simili sententiâ vtebantur Græci; ἀνάγκῃ ὐδὲ θεοὶ μάχονται. i. Necessitati ne Dij quidem resistunt. Plato non uno in loco. Necessitas ferijs caret. Palladius.

la Necessità non ha legge.

85 *Chi ha la sanità*
E' ricco, e non lo sà.

Chi ha sanità, &c.

Sanitas est bonum non cognitum, nisi deperditum. Ex Cicerone.
Ad hoc propositum Horatius. Epist. 12. lib. 1.

Si uentri bene, si lateri est, pedibúsque tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius. Eodem spectat.
La sanità, e libertà
Vaglion più d'vna città.

Et ἄλλως. *La maggior ricchezza, che sia, è la sanità. Chi è sano, è ricco.*

ὐκ ἔσθ' ὑγείας κρεῖττον ὐδὲν ἐν βίῳ. i.
Nihil est in uitâ sanitate præstantius. in Græco. Collect.

Si plura desideras, uide Adag. Gilb. Cogna. Homini nihil utilius sanitate. Firmâ ualetudine nihil melius. Sani ægris ditiores. Sed agentes de hoc argumento generaliter, illud Areosti primo non longè dissimile vsurpare solemus.

Non conosce la pace, e non la stima,
Chi prouato non ha la guerra prima.

86 Siquis in ingratum beneficium conferat; *E' laua'l uiso al Moro.* Æthiopem dealbat. Ex Iuue.

Laua il Viso al Moro.

87 Apud Terentium est: Vbi paulum accessit pecuniæ, sublati animi sunt. Quod nos; *Com'egli hanno quattro quattrini; e' segli rizza la cresta.* Quã posteriorem loquendi formulam a Latinis accepimus. Superbientibus enim cristas surgere, siue tolli dicebant. Iuuen.

Rizzarsi la cresta.

88 Qui ob aliquam perturbationem a mente excidit, dicitur a nobis, *Non essere in suo potere.* In quam sententiam Latini; Ex potestate exijsse. Testis est Cice. qui in 3. Tusculanâ; Itaque nihil melius (inquit) quàm, quod est in consuetudine sermonis Latini, quum exisse è potestate dicimus eos, qui effrænati feruntur, aut libidine, aut iracundiâ. Et paulo post: Qui igitur exisse è potestate dicuntur, ideo dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a naturâ tributum est. Notat Paræmiogra.

Non è in suo potere.

89 Qui omnino negat, se quantumuis minimum alicui daturum, dicere solet; *No gli darei cica:* Ne cicum quidem dederim. Apud Varronem, lib. 6. De cico uide in superiori lib.

Non dar cica.

90 *Non guardar con occhio diritto.* Non rectis oculis aspicere. i. non amare, odio habere. Ex eo Bibliorum. 1. Reg. ca. 18. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid. Græci inquiunt; ὑποβλέπειν.

Guardar con occhio diritto.

91 Alicuius potestatem imminuere, uel arrogantiam reprimere, dicitur a nobis παροιμιωδῶς. *Tarpare uno*, metaphorâ notissimâ. Pennas incidere; dixit in hoc proposito Cice. lib. 4. Epist. ad Attic.

Tarpare.

92 Quando volumus significare, multum temporis transactum esse, e.g. ex quo aliquem non uiderimus, ὑπερβολικῶς dicimus; *Egli è un'anno. Egli è mill'anni.* Annus est. Terent. in Heautonti. Aetas est; Sæculum est. Paræmiogra.

E' un anno, &c.

93 Cum significamus, aliquem nobis multa mala ingessisse, dicimus; *E' mi disse un monte di male:* in quo dicto illud, *Vn monte di male*, non est, nostrum inuentum; sic enim Plau. in Merca.

Monteis tu quidem mali in me ardenteis iandudum iacis.

Dire un monte di male.

94 De re maximè perforatâ. *Ell'è com'vn vaglio.* Perlucet crebriùs, quàm cribrum. Plau. in Rud.

Com'un uaglio.

In

95 In Tragœdijs non esse ridendum, nec contra lugendum in rebus prosperis, cum sua cuique rei sit tempestiuitas (quod nos dicimus; *Ogni cosa ha'l suo tempo*) ita admonere solemus; *Bisogna accomodarsi a'tempi*. Temporibus aptari decet. Seneca. Temporibus seruire decet. Cice.

Ogni cosa ha il suo tempo.

96 Quemadmodum a nobis homo stupidus, plumbeusque vocatur; *Vn castrone*; ita a Romanis dicebatur; Veruecea statua. Plaut. in Capteiueis.

Vn castrone.

97 Si quis certissimâ sit fide; nec unquam de ipsius probitate minima fuerit suspicio, alteri, de eo agentes, dicimus; *Tu te ne puoi fidare a chius'occhi*. Dignus est, quicum in tenebris mices. Cice. κἂν ἀνωμότῳ πιστεῦσαι ἄξιος. i. Dignus est, cui uel iniurato credas. Parœmiogr. E contrario autem de nequam dicimus. *Io non gli crederei l' Auemaria, s'io glela sentissi dire*. Ne iurato quidem ipsi crediderim. Idem.

Fidarsi a chius'occhi.

98 Communis est nobis cum Latinis imprecatio illa: Aliquem enim peregre dimittentes, ob aliquod eius improbum facinus odio impulsi, dicimus: *Che tu non ci possa piu tornare*. Vtinam istuc perpetuum itiner sit tibi. Turpilius Comicus, citante Nonio. Notat Vic. Var. lect. lib. 2. c. 1. Idem dicimus αἰνιγματικῶς. *Che tu faccia, come San Gallo*.

Che tu non ci possa. etc.

99 A prædicto non longè dissimile; *Vattene in mal'ora*; quod proculdubio antiquioribus Romanis in ore erat: Catullus enim Vibennios detestans, inquit;

Cur non exilium, malasque in oras
Ius? Pro hoc Tranquillus, Abi Morboniam;

Et Dion in Epitomâ, ἐς κόρακας, ut notat Florens Christia. in Irenâ. De nostro meminit Victo. Var. Lect. lib. 30. cap. 2. vbi disserit, an nostra dictio (*ora*) cum aspiratione scribenda sit, necne; atque affirmat, se notâsse eruditos, & accuratos viros aspiratè scribere solitos esse, intelligenteis tempus, quod initium illius infœlicis itineris esse optamus. Attamen post allatum Catulli locum ita subdit. Et si ora, cum ualet regionem non est proprium verbum nostri sermonis, planum tamen est, alios quoque nonnullos modos loquendi, ut, vigente adhuc Latinâ linguâ, vsurpari soliti erant, integros in eo restâsse, atque in ipsum radices egisse. Nam, quòd ad sententiam facit, non est dubium, quin locus sit superiori illi rationi: dicimus enim quoque eodem animo. *Và in mal punto*, quod anceps non est, ac tempus, pusillumq; ipsius interuallum ostendit. Hæc Victo. Ego tamen cum Florente facio, nec prætendo aliud Etymon.

Và in mal'ora.

100 Qui pecuniam inuitus persoluit; vel potius. Cui pecunia inuito extorquetur, ita creditori suo imprecari solet. *Consumar gli possi' egli in medicine*. In morbo consumat. Sene. de Benefi. lib. 4. cap. 39.

Consumar gli possi' egli &c.

CAETERA FACILITATIS GRATIA per Alphabeti ordinem sunt disposita.

PAROEMIAE.

Accade in vn punto quel, che non auuiene in mill' anni.

Accidit in puncto, quod non contingit in anno. Vulgatiss.

Hinc Areostus;

E così quel ne viene a vn'ora, a vn punto,
Che in vn anno, e mai piu non era giunto.

d'Aquila non nasce Colomba. Aquilæ non generant columbam. Horat.

Arca aperta,
Il giusto vi pecca:

Et ἄλλως: *La comodità fa l'huom ladro.* Occasio facit furem. Leosthe. & Godofredus. Occasio homines in delictum trahit. Cassiod. Varia. lib. 1. Epist. 15. Ad quem locum (si plura desideras) vide, quæ notauit Iacobus Corbinellus.

la Bocca della verità. Philocratem veriuerbio superat. Plaut.

Chi è in tenuta,
Dio l'aiuta.

Melior est conditio posidentis. l. Si seruum. π. de Verb. signif. l. vlt. C. de Rei vendic. §. Commodum. Instit. de Interdict.

Chi troppo s'impaccia,
Non è senza taccia.

Qui se ingerit, pro suspecto habetur. l. Qui omnia. π. de Procurat. Alibi in Italiâ. *La gallina, che schiamazza, è quella, che ha fatto l'vouo.*

Compagno allegro per cammino
T'i serue per ronzino.

Et ἄλλως. *Bel discorso accorcia giornata.*

Comes facundus in itinere pro vehiculo est. Publius.

Huc pertinet locus Dant. Purg. Cant. 23.

I' volsi 'l viso, e'l passo non men tosto
Appresso a' saui, che parlauan sie,
Che l'andar mi facen di nullo costo.

Vide etiam, si placet, Boccac. fabulam 41.

Da vn'ora a vn altra nasce il fungo. Fungus vnâ nocte nascitur. Gilb. Cogna.

Far del bianco nero. Nigrum in candida vertere. Iuuen. Huic simile; *Far del nò sì.* Quò respexit Dan. Inf. Cant. 21.

Del nò, per li denar, vi si fa ita.
In vaso mal lauato
Il buon vino è tosto guastato.

Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Horat.

la Mal'erba cresce presto. Herba mala citò crescit. Accursius.

Ogni agio
Porta seco il suo disagio. Omne commodum cum suo onere pertransit. l. Cum fisco. π. ad Syllani. Huic non dissimilia. *La carne non va senz'osso. Non si puo auere il mel senza le mosche.* De quibus alibi.

Opera

L'Opera loda il maestro. Opus laudat artificem. Durantius. Ipsa se virtus satis ostendit.

Ou'è l'acqua piu cheta, quiui è maggior fondo. Altissima quæque flumina minimo labuntur sono. Q. Curtius. Vide Adag. Canes timidi uehementiùs latrant.

Parli a sordo. Surdo fabulam narras. Teren. Surdo canis. Ex eo Virgil. Non canimus surdis; iuxta Græcorum Parœmiam, quam refert Eustath. in Odyss. P. παρὰ κωφῷ ᾄδεις. i. Surdo canis.

Piu raro, che mosca bianca. Coruo rarior albo. Iuuc. Vide Parœmiographos.

Quel, che non si puo non si vuole. Nemo potest ad impossibile obligari. c. Nemo. de Reg. iur. lib. 6. l. Impossibilium. π. de Reg. iur.

δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι, ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἃ φρονεῖ, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις, ἃ ποιεῖ. i. Virum bonum, quæ sentit, verbis: quæ facit, opere ostendere decet. Hyperidis sententia, iuxta quam vulgò dicimus; *Quel ch'io ho nel cuore, l'ho su la lingua.* Quod clausum in pectore, hoc in linguâ promptum habeo. Ex Sallustio.

Questa tela non è ordita male. Hæc tela non malè est exorsa. i. non malè aggressus sum huiusmodi incœptum. Plau. in Bacchidi.

Val piu vn di veduta, che dieci d'vdita. Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. Plau. in Trucu.

il Vino è la poppa de' vecchi. Vinum lac senum. Meminit Parœmiograph. in Adag. Aquilæ senecta.

Vn, che sia per mille. Vnus pro centum millibus. Cic. de Cato. Vnus multorum instar. Idem in lib. de Clar. Orat. ex dicto Antimachi Clarij Poëtæ de Platone. ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. i. Vir alijs multis honore æquandus. Ex Home. Iliad. Λ.

Vn cieco guida l'altro. Cæcus cæco dux. De indocto indoctum docente. Ex Horat. loco notiss.

Vn sogno. Somnium. Terentius. & Lucianus non semel citat adagialiter. ὀνείρατα. i. somnia. Vide Parœmiographos.

SENTENTIAE PROVERIALES Italis, ac Latinis communes.

L'Abbondanza genera fastidio. Copia fastidium facit. Liuius. Copia nauseam parit.

Abbondare in cautela non è male. Abundare in cautelâ non nocet. l. Testatur. l. Testamentum. C. de Testamen. Et quandoque παροιμιακῶς. *Il zucchero non guastò mai viuanda.*

A chi Dio vuol bene, gli dà delle tribolazioni. Corripit Deus, quem diligit. Tertullianus, ὃν ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει. i. Dominus castigat, quem diligit. D. Basil. Et cum Homoteleuto.

> *Chi da Dio è amato,*
> *Da lui è visitato.* Vnde versus;
> Castigat Deus, & corrigit, quem diligit.

A chi è nato, conuien morire. Cui nasci contigit, mori restat. Sene. in Episto.

A chi piu è dato, piu fia richiesto. Maiores ad maiora adstringuntur. D. Basil,

Cum

Cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. D. Ambrosius.

A chi sà, non manca nulla. Omnia adsunt bona, quem penes est virtus. ἐκ ἔνιν ὅτε ἐςὶν ἐνδεὴς ὁ σοφός. i. Sapiens nunquã laborat inopiã. Heliodo.

all' Afflitto non si de' aggiugnere afflizione. Afflicto non est addenda afflictio. Iurecosf. axioma. Huc pertinet Parœmia ex Aristoph. Lysistra. κύνα δεδαρμένην ἐ πάλιν δεδαρκέναι. i. Canis excoriata non est amplius excorianda. Adde non longè diuersum. *Non gli dar piu trauaglio, ch' e' s' abbia.*

Al maggiore
Deasi l'onore.

Contra maiorem nemo præsumat honorem. Accursius in l. 3. π. de Alien. iud. mut. cau. fac. τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι. i. Senioribus adsurgunto. Lex antiquissima, de qua Pardulphus Prateius, l. 85. in Tract. Iurisprud. veteris.

gli Amici si conoscono a' bisogni. Amici in rebus aduersis cognoscuntur. Leosth. Coluan.

Amor vince ogni cosa. Omnia vincit amor. Virg. Eclo. 10.

Assai presto si fa quel, che si fa bene. Sat citò, si sat bene. Cato.

l' Auuersità riducono a segno. Vexatio dat intellectum. Pet. Chrysolo. Calamitas virtutis occasio. Sene. lib. de Diuinâ prouiden.

Bisogna fare della necessità virtu. Desperatio in uirtutem uertenda est. Iustinus lib. 2. Fac de necessitate uirtutem, dixit D. Hierony. in Epist. ad Furiam. i. Fortunæ inserui.

Bisogna gouernarsi con la pacienza. Superanda omnis fortuna ferendo est. Virgil.

Bisogna leuar l'occasione. Occasio mali tollenda.

il Bugiardo vuole auer memoria. Et cum Homœoteleuto.

Forza è tenga bene a mente
Vn bugiardo, quando mente.

Oportet mendacem esse memorem. Quintil.

al Buono intenditor poche parole. Dictum sapienti sat est. Teren. ex Plau. Persâ. Sapienti pauca.

in Casa sua ognun è padrone. Domi suæ quilibet rex. Manutius in Appendice Adagiorum.

le Cattiue nouelle corron presto. Nimio celerius uenit, quod molestum est, quàm id, quod cupidè petas. Huc respexit Dauus Terentianus,

—— more hominum euenit, ut, quod sim nactus mali,
Prius rescisceres tu, quàm ego, quod tibi euenit boni.

C' è Dio, che ode, e vede ogni cosa.

Est Deus, qui, quæ nos gerimus, audítque, & uidet. Plau.

i Cenni de' padroni son comandamenti. Dominus rogans præcipit. Accurs. in l. 1. π. Quod iussi.

Cessando le cagioni, cessan gli effetti. Cessante caussâ, cessat effectus. Vide Tiraquelli Tracta.

Chi ama teme.

Res est solliciti plena timoris amor. Ouid.
Chi a molti dà terrore,
Da molti de' auer timore.
Multos timere debet, quem multi timent. Publ. Syrus.

Chi

Chi a tempo non sparagna,
Talor molto guadagna.
Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. Terent. Nec longè dissimile illud Plauti in Capteiueis.
Est ubi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum.
Chi bella nacque,
Pouora non nacque.
Et simpliciter; *Chi nasce bella, non nasce pouera.*
In uirgine formam dotis dimidium uocant. Plautus ex illis Afranij versibus, qui citantur a Nonio.
Formosa uirgo est; dotis dimidium uocant
Isti, qui doteis negligunt uxorias.
Chi cerca i fatti d'altri, non può esser buono.
Curiosus nemo est, quin sit maleuolus. Plau. in Sticho. Hinc Poëta facetus;
Che cercar gli altrui fatti non conuiene,
Chi dice quel, ch'e' vuole, ode quel ch'e' non vorrebbe.
Qui, quæ uult, dicit, quæ non uult, audit. Terent.
Chi fa i fatti suoi, non fa torto a nessuno. Qui suo iure utitur, nemini facit iniuriam. L. Qui iniuriarum. §. Is, qui. ff. de Iurisd. Omn. Iud.
Chi fa la legge,
Seruar la degge.
Quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eodem uti debet. ff. Quod quisque iuris, &c. per totum.
Chi ha danari, ha ciò ch'e' vuole. Pecuniæ omnia parent. Pecunia impetrat omnia. Leosth. Coluan.
In precio precium nunc est: Dat census honores:
Census amicitias: Pauper vbique iacet. Ouid. Fast. 1.
Chi ha più ricchezze, ha più pensieri. Plus est sollicitus, magis beatus. Auson. ex Periandro. Misera est magni custodia census. Iuue. Saty. 14. Et Venetijs παροιμιακῶς. *Maggior porta, maggior battitoio.*
Chi muore, esce d'affanni. Finis miseriæ mors est. Coluand.
Chi non ha del suo, ha carestia di quel d'altri. Egebit, qui suum prodegerit. Plau. in Mercat.
Chi non lauora, non manuca. Dictum rusticorum, ex eo notissimo. Qui non laborat, non manducet. εἴτις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. i. Siquis operari recusat, nihil edat. D. Paulus in Epist. 2. ad Thessal. cap. 3.
Chi perde'l credito, può ire a riporsi.
Fidem qui perdit, nil potest vltra perdere. Et,
Fides, vt anima, vnde abijt, numquam eò redit. Pub. Syrus.
Chi più brama,
Più s'affama. Et alij;
Giammai col bramare
Il sacco puoi colmare.
Semper auarus eget. Horat. Tam deest auaro, quod habet, quàm quod non habet. Quintil. lib. 8.
Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido;
Et, cum possideant plurima, plura petunt. Ouid. Fast. 1.

οὐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικοῦ. i. Nihil hydropico ſiccius. Dionyſ. Longi. in libello. περὶ ὕψους. ἄρκτοι μὲν, καὶ λύκοι ἐπειδὰν λάβωσι κόρον, τῆς ἁρπαγῆς ἀφίσανται, οἱ δὲ πλεονέκται κόρον οὐκ ἔχουσιν. i. Vrſi, & lupi, ſaturati, rapinam relinquunt: auaris autem nulla ſatietas. Chryſoſtom.

Chi tace, acconſente. Qui tacet, conſentire videtur. Cap. Qui tacet. de Regu. Iu. lib. 6. Quod ſuo quoque tempore vulgò iactatum fuiſſe, teſtatur Nazianz. τὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν εἶναι, διδάσκει καὶ ἡ παροιμία. i. Silentium pro conſenſu haberi, docet etiam prouerbium.

Chi tempo aſpetta, tempo perde. Qui tempus præſtolatur, tempus ei deeſt. Inter Adag.

Chi toſto giudica, toſto ſi pente.

Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat. Publi. Syr. Vide lib. 2. p. 62.

Chi và ſopr'a tutti i punti, non può eſſer buono.

Summum ius ſumma ſæpe malitia eſt. Teren. in Heautontim.

Chi uuol dir mal d'altri, guardi prima ſe.

Qui alteri vult iniuſtè dicere, ſe prius reſpiciat. Ex Plaut. Pſeudo.

Chi vuol durare, ſe la pigli a bell'agio. Quod velis prolixè facere, aliquando ne feceris. D. Ambroſi. de Virgini. Simile eſt illud Catonis apud Ciceronem. Maturè fias ſenex, ſi diu velis eſſe ſenex.

Colui è ricco, che non ha voglie. Vera fœlicitas, nulla cupiditas. οὐ πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. i. Diues eſt, non qui multa poſſidet, ſed, qui non multis indiget. Chryſo. Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις γένηται πλούσιος. ἐὰν τῶν ἐπιθυμιῶν ἔσῃ πένης, φησίν. i. Ariſtoteles, interrogatus, quemadmodum quis diues fieri poſſit: Si, inquit, cupiditatum pauper erit. Maxi. Mona. Diues eſt, qui ſibi nihil deeſſe putat. Coluand.

Apophthegma.

la Coſcienza è vn graue pondo. Conſcientia graue pondus eſt. Cice. 3. de Natu. Deo. Huc ſpectant Iuuenalis verſus e Saty. 13.

Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus,
Nocte, diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Plautus quoque dixit γνωμικῶς in Moſtellariâ;

Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius.

la Coſcienza ſerue per mille teſtimoni. Ex Boccaci. Conſcientia mille teſtes. Quintil. lib. 5. Huc pertinent;

Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro facto ſpémque, metúmque ſuo. Ouid. 1. Faſt.

Et Dant. Inf. Cant. 28.

Se non che coſcienza m'aſſicura,
La buona compagnia, che l'huom francheggia
Sotto l'osbergo del ſentirſi pura.

De hac ſententiâ meminit Dauanzatus in Schiſmate, cum dixit. *Rimordealo la coſcienza, che gli antichi diſſer valere per mille pruoue.* Poſſemus igitur etiam efferre; *La coſcienza ual per mille pruoue.*

De' mali ſi de' pigliar ſempre il meno. In malis, quod minus, eſt eligendum. l. Quoties. π. de Reg. Iu. c. Iurauit, & c. Non ſolùm 23. Quæſt. 3. c. Duo. 13. Diſtinct. Huc pertinet pulcherrimum apophthegma illius, qui vxorem

rem breuissimâ staturâ duxerat. Sed notius est, quàm, ut recensere oporteat.

il Dolor fa dire quel, che non è.

Etiam innocenteis cogit mentiri dolor. Pub. Syr.

Dopo il fatto il consiglio non vale. Serum est post facta consilium. Consultatione, re peractâ, nihil opus. Parœmiogr.

Doue bisognano i fatti, le parole non bastano. Vbi opus est factis, inutiles sunt sermones. Mure. in Sentent. Iurecosſ. ad verbum. Vbi opus est facto, verba non sufficiunt. l. Non omnes. §. fi. π. de Re milit. & l. Peculium in fi. principij π. de Pecul.

E meglio auer buon nome, che molte ricchezze.

Boña opinio homini tutior pecuniâ est. Pub. Sy.

Illud è Prouerbijs ad verbum. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. cap. 22.

E meglio fare, e pentirsi,
Che starsi, e pentirsi.

Melius est delinquere in faciendo, quàm in omittendo. Probant Iurecosſ. inter cæteras per l. Si sterilis. §. cum per venditorem. π. de Action. empti.

Erro non è frodo. Qui errat, nō cōsentit. l. Si per errorē. π. de Iurisdi. omn. Iu.

Fortuna i forti aiuta,
E i timidi rifiuta.

Audaces fortuna iuuat, timidósque repellit. Virgilius ex illo Ennij; Fortibus est fortuna uiris data. Notat Macrob. Saturnal. lib. 6. cap. 1.

Forza senza consiglio nulla uale. Vis consilij expers mole ruit suâ. Ex Horat. Quod etiam Isocrates innuit in Proœmio Oratio. ad Demonicum. Vnde fortasse Côluand. Vis sine consilio nihil prodest.

la Grazia sopravanza le bellezze. Gratia pulcritudine melior.

Ignoranza non è colpa. La gnoranza scusa. Ignorantia peccatum excusat. l. In omni parte. π. de Iu. & fac. igno. l. Quicunque. C. de Ser. fugit.

Il sempre affaticare
Non può troppo durare.

Quod caret alternâ requie, durabile non est. Ouid.

Insegnando s'impara. Homines, dum docent, discunt. Seneca.

Io veggo il meglio, ed al peggior m'appiglio. -- Video meliora, probóque,
Deteriora sequor. Ouid.

La verità
Genera nimistà.

Et ἄλλως. *Ognun s'adira del vero. La verità genera odio.* Veritas odium parit. Teren. Cosmus Medices dicere solebat. *Quattro madri buone generan figliuoli cattiui; la Verità l'odio; la Prosperità il Fasto; la Sicurtà il Pericolo; la Familiarità il Dispregio.* i. Quatuor matres probæ gignunt filios improbos; Veritas Odium; Prosperitas Fastum; Securitas Periculū; Familiaritas Contemptum.

L'eccelse, ed umil porte
Batt' vgualmente morte.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regúmq; turreis. Hor.

La libertà è la più bella cosa, che sia. Libertas est res inæstimabilis. l. Libertas. π. de Reg. Iu. Non bene pro toto libertas venditur auro. Hinc ex Dantis. Purga. cant. 1. vulgò dicitur.

Libertà vò cercando, ch'è sì cara.

Eodem pertinent uersus illi aurei ex eiusdem Parad. Cant. 17.

Tu prouerrai sì come sà di sale
Lo pane altrui, e com'è duro calle.

La libertà piace a ognuno. Omnes homines naturâ libertati student. Iul. Cæs. de Bello Galli. lib. 2.

Lo scendere, e'l salir per l'altrui scale.

L'huom rio, e possente
Ragion non sente.

Cui plus licet, quàm par est, plus uult, quàm licet. Publ. Syrus. Vnde mihi non longiùs abesse ui illud Democriti; πονηρὰ φύσις, ἐξουσίας ἐπιλαβομένη, δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς. i. Improba natura, si potentiam assecuta fuerit, publicas afferre solet calamitates. Recenset Antoni. Mona.

la Morte è un debito commune. Est emori nobis cōmune debitum. Leosth. Coluan. Nec longiùs illud Plutarchi; μοιρίδιον τὸ ζῆν. i. Viuere est fatale debitum.

la Morte pareggia ogni cosa. Omnia mors æquat. Claud. πάντες ἴσοι νέκυες. i. Omnes mortui æquales. Phocyli. Hinc cecinit Petrar.

Se non che i lieti passi in dietro torse,
Chi le disagguaglianze nostre adegua.

La Natura si contenta del poco. Naturæ necessitas exiguo placatur. Leosth. Coluan.

Nuno è tenuto all'impossibile. Impossibilium nulla obligatio. l. Impossibiliū. π. de Reg. Iu.

Niun si può prometter de gli altri. Alienum factum nemo promittere potest. l. Stipulatio ista. in princ. π. de Verb. signific. §. Si quis alium. Institut. de Inutil. Stipul.

Non bisogna credere a gli appassionati.
Animo dolenti nihil oportet credere. Publ. Syrus.

Non è ingannato, se non chi si fida.
Fiso res periit, diffiso salua remansit. Vulgatiss.

Non si può dir cosa, che non sia detta.
Nihil est iam dictum, quod non dictum sit prius. Terent.

Non si può far le ragion da se. Nemo ius sibi dicere debet, l. unic. C. Nequis in suâ caus. ius, nisi, &c.

Non si può uincer sempre.
Nullus vbique potest fœlici ludere dextrâ. Tritiss.

Ogn'ignorante è cattiuo.
Homine imperito nunquam quicquam iniustius. Teren. in Adelphis.

Ogni cosa manca.
Omnia deficiunt, atque uno tempore desunt. Lucret. lib. 3.

Ogni fatica uuol premio. L'arte si fa per guadagnare. Et παροιμιακῶς propriè. *Giusto è, chi pianta l'albero, colga il frutto.* Omnis labor optat præmium. Qui sentit onus, debet sentire commodum. l. 55. π. de Reg. Iu. Æquum est,

est, ut unicuique proficiat labor suus. Cassio. Epist. lib.8. ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. i. Dignus est operarius mercede suâ. D.Matth.c.10.

Ogni prouerbio è prouato. Omne prouerbium est probatum verbum. Etymologici. Et alibi. *Prouerbio non falla*.

Ogni souerchio porta colpa. Vitiosum est ubique, quod nimium est. Sene.de Tranquillit. Ex eo, ut opinor Phocylidæ.

πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί. i.

Modus omnium optimus, exuperationes verò malæ.

Ognun è sottoposto alle disgrazie. Omnes homines malo sunt subiecti. Leosth. Coluan.

Ognun fa de gli errori. Nemo mortalium omnibus horis sapit. Plin. lib.7. cap.de Præstantiâ gentium.

Ognun può errare. Errare commune est mortalibus. Leosth.Coluan.

Ognun può fare del suo a suo modo. Vnusquisque in re suâ est moderator, & arbiter. l. In re mandatâ. C. Manda. Idem valet illud παροιμιῶδες. Figulus ollis ansas pro uoluntate ponit. Recenset Philelphus Epist.lib.12.

Ognun vorrebb' esser grande. Celsitudinem naturali appetitu desideramus. D.Bernar.Serm.24.in Canti.

il Padre fa la roba, e'l figliuol la manda male. Quantum pater colligit, tantum filius dissipat.

il Pentirsi da sezzo poco vale. i.

Parùm post facta prodest pœnitentia.

Per tutto son de' tristi, e de' buoni. Vna domus bonos, & malos habet.D.Cypr. lib.4. *Piu da noi è bramato*,

Che piu ci uien negato.

Nitimur in uetitum semper, cupimúsque negata. Ouid.

Quand' un uuol far male, l'occasion non mancano.

Malè facere qui uult, nunquam non caussam inuenit. Pub. Syr.

Quel, che tu uuoi, non si sappia, non lo dire.

Quod tacitum esse vis, nemini dixeris. Senec.

Alium silere, quod uoles, primus sile. Idem in Hyppol.

Quel, ch'ha da esser, non si può sapere. Futurorum nulla certa cognitio. Leosth. Coluan. Hinc cecinit Horat.lib.3.Ode 29.

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosâ nocte premit Deus.

il Rauuedersi non è mai tardi.

Nulla est sera ad bonos mores uia. Pub. Syrus.

Sera nunquam est ad bonos mores uia. Senec. in Agamem.

il Sapere è la piu bella cosa, che sia.

Ipsa quidem uirtus sibimet pulcherrima merces. Sill. Ital.lib.3.

Sempre ne ua il meglio. Mors optima rapit, deterrima relinquit. Parœmio.

Optima quaque rapit duri inclementia fati.

Huc respexit Petrarcha -- *morte fura*.

Prima i migliori, e lascia stare i rei.

Si crede piu il mal, che'l bene.

Ad tristem partem strenua suspicio. Nec longiùs absunt;

Ad calamitatem quilibet rumor ualet. Pub.Sy.

In uitium credula turba summus. Ouid.4.Fast.

Sperienza
Madre di scienza.

Ετέρχῶς. *La sperienza è maestra delle cose.* Experientia rerum magistra. Vulgatiss.

gli Stolti non hanno mezzo. Horati. Saty. p. Eclo. 2.
Dum uitant stulti uitia, in contraria currunt.
Tal si scusa,
Che s'accusa.
Excusatio non petitita, accusatio manifesta. Omnibus in ore.

Tanti paesi, tant' usanze. Suus cuiq; mos. Suus cuiq; ritus. Symma. Proprius cuiq; genti mos. Prudenti. contra Symma.

Tanti serui, tanti nimici. Quot seruos habemus, totidẽ habemus hosteis. Macrob. in Saturn. ex Sene. Festus uerò breuiùs. Quot serui, tot hostes. φύσει μὲν ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις. i. Serui naturâ dominis inimici. Hermog.

Tanto vale una cosa, quant' ell è stimata. In rebus, qui modus est cupiditatis, idem est æstimationis. Tritiss.

Tentar non nuoce. Quid tentâsse nocebit? Ex uersu.

il Troppo praticare genera dispregio. Ex æquali conuersatione nascitur contemptio dignitatis. l. Obseruandum. ff. de Offic. Præsi. Nimia familiaritas contemptum parit. Plini. Secun. Quotidiano conuictu minuitur auctoritas. Cognatus.

la Vergogna in un giouane è buon segno. Verecundia in adolescente bonum signum est. Sene. Quò etiam spectat illud Græcorum licèt generaliùs prolatum; πᾶς ἐρυθριῶν χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. i. Omnis erubescens probus esse mihi uidetur.

la Vecchiaia è una mala merce. Aetas senilis mala merx. Plau. in Menæch.

la Vera ricchezza è contentarsi. Satis diuitiarum est nihil amplius uelle. Quintili. Declamat. 13.

la Verità è una. Plus uno uerum esse non potest. Cice. 2. de Orato. τὸ μὲν ἀληθὲς ἕν. i. Verum quidem unum est. Nazianz. Refert Anton. in Sermo. de Veritate.

la Verità ha gran forza. Nihil efficacius ueritate. Leosth. Coluan.

la Verità sta sempre a galla. Veritate nihil robustius. Veritas sæpe laborat, nunquam opprimitur. Idem Coluan.
Veritas nunquam latet. Sene. In Ioue Tragœdo.

la Virtù consiste nella mediocrità. Omnis uirtus est mediocritas. Cice.

Vn non può sapere ogni cosa. Nemo scire potest omnia. Varro de Re Rustic. l. 2. cap. 1. Nullus omnia scire potest. Gilb. Cogna.
Nec scire fas est omnia. Horati.

l'Vso fa legge. Consuetudo constituit ius. Modestinus lib. 1. Regularum. Vide lib. 1. ff. Tit. 3. l. 40.

Vso conuerte natura. Consuetudo naturâ potentior. Q. Curtius. lib. 5.

l'Vso fa legge. Consuetudo facit legem. l. Libertinus. ff. de Ritu nuptia. l. De quibus in fi. ff. de Legi.

Dicta

Dicta vel Phrases Prouerbiales Italis, ac Latinis eædem.

A chi mi vuol male, mal gl'incolga. Mala hostibus eueniant. Ex Ouidio.

Amar più de gli occhi suoi. Plus oculis suis amare. Catull. Plau. & alij. Moschus Edyll. 3. dixit τίεσκεν ἴσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν. i. Eum colebam sicut oculos meos. *Gli voleua bene, come a gli occhi miei.*

A piene vele. Plenis velis. i. summo conatu, ac toto impetu. Cice. pro Domo suâ ad Pontifi. πλησίστιοις ἱστίοις. i. Plenis velis. Philostra. in Polemone.

la Carta non s'arrossisce. Epistola non erubescit. Cice.

Cascauan, come pere. Tam crebri ad terram decidebant, quàm pira. Plau. in Rud.

Cauare il corpo di grinze. Mangiare a tirapelle. Ventrem distendere. Plau. in Casi.

Cena d'auari. Parci hominis lautissimum conuiuium.

il Conto torna, ma i danar non ci sono. Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. i. Excessit, non extat. Plau. in Trinum.

Corre, come'l vento. Cursu præuertit ventos. Virgil. non semel. Et Theocr. Edyll. 8.

Credo, quel, ch'io veggo. Credimus, quæ coram intuemur. Gilb. Cogn.

Dar nella ragna. Incidere in casseis. Ouid. Ad hoc respexit Dant. Parad. Cantic. 9.

> *Tal signoreggia, e và con la test'alta,*
> *Che già per lui carpir si fa la ragna.*

Dar parole. Dar panzane. Infinocchiare. Inzampognare. Verba dare. Terent. & alij.

Da te te la se intrigata, da te te la striga. Tute hoc intrîsti, tibi omne est exedendum. Teren.

Dire, &c. Io la dico, com'io la 'ntendo. Quæ sentio, loquor. Notat Cogna, Aperto pectore loquor. Ex Cice.

E'il più rouinato huomo del mondo. Perditissimus est omnium in terrâ. Plau. in Aulu.

E' me', che'l canchero. Melius est, quâm, quod deterrimum. Plaut. in Trinumm.

E' meglio vna volta, che non mai. Præstat aliquando, quàm nunquam. Parœmiogra.

E più la spesa, che'l guadagno. Sumptus quæstum superat. Plau. in Pœnu.

E' sempre il medesimo. Idem est, qui solet. Plau. in Trucu.

E' spiritato. Stimulant laruæ virum. Plau.

Essere, &c. Tu mi sei nel cuore. Meum animum gestas. i. Scis, quid animi habeam. Plau. in Mercat.

Essere, &c. I sono indouino. Ariolus sum. i. sum diuinus, ac uates. Plaut. in Ruden.

E' sua inuenzione. Commentus est de suâ sententiâ. Plaut. *E' se le trouata di suo capo.* Et παροιμιακῶς. *Questa è erba del suo orto. Quest'è farina del suo sacco.*

E' vnico

E' vnico. Vnicus est. Sueto. in Othone Syluio. Et Catull. in Cæsarem, & Mamurram.

Fare alla cieca, alla' mpazzata. Oculis clausis agere. D. August. Andabatarum more pugnare. Parœmiogr.

Farebbe piagner le pietre. Vel lapides flere cogeret. Cice. Hinc Petrarcha. Cantic. 31.

Vn cor di marmo a pietà mosso aurebbe.

Fare il callo. Callum obducere. Cic.

Far pausa. Ripigliar fiato. Pausam facere. Enni. Lucr. & Plau. vt alibi notauimus. *Far punto,* dixit Dant. Parad. Cant. 32.

Ma. perche'l tempo fugge, che t'assonna,
Qui farem punto, come buon sartore, &c.

la Fauola del popolo. l'Vccel del popolo. Fabula nunc ille est. Horat. Tibull. Nunc per vrbem solus sermo est omnibus. Plaut. in Pseudo. πᾶσι διὰ στόματος. s. Omnibus est in ore. In ore est omni populo. Theocri. Edyll. 12. Meminit Gilb. Cogna.

Ha tutte le nuoue del mondo. Nouit, quid toto fiat in orbe ex Iuue. Saty. 6.

Lo'nganno è tornato addosso allo'ngannatore. Euenit malo malè. Parœmiogr. In magistrum scelera redierunt sua. Senc. in Thyes.

il Mal'anno, che Dio ti dia. Malũ, quod Deus tibi det. Ex illo Plau. in Mostel.
Malum, quod isti Dij, Deæq; omnes duint.

Mentre ch'e' c'è fiato, e' c'è speranza. Aegroto dum anima est, spes est. Cicero ad Atticum. Effertur etiam cum Parechesi.

Mentre l'infermo spira, sempre spera.

Ne pedata, ne orma. i. Nec vola, nec vestigium. s. apparet. Parœmiog.

Ne pure vn largo d'vgna. Ne latum quidem vnguem. Cicero.

Non è al mondo il piu tristo. Scelestior in terrâ nullus est alter. Plaut. in Cistell.

Non è buono ne per se, ne per altri. Nec sibi, nec alijs vtilis. Cic. in Offic.

Non è buon, se non nella lingua. Eius omnis vis, virtúsq; in linguâ sita est. Sallust. Histo. lib. 3.

Non è caro per danari. Non carum est auro. Plaut. in Epid.

Non ha bisogno di Procuratore, o Mondualdo. Curatore non eget. Ex Horat. & Iurecons.

Non ho mai veduto il maggior'asino. Hominem magis asinum nunquam vidi. Plaut. in Pseud.

Non lo stimo questo. Huius non facio. Comici.

Non occorre piu parole. Nil opus est verbis. Lucret. lib. 5.

Non m'è rimasto addosso gocciola di sangue. Guttam haud habeo sanguinis. i. Metu exanguis sum. Plaut. in Mostell.

Non ne volterei vna man sottosopra. Manum non verterim. Parœmiog.

Non posso essere in due luoghi. Hîc esse, & illic simul non possum. Plaut.

Non sa, che io si al mondo. Me natum non nouit. Parœmiog.

Non sa, s'e' s'è viuo, o morto. Viuus, an mortuus sit, nescit. Plaut.

Ogni cosa gli pute. Alabastrus vnguenti huic putet. Manuti. in Append.

Ogni promessa è debita. Omne promissum de iure debitum est. l. vnicâ. C. de Suffrag.

Peggior huomo, che sia sotto la cappa del Sole. Pessimus omnium, quos Sol videt.

det. Prœmiogra.

Pensi, che ognun sia, come te. Vt tute es, itē omneis censes esse. Plau. in Ruden.

Per vna bocca. A vna bocca. Vno ore. Teren. in Andr. Vno spiritu. Pari voce. Lactant. Firmia. μιᾷ φωνῇ. i. Vnâ uoce. Plato. ἑνὸς στόματος, vel, ἀπ' ἑνὸς στόματος. i. Vno ore. Lucil.

Pigliar la strada di mezzo. Mediam uiam eligere. Iustinianus non semel.

Piu guai, che allegrezze. Plus aloës, quàm mellis. Ex Iuuen. Saty. 6. Huc respexit Petrar. Cant. 48.

O poco mel, molt' aloè con fele:
In quanto amaro ha la mia vita auuezza
Con sua falsa dolcezza.

Piu chiaro del Sole. Meridianâ luce clarius. Plaut.

Piu vero del vero. Il Vangel di S. Giouanni. Vero uerius. Certo certius. Plau. Tam verum, quàm quod verissimum. Plaut.

Pizzicare, &c. Ti pizzican le spalle. Dorsus tibi prurit. Plau. in Mili. Glor. i. Dorsum plagas, ac uerbera sibi imminere præsagit, ac præsentit. Et in Persâ. Scapulæ pruriunt.

Portar su la luce dell' occhio. In oculis gestare. Terent. De rebus, quæ nobis charissimæ sunt.

Quel che tu hai a fare, fallo presto. Properè, quicquid facturus es, face. Plau. in Menach.

Quel, che vuol l'vno, vuole l'altro. Idem uolunt, atque idem nolunt. Ex Sallu.

Quest' è 'l maggior ricordo, ch' i' abbia. Hoc longissimè memini. Plaut. in Menæch.

Saperne, &c. Ne sa quant' vn sasso. Non habet plus sapientiæ, quàm lapis. Plaut. in Milit. Glori.

Scuotere il capo. Quassare caput. Gilb. Cogna. ex Virg. & alijs.

Se ne dirà per tutto 'l mondo. Toto cantabitur orbe. Ouid. Elegiar. 1.

Seruirebbe per lanterna. Pellucet quasi laterna Punica. Plaut.

S'e' sarà nulla di me. Si quid de me fuat. Plaut. in Pœnu. i. ut inquiunt Iurecons. Si quid mihi humanitus acciderit.

Stare, &c. Mi pare di star fra porci. Non homines habitare mecum hîc uidentur, sed sues. Plaut. in Sticho.

Tutto 'l vicinato lo dice. Vicinus nunciauit. Cic. pro Roscio Ameri.

la Via è fatta per ognuno. Ognun puo andar per la via. Nemo ire quemquam publicâ prohibet uiâ. Plaut. in Curcul. Hoc etiam apertè inquit Vlpianus in l. 24. π. de Dam. infec. Fluminum publicorum communis est usus, sicuti uiarum, & litorum.

il Viso lo dimostra. Facies tua computat annos. Iuuen.

Vuol volar senz' alie. Vult sine pennis uolare. Plaut. Hinc Dantes Parad. Cant. 33.

Donna, se tanto grande, e tanto vali,
Che, qual vuol grazia, e a te non ricorre,
Sua disianza vuol volar senz' ali.

Multæ

Multæ ſunt apud Etruſcos PAROEMIÆ numeris omnibus perfectæ, atq; ut mihi uidentur, uenuſtiſſimæ. Harum ego, ut noſtræ linguæ ſtudioſis aliquâ ex parte ſatisfacerem, Latinè vtcunque redditarum ſpeciminis gratiâ CENTVRIAM collegi, pérque Alphabeti ordinem in hunc locum ita digeſſi.

A

1 De eo, qui ſuis rebus proſpexit: *e' s'è Accomodate l'uona nel paneruzzolo.* i.
Aptauit oua iam ſuâ in ciſtellulâ.
Cui non diſſimile; *E gli ha fermo le Starne*.

2 Auxilia, quæ in opportunitate præſtò non ſint, nihil proficere: *Acqua lontana non iſpegne fuoco vicino.* i.
Propinquum ignem non tollit, quæ procul eſt aqua.

3 Quando quis ſtudiorum cauſsâ locum petijt, atque inde nihilo doctior reuerſus eſt; *egli Andò giouenco, ed è tornato bue*. i.
Iuuencus hinc abiens, bos huc reuerſus eſt.

4 *Aſin punto conuien, che trotti*. i.
Aſinum ſtimulo agitatum currere conuenit.
Quid nobis ſignificet παροιμιακῶς *eſſer punto*, uide lib. 9. in Adag. *Auer del pugniticcio*: unde etiam aliquâ ex parte huius ſenſum percipies. Qui ſcilicet e. g. aleis ludens, multam pecuniam perdidit, magis ad ludum inflammatus, præ furore ferè proijcit ipſos nummos.

5 In inſipidum, ſtultúmque; *gli Auanza' l ſenno, come la creſta all'oche.* i.
Vt anſer criſtâ, abundat hic ſapientiâ.

B

6 Satis eſt e. g. e quatuor fratribus vnum ad publica feſta admitti. *Baſta vn pazzo per caſa.* i.
Inſanus vnus in vnâ ſufficit domo.

7 Iuxta vulgatum illud, τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγὴ. i. Amyclas perdidit ſilentium; quando alicui ſua taciturnitas eſt incommodo, dicimus; *in Bocca chiuſa non entrò mai moſca*. i.
In ora clauſa muſcæ intrare non queunt.

8 Non eſſe u. c. ſtatim iraſcendum, ſi potentior amicus irâ percitus interdum exprobret, quæ in te contulit beneficia; *Boccon rimprouerato mai affogò neſſuno.* i.
Bolus exprobratus non ſuffocat quempiam.

9 Magnus animus fortunam aduerſam non timet. *Buona 'ncudine non teme martello*. i.
Incus robuſta non ueretur malleum.

Ex

10 Ex paruo puero cognoscitur, qualis uir sit futurus;

il Buon dì si conosce da mattina. i.

Aurora exoriens indicat totum diem.

C

11 Contra superiores non esse pugnandum.

la Capra non può contrastar con il lione:

Pugnare cum leone capra non potest.

Hæc a Sannazario expressa fuit in Arcadiâ eo uersu;

La capra co'l leon non può far guerra:

12 *Can vecchio non abbaia in vano*. i.

Latrare incassum non est annosi canis: s.

Non solent longæui homines loqui temerè.

13 *Castello spesso combattuto alla fine si rende*. i.

Sæpius oppugnatum oppidum deditionem denique facit.

Si percipere vis proprium huius parœmiæ sensum, lege fabulam 74. Boccacij.

14 Quod mendici sint plerunque improbi;

a Cattiua vacca Dio da corte corna. i.

Deus malæ dat vaccæ curta cornua. Eodem pertinet;

A cattiuo cane

Corto legame. i.

Malo cani breuis tendatur copula.

15 *Le cattiue compagnie conducon gli huomini alle forche*. i.

Scelestus socius socium ad supplicium trahit.

Tali uerbo monemus, esse fugienda improborum commercia.

16 Fortunatis domi manendum, ut alibi dictum est, commodisque fortunis acquiescendum; *non Cercar miglior pane che di grano*. i.

Panem triticeo meliorem ne quæritō.

17 Extat in Græcorum Collectaneis uersiculus Menandri, ut censetur.

χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, κ' ἀίδου πύλας. i.

Aurum omnia patefacit, etiam inferorum portas.

Iuxta cuius sententiam Etrusci; *la Chiaue d'oro apre ogni porta*. i.

Aurea patefacit clauis omnem ianuam.

De hoc argumento si plura desideras, uide Horatij Oden pulcherrimam; Inclusam Danaën.

18 *Chi dorme co' cani, si lieua con le pulci*.

Cum pulicibus surgit, cum canibus dormiens.

Simille ille; Cum claudo uersans, claudicare discit.

19 Semel ab aliquo læsus, eius, ipsique similium, vel umbram timet:

Chi è stato morso dalle serpi, ha paura delle lucertole. i.

Quem serpens læsit, vel lacertos horreat. Brunettus in Epita. protulit breuiùs, ac venustiùs; *Cui serpe morde, lucerta teme.* Eodẽ pertinent. *Chi è scottato dall' acqua calda, ha paura della fredda.* *A cane scottato, l'acqua fredda par calda.* Ex eo Apológo. Canis quidam, quoties pluebat, domo egredi non audebat. Interrogatus ab alio cane, cur hoc faceret: Quia, inquit, quondam ferventi aqua excoctus sum. Sed libet in studiosorũ gratiam transcribere ex Eleg. 7. lib. 2. de Pon. nonnullos Ouidij versus: optimè enim ad hunc locum quadrant.

Apologus.

Esse salutatum te, vult mea litera primùm,
  A malè pacatis, Attice, missa Getis:
Proxima subsequitur, quid agas, audire voluntas,
  Et modò, quicquid agas, sit tibi cura mei.
Nec dubito, quin sit; sed me timor ipse malorum
  Sæpe superuacuos cogit habere metus.
Da veniam, quæso, nimióq; ignosce timori:
  Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
  Omnibus vnca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem visum longè fugit agna, lupũmq;
  Credit; & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
  Vanáq; sollicitis incitat vmbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
  Pectore concipio nil, nisi triste, meo.

20 In eos, qui, iusta consulentibus, obtemperare recusantes, temeritatis suæ meritas dederunt pœnas; *Chi fa a suo modo, non gli duole il capo.* i.
  Suo genio obsequenti non dolet caput.

21 Neminem pudere debet sua curare.
  Chi fa i fatti suoi non s'imbratta le mani. i.
  Qui curat sua, suas non polluit manus.
Ludouicus Guicciardinius in suo opusculo (*l'Ore di recreazione* nuncupatur) deducit originem huius parœmiæ ab Antisthenis Philosophi apophthegmate.

22 *Chi gran duol sente, grandi strida mette.* i.
  Clamat quàm maximè, cui maximè dolet.

23 Diues, vilibus pannis obsitus, qui preciosas vesteis domi repostas habeat, quandoque ita dictitat; *Chi ha cauall' in stalla, puo ire a piede.* i.
  Equum habens in equili, pedibus iter facere potest.

24 Cui ad negocium perficiendum vires non suppetunt, ne aggrediatur, ita consulimus; *Chi ha ceruel di vetro, non vadia a battaglia di sassi.* i.
  Cui vitreum est cerebrum, pugnam vitet lapideam.

25 *Chi ha guasto 'l palato, il mele gli pare amaro.* i.

Palato

Palatò malè affecto nauseam affert vel cibus optimus.

Dicitur etiam; *Al gusto infermo ogni buon cibo annoia.*

26 Alicuius negocij arbiter, ac dominus, ex suâ voluntate potest ipsum gerere; *Chi ha la mestola in mano, fa le minestre a suò modo.* i.

Cui est pila in manu, vt vult, percutere potest. Ex dicto Plauti.

27 Qui sibi criminis est conscius, mederi studeat;

Chi ha mangiato le noci, spezzi i gusci. i.

Qui nuces edit, euerrat putamina.

28 Qui omnia pericula timet, nihil aggrediatur;

Chi ha paura di passere, non semini panico. i.

Qui passeres timet, panicum non serat.

29 Non esse in ingratum beneficia conferenda;

Chi laua il capo all'asino, perde'l ranno, e'l sapone. i.

Lauans caput asino, oleum perdit, & operam.

30 *Chi mette la touaglia, non ne và mai netto.* i.

Qui mensam apponit, non discedit asymbolus.

Sententia ex versione patet.

31 Mihi, non posteris consulere volo; *Chi mi vien dietro, serri l'vscio.* i.

Qui post me venturi sunt, claudant ostium.

32 *Chi non può dare all'asino, dia al basto.* i.

Cui non licet asellum, clitellas verberet. s.

Qui e.g. dominum vlcisci non potest, percutiat seruum. Pro hoc nonnulli; *Chi non può battere'l cauallo, batta la sella.*

33 Quæ mulier v.g. aspici non vult, frequentia loca non petat;

Chi non vuol la festa, lieui l'alloro. i.

Qui festum non vult, serta demat laurea.

34 Male agitur cum illo, qui alieno nutritur arbitrio;

Chi per l'altrui man s'imbocca, rade volte si satolla. i.

Quem manus aliena nutrit, rarò fit satur.

35 *Chi ruba per altri è'mpiccato per se.* i.

Qui pro alijs furatur, pro se pœnas luit.

Qui. s. in alicuius gratiam facinora patrat, omnium ope destitutus, vt solus auctor plectitur.

36 *Chi scampa d'vn punto, scampa di cento.* i.

Sexcenta pericula effugit, qui vnum effugit.

37 *Chi schernisce il zoppo, deue esser diritto.* i.

Sit rectus, qui loripedem vult illudere. Ex eo Iuuenalis notissimo; Loripedem rectus derideat, &c. i. Quæ in alijs damnes, ipse ne feceris. Thales. Reprehensurus alios, a temeritate sit longissimus. D. Chrysosto. Contra Genti. Qui in alium paratus est dicere, omni culpâ carere debet. Cice. in Catili.

38 Qui suis obtrectat, sibi affert infamiam.
Chi si taglia'l naso, s'insanguina la bocca. i.
Qui sibi præcidit nareis, os coinquinat.

39 Non inuideri, nisi gloriæ studiosis, vt pluribus probatum est sup. p. 129. & 130. *Chi sprezza la Gloria, ammazza l'Inuidia*.
Qui gloriam negligit, inuidiam perimit.
Vnde illud Damasippi ad Horat. Eclog. 3. Saty. lib. 2.
Inuidiam placare paras, virtute relictâ.

40 Cauendum est e.g. a contrectandâ pecuniâ alienâ.
Chi tocca pece, s'imbratta le mani. i.
Picem contrectans, sibi manus coinquinat.
Eius origo notata est supra p. 221.

41 In eos, qui mediocribus non contenti, grandiora quærunt.
Chi troppo abbracciar vuole, nulla strigne. i.
Plus æquo cupiens amplecti, nihil tenet.

42 *Chi và a caual da giouane, và a piè da vecchio*. i.
Qui iuuenis æquo vehitur, pedibus graditur senex. Cuius sententia iuxta illud; Aestate penulam deterit; de quo Parœmiographus; ita non incongruè, vt arbitror, reddi posset.
Aestate terens penulam, hyeme nudus ambulat. i.
Quæ peccamus iuuenes, ea luimus senes, vt inquit Gilb. Cogna.

43 *Chi uuol ben dal popolo, lo tenga magro*. i.
Volens a populo diligi, mediocrem suppeditet cibum.
Vide, quæ afferuntur ad parœmiam; *Chi ben siede, mal pensa*.

44 *i Colpi grandi son que', ch'uccidono*. i.
Sunt grandiores ictus, vnde homo perit.
Aleatorum parœmia, cum grandis pecuniæ summa deperditur.

D

45 De suo iure semper aliquid remittendum;
si Da l'vfizio, e non la discrezione. i.
Defertur vtique munus, sed non æquitas.

46 Multa narrari atrociora, quàm sint;
il Diauol non è brutto, com'e' si dipigne. i.
Diabolus turpis non est, vt pingi solet.

Si

47 Si improbus improbum prouocet; *il Diauolo uuol tentar Lucifero*. i.
Luciferum nempe uult tentare Diabolus.

48 *Dopo morte non val medicina*. i.
Medicina post mortem non prodest quidpiam. s.
Remedia opportunè sunt adhibenda.

E

49 *E' mal sordo, chi non vuol sentire*. i.
Pessimus est surdus, qui exaudire non velit.
Vide Adag. *Fare orecchi di mercatante*.

50 Ex duobus malis minus eligendum;
E' meglio ne vadia la lana, che la pecora. i.
Longè præstat lanam, quàm oueis amittere.

51 *E' più debole il puntel, che la traue*. i.
Longè debilius est fulcrum ipsâ trabe.
Quando, qui alteri uult auxiliari, auxilio videtur egere. Vnde non longiùs distare censeo illud Cice. Qui semitã non sapit, alteri monstrat viam. De Diuin. lib. 1.

F

52 *la Febbre continua ammazza l'huomo*. i.
Assidua febris ad interitum ducit hominem.
Assiduæ scilicet impensæ præter modum factæ, ad incitas hominem redigunt.

G

53 Iuxta illud D. Bernardi Sermo. 4. in Septuag. Membrum sequitur caput; dicere solemus nos; *la Gamba fa quel, che vuole 'l ginocchio*. i.
Volens, genu iubente, paret tibia.

54 *il Garbuglio si fa pe' malestanti*. i.
Malè res gerentibus turbæ sunt utiles.
Latina verba declarant satis.

55 Non sunt illi maiora credenda, qui in minimis non fuerit omnino fidelis; *a Gatto, che lecca spiede, non gli fidare arrosto*. i.
Feli veru lingenti assum ne credito.
Simile illi; *A can, che lecca cenere, non gli fidar farina*; de quo alibi.

56 Quando seorsum duo, vel plures callidi, nec famæ omnino integræ tacitè consilia ineunt. *Guardateui galline, che le golpi si consigliano*. i.
Prospice, gallina: uulpes consilium ineunt.
Sed per iocum sæpissimè pronunciatur. Pulcherrimum illud apophthegma, non omnino hinc abhorret; *Διογένης κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος, ἔφη. ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται*. i. Diogenes, conspicatus mulieres inter se colloquenteis: Aspis, inquit, a viperâ venenum mutuatur. Antoni. Mona. *Apophthegma.*

57 Iuxta mimum Publianum: Grauissima est probi hominis iracundia; consulimus nos: *Guardati dall'aceto di um dolce*. i.

Ab aceto tibi caue, facto è dulci mero.

H

58 Ex corporis habitudine non percipiuntur animi qualitates.

gli Huomini non si misurano a canne. i.

Mensura apta homini non est pes, neque modulus.

M

59 Nil laudabilis peragi posse ab illis, qui non deguntociosè domi suæ

Mal coua la gallina fuor del suo nidio. i.

Gallina suum extra nidum pullos non fouet.

Hinc non longiùs illud; Philomela in caueâ non canit.

60 *Matta è quella pecora, che si confessa al lupo*. i.

Stulta est ouis, arcana sua quæ narrat lupo.

Ita admonere solemus, non esse sua cordis arcana cum ijs communicanda, qui inde nocendi occasionem capturi sint.

61 Mali nuncij bonis uerbis contegi debent;

le Medicine amare si cuopron col zucchero. i.

Amaræ medicinæ teguntur sacchato.

De hoc decoro seruando uide, quæ tradit Phalereus, vel qnicunque scripsit librum de Elocutione, qui sub nomine Demetrij circumfertur: ubi examinat locum Ctesiæ in proposito Euidentiæ, de morte Cyri matri nnnciatâ.

62 Qui nult significare, se non adeò pollere ingenio, ut rem, de qua agitur, satis intelligat, dicere solet;

la Mia secchia non attigne acqua si fonda. i.

Aquam ita profundam situla non haurit mea.

63 *la Morte de' lupi è sanità delle pecore*. i.

Luporum interitus est ouium salus. s.

Sublatis e medio improbis, probis adest multa securitas.

64 Quòd infortunia semper insequantur miseros;

le Mosche si posano addosso a' caua' magri. i.

Muscæ macros caballos inuadere solent.

65 Non acturus es cum pueris, aut rerum imperitis;

i Mucini hanno aperto gli occhi. i.

Catellis felium oculi iandiu patent.

N

66 Scilicet in uulgus manant exempla regentum;

Vtque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Iuxta hoc generale dictum Claudiani in laudem Stiliconis, dicitur a nobis peculiariter; *e' Non è mal, che non uenga dal capo*. i.

Non est malum, quin è capite originem trahat.

67 *E' Non voglio, che'l fuoco, che non mi scalda, mi scotti.* i.
Nolo me adurat, qui me ignis non calefacit. s.
Vnde nullã capio utilitatem, cauebo, ne mihi inde exoriatur incõmodũ.

68 Si quis nec ipse agere, nec alijs agentibus auxiliari uelit;
E' Non uuol nel dormir, ne far la guardia. i.
Recusat dormire, nec excubias agere vult.
Idem valet; *E' non uuol ne tener, ne scorticare.*

O

69 De re uerissimâ dicitur παροιμιωδῶς, *il Vangelo*, ut alibi notauimus. Item Alicuius rei stupore, seu admiratione corripi, dicitur, *Segnarsi*, ut e.g. *Io inquant' a me a uederlo mi segnai.* i. Ego equidem stupui, ut ipsum uidi. Vnde significare uolẽtes, & verissima, & maximâ admiratione digna nos alicui narraturos esse, ad eam parœmiam confugere solemus;
O di 'l Vangelo; e poi segnati. i.
Percipe Euangelium, ac signa te signo crucis.

70 In eum, qui minimis quibusque ualdè offenditur;
Ogni bruscolo gli pare una traue. i.
Trabes uidentur uel minimæ festuculæ.

71 *Ogni puledro rompe la sua cauezza.* i.
Ab omni equorum pullo frænum rumpitur. s.
Omnis homo in iuuentâ committit aliquem errorem. Eodem pertinent. *E' s'è prima giouane, e poi uecchio. La giouentù uuol fare il corso suo.*

72 Vnicuique anteactæ uitæ in morte redditur ratio;
Ognun ua al mulino col suo sacco. i.
Vnusquisque suo cum sacco pistrinum adit. s.

P

73 Hæc nostra parœmia non longè distat ab illâ Sallustij sententiâ: Histor. 3. Res plus ualent, quàm uerba.
Le parole son femmine, e' fatti son maschi. i.
Fœmella uerba sunt, facta autem mascula.
Vnde alibi in Italiâ: *Nelle parole la speranza, ne gli effetti il possesso.* Cui simillima illa: *Le parole non empiono 'l corpo. Le parole son pasto da libri.*

74 Homini paruo animo parua sufficiunt. *A Picciol forno poca legna basta.* i.
Parum lignorum modico furno sufficit.

75 Paucæ lacrymæ ingentem adimunt indignationem,
Piccola pioggia fa cessar gran uento. i.
Exiguuus imber uentos sedat efferos.
Exemplo sunt ea, quæ Terentianus Parmeno Phædriæ de amicâ conquerenti, ac minitanti, se perpetuo odio eam persecuturum, inquit:
Hæc uerba mehercule una falsa lacrumula,
Quam oculos terendo miserè uix ui expresserit,
Restinguet:

76 *la Piu cattiua ruota del carro sempre cigola.* i.
Semper deterior uehiculi rota perstrepit.
E.g. in literatorum coronâ, qui minus scit, semper loqui audias.

Q

77 *Quando Dio uuol gastigar' uno, gli toglie il ceruello.* i.
Deus aliquem punire uolens, mentem eripit. Et cum Homotel.
Quando Dio ci uuol punire,
Del uero senno ci fa uscire.

78 *Quand'egli è nugolo, e' non ha senon a piouere.*
Cum cœlum nubilum est, imber non longè abest.
Effertur. e.g. quando volumus significare, non longiùs abesse mortem, cum quis grauiori morbo ægrotat.

79 *Quando la gatta non è in paese, i topi ballano.* i.
Mures dissiliunt, quando felis non adest.
Pro declaratione vide; *Chi ha danar da gettar uia, Metta; &c.* Simile nostro est illud, quod falsus Amphitruo dixit Alcumenæ apud Plautum.
Vbi summus imperator non adest ad exercitum,
Citiùs, quod non facto est vsus, fit, quàm, quod facto est opus.

80 Multis facinoribus patratis, tandem luitur pœna.
Quando la pera è matura, e' bisogna, ch'ella caschi.
Quando matura sunt pyra, cadere conuenit.
Eodem pertinet illud Ludouici Areosti notissimum.
Il giusto Dio, quand i peccati nostri, &c.
Hæc parœmia recensetur etiam alibi.

81 Quod alicui cœlitus destinatum est, alteri non continget.
Quel ch'ha a esser de lupi, non sarà de' cani. i.
Lupis addictum, non erit cibus canum.

R

82 *Rete nuoua uccel uecchio non prende.* i.
Annosam volucrem rete non capit nouum. s.
Senes nouis amoribus non facilè alliciuntur. Nostri origo fortasse ex eo Petrarchæ uersiculo.
Ma noua rete uecchio augel non prende.

83 E. c. seruo indulgetur non serui, sed domini causâ;
e' si Rispetta'l cane per amor del padrone. i.
Catelli habetur ratio domini gratiâ. Parœmiographus in hanc sententiam dixit; Canis amatur propter dominum.

84 *e' Rouina la casa per vendere i calcinacci.* i.
Rudera vendendi gratiâ, eruit domum.
In eum, qui minimum commodum maximo cum suo damno, atque incommodo captat. Solet etiam ἀινιγματῶδες alicubi a plebeculâ efferri; *De gli auanzi di Berta Ciriegia. Disfaceua i muri per vender ei calcinacci.* Eius-
dem

dem generis est etiam illud; *Auanzi di Berto: Daua a mangiar le ciriegie per auanzare i noccioli.*

85 Dura seruitus animum diuexat;

La scarpa troppo stretta fa male al pie. i.

Nimis arctum calceamentum exurit pedem.

Huc pertinere censeo Præceptum illud; μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. i. Arctum anulum ne gestato. Ex Parœmiogr.

86 In maximè auarum, sordidúmque iactat plebecula;

Scorticherebbe il lendine per auer la pelle. i.

Vel ipsum lendem excoriet, ut pellem auferat.

87 Si unusquisque esset a culpâ innoxius, tota ciuitas esset bene morata, ac proba;

Se ognuno spazzasse da casa sua, tutta la città starebbe netta. i.

Si quisque verrat ante suas ædeis, vrbs tota pura erit.

88 *Sotto placide onde sono scogli pericolosi.* i.

Sub vndis placidis saxa exitialia latent.

Vide inf. *Tra' fiori, e l'erba.*

89 Quando multi idem artificium exercent; vnde omnibus parum lucri prouenit; *gli Stornelli son magri, perche uanno in frotta.* i.

Sturni sunt macri, quia cateruatim volant.

90 Inconsultò sæpe relinquuntur, quæ deinde frustra optantur.

Tal lascia l'arrosto, che poi brama 'l fumo. i.

Multi dapis relictæ fumum quæritant.

91 *Tal mano si bacia, che si uorrebbe ueder mozza.* i.

Talem oscularis, quam uelis truncam manum. s.

Multi extrinsecus amantur, qui re uerâ odio habentur.

92 *Tanto caca un bue, quanto cent' vccellini.* i.

Quàm centum auiculæ, tam cacat bos vnicus.

Ludentium parœmia. Tempus vsurpandi est, quando aquopiam vnicâ vice deperditur, quod multis acquisitum erat.

93 Latior est sententia huius, nec traditu facilis. Vsurpatur e. g. quando quis improbus, ut adolescenteis ad ludum, caussâ sui emolumenti alliciat, domi habet mulierem non honestæ pudicitiæ.

e' Tien la ciuetta per allettare i pettirossi. i.

Noctuam alit alliciendi gratiâ erithacos.

94 *Tra' fiori, e l'erba giace il serpente.* i.

In herbâ, floribúsque malus coluber latet.

Vide supra; *Sotto placide onde*, &c. Vtræque enim parœmiæ admonent,

ſæpe aliud clauſum in pectore, ac corde, aliud in uultu, ac linguâ promptum haberi. Eodem pertinet Ouid. Pentameter ex 1. Amo. Eleg. 8.

Impia ſub dulci melle uenena latent.

Et alterum illud noſtrum; *Sotto bianca cenere ſtà brace ardente*; q.

Sub albo cinere igniti carbones latent.

Addere quoque poſſes tanquam archetypa;

-- latet anguis in herbâ. Virg.

Il ſerpente tra' fiori, e l'erba giace. Petrar.

95 Imprudentis, atque adeò ſtulti eſſe cum potentioribus certare: grauiſſimæ enim luuntur pœnæ.

Triſt' a quel cauallo, che và contr' a lo ſprone. i.

Væ illi equo, qui contra ſtimulum calcitrat.

96 *Triſt' a quella caſa, che ha biſogno di puntelli.*

Væ illis ædibus, quæ fulcrorum indigent.

In familiam e.g. cuius pater eam per ſe gubernare non nouit.

97 Amor patriæ talis eſt, ut uel Sardinia Romæ anteponatur.

Triſt' a quell' uccello, che naſce in cattiua valle. i.

Væ volucri, quæ infœlici in valle naſcitur.

Huc pertinent illa Caſſiodori: Variar. lib. 1. Epiſt. 21. Aues ipſæ per aëra vagantes, proprios nidos amant. Erratiles feræ ad cubilia dumoſa feſtinant. Voluptuoſi piſces campos liquidos tranſeuntes, cauernas ſuas ſtudioſâ indagatione perquirunt. &c.

V

98 Vir vnus præ mille fœminis;

Val più una berretta, che cento cuffie. i.

Vnum capitium pluris eſt, quàm ſexcentæ calanticæ.

99 Qui obtrectationem nihili facit, ipſam perimit.

Vn paio d' orecchi ſeccan mille lingue. i.

Duæ aures muteſcere linguas mille faciunt.

100 Iuxta uulgatum axioma; Vno poſito abſurdo, multa ſequuntur.

Vn triſto fondamento rouina un' alta torre. i.

Malum fundamentum altam turrem deijcit.

FLO-

FLORIS ITALICAE LINGVAE LIBER SEXTVS.

Italæ Parœmiæ per Græcas explicatæ.

1 INTER cætera vitia, quæ homini a naturâ insita sunt, vnum est hoc, & meâ quidem sententiâ longè maximum, vt præsens bonum plerunque non agnoscat, absens postea lugeat. Hoc valet parœmia illa vulgatissima; *L'asin non conosce la coda, se non, quand'e' non l'ha*; Quod apud Græcos multis effertur modis; παθὼν ὁ νήπιος ἔγνω. i. Malo accepto, stultus sapit. Hesiodus. ῥεχθὲν ὁ νήπιος ἔγνω. Factum stultus cognoscit. Home. in Iliad. non semel. ἁλιεὺς πληγεὶς νόον φύσει. Piscator ictus sapit. Parœmiogr. Huc pertinent illi versus Sophoclis in Aiace Flagellifero. *L'Asin non conosce la coda, &c.*

-- οἱ μὲν κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν
χεροῖν ἔχοντες, οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ. i.
-- imprudentes homines, bonum
Manibus tenentes, non agnoscunt, antequam amiserint.

Quibus quàm simillimi sunt Plautini illi ex Capteiueis;

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Cum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

2 Si quis a vero aberrare videatur, dicere consueuimus; *Costui s'inganna in di grosso. Si da di monte Morel nel corpo. Piglia vn granchio a secco. S'inganna a partito.* τῇ πάσῃ ὁδῷ ἐξαμαρτάνεται. i. Totâ errat viâ. Aristophanes in Pluto. Toto cœlo errat. Macrob. Satur. lib. 3. Eodem pertinet, *Egli ha fatto vn marrone.* i. A recto longè aberrauit. *Ingannarsi in di grosso, &c.*

3 De homine rerum valdè perito, diuturnáq; experientiâ instructo, vulgò dicimus; *Egli ha pisciato in piu d'vna neue.* Vnde Brunettus in Epitaphio; *Dhe dimmi, che hai pisciato in sette neui.* Item; *Ha cotto il culo ne' ceci rossi.* πολλῶν πανηγυρέων Διὸς βαλάνων ἔφαγεν. i. Multorũ festorũ Iouis glandeis comedit. Parœmiogr. πολλὰ περιπλευκώς. Multum nauigauit aquæ. Aristopha. εἰς φᾶσιν περιπλευκώς. Ad Phasin vsque nauigauit. Citatur a Strabone Geographiæ lib. 11. A superioribus non multùm distant. *Egli* *Ha pisciato in piu d'vna neue, &c.*

ha scopato piu d'vn cero. Sa doue il diauol tien la coda. Ha lacciuoli a doni-zia. Quò respexit Dantes inf. Cant. 22.

Ond'ei, ch'auea lacciuoli a gran diuizia,
Rispose: malizioso son io troppo, &c.

4 Inter apophthegmata Regum, atque Imperatorum a Plutarcho edita, extat hoc C. Cæsaris, quod, oppidulum in alpibus videns, cogitabundus protulit. μᾶλλον ἐβουλόμην πρῶτος ἐνταῦθα εἶναι, ἢ δεύτερος ἐν Ῥώμῃ. i. Mallem hîc esse primus, quàm Romæ secundus. In quo sensu nos, Cæsaris dictũ comprobantes, παροιμιακῶς dicimus; *E meglio esser capo di gatta, che coda di lione. E meglio esser capo di lucertola, che coda di drago.*

E meglio esser capo di gatta, &c.

5 Cum significare volumus, fortunam esse mutabilem, nec semper eosdem prosperâ facie respicere, dicere solemus; *Ogni dì non è festa.* οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται. i. Non semper erit æstas. Hesiodus.

Ogni dì nõ è festa, &c.

6 Si quis ex fœlicissimis fortunis ad extremam redictus sit inopiam, ita conqueri solet. *Fu già tempo.* ἦμεν τρῶες. i. Fuimus Troes. Apud Tragicos Græcos frequentissima. Vnde desumpsit Virgil. Aeneid. 2. Et, qui ipsi talem calamitatem exprobrat, iactare consueuit.

Non è piu'l tempo, che Berta filaua.
πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. i.
Fuere quondam strenui Milesij. Aristophanes in Pluto.

De vtrisque meminit Politianus Miscellan. cap. 88.

Non è piu il tempo, &c.

7 Ex vulgi adagio tali pacto admonemur, quàm maximè esse cauendũ, ne iterum ad eumdem lapidem, vt fertur, offendamus. *Doue l'asin cade vna volta, non vi torna piu.* Græci in hanc sententiam. οὐκ αὖθις ἀλώπηξ, vel, ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην. i. Semel in laqueum vulpes. Suidas.

Doue l'asin cade vna volta, &c.

8 Quando aliquis culpæ affinis, vt qui e. g. officium neglexit, non solùm non se purgat, sed eum, cui defuit, fractæ fidei insimulare videtur, tunc dicendi tempus est. *Il tempo di Ciollabate: Chi ha a dare, addomanda.* οἱ φῶρες προσεγκαλοῦσιν. i. Fures ipsi accusant. Aristides, ἀδικοῦντες προσεγκαλοῦσιν. i. Iniuriam inferentes accusant. Ex eo Alexidis in mulieres.

αὗται δ' ἀδικοῦσαι, καὶ προσεγκαλοῦσ' ἔτι. i.
Et ipsæ iniuriam facientes, etiam accusant.

Nostra corrupta est; antiqui enim dicebant; *Il tempo di Ciolo Abati.* Antiquus Mythologista Fabellâ 16. Alibi in Italiâ inquiunt cum Homœo.

Chi de' dare
Fa comandare.

Il tempo di Ciollabate.

9 Hinc etiam non minimùm apparet, quantùm omni ex parte respondeat Italicus sermò Græcæ venustati. Quemadmodum enim illi consultò quædam sub obscurâ metaphorâ tegebant, ita & nos: vt dictum illud è Nebulis Aristophanis in stolidum, atque emotæ mentis hominem; ἓξ χόας χωρεῖται. i. Sex congios capit. Nos; *Egli ha venduto i pesci. Non ha punto di sale in zucca. Mona zucca al vento.* Ex Boccacio.

Ha venduto i pesci, &c.

Quoties

10 Quoties aliquem significare volumus commodissimè uiuere, nulliúsque rei indigentiam habere, dictitare solemus. *Eglista, come gemma in anello. Sta com'un paperotto*. In quam sententiam Græci. οὔθ' ὕεται, οὔτ' ἡλιοῦται. i. Neque compluitur, neque sole aduritur. Zenodotus. Ἄβρωνος βίος. Abronis vita. Suidas. σύκων τρώγει. Ficus edit. Casaubonius in Athenæ. lib.8.cap.2. ubi ipse. De ijs dici solitum, qui molliùs, & delicatiùs uiuerent. ἐν πᾶσι λαγῴοις. i. Inter meros lepores. Aristopha. in Vespis; ubi interpres ἐν ἀγαθοῖς πᾶσι, ἐν τρυφῇ. i. Inter omnia bona, inter delicias. De leporis gloriâ Martialis; & vtilitate Plin.lib.28.c.19.

Stà come gemma in anello, etc.

11 Si forte me aliquo uitio insimulet quispiam, qui illi maximè sit obnoxius, tunc dicere possum. *La padella dice al paiuolo; Fatti in la, che tu non mi tinga. E' si strascica dietro la catena, e dice pazzo a gli altri. Il cieco dice all'uscio*. Quorum sententiæ respondet. ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. i. Alijs mederis, atque ipse ulceribus scates. Plutarchus in Opuscul. cui Titulus. Quo pacto quis ab inimico iuuari possit. Huc spectant.

Fur displicet Verri homicida Miloni.
Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum. Ex Iuue. Sat. 2.
πέπων ἐρινὸς αὐτὸς ὢν ἀχρεῖος
ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ. i.

Tu cum sis grossus, nihili, & insipidus, ad comedendum inutilis alios verbis increpas tanquam ignauos, & insipidos. Casuabonus apud Athenæ.lib.3.cap.4. Alium sacrilegij arguit is, qui ipse Deorum donaria habet. Lucia.in Epist.ad Alexandrum Abonotichitam. Te ipsum inspice. Plautus. Quod etiam nos. *Guarda te. Non dir mal dell'arte. Donde ne uenite uoi?* Quibus quàm simillimum; ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν. i. Medice, cura teipsum. D. Lucas in Euangel. cap.4. Infima verò plebecula. *Giule. Vno, e un due*. Et, si tres sint itidem moribus similes. *Giuleone*.

La padella dice al pauolo, &c.

12 Petrus Victorius Var. lect.lib.4. cap.7. adnotauit, idem valere Græcis; γῇ τε, κοὐρανῷ λαλεῖν. i. Terræ, ac cœlo loqui. Quod Plautus; Soli, aut Lunæ suas narrare miserias. Ac nobis; *Predicare a' porri*. De quo supra. Adagium Græcum protulit Theognetus Comicus εἰς τοὺς φιλοσόφων γαστριμάργους. i. In philosophos gulosos. Refert Athenæus lib.15. Locus Plauti integer talis est in principio Prologi Mercatoris.

Predicare a' porri.

Non ego item facio, ut alios in comœdijs
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die.
Aut Soli, aut Lunæ miserias narrant suas.

13 Quàndo duo mala ita nobis impendent, ut nullâ ratione utrunque euitari posse uideatur, minus eligi solet, dicendo; *E' meglio cader dalle finestre, che dal tetto; cader da' piè, che dalla vetta; perdere il dito, che la mano; perder la sella, che il cauallo*. Idem a pastoribus; *E' meglio perder la pelle, che'l vitello*, vel, *la lana, che la pecora*. Et a mulierculis. *E' meglio perder l'uouo, che la gallina*.

E' meglio cader dalle finestre, &c.

ἑνὶ μὲν συνέχεσθαι κρεῖττον, ἢ δυοῖν κακοῖν. i.
Præstat uni malo obnoxium esse, quàm duobus.

Aristopha. in Concionatricibus. Huc pertinet facetissimus ille Apologus.

Apologus. gus. Lupus, & vulpes ex prædâ venationis sibi ceruum diuidebant. Superueniens leo tertiam sibi partem, ut quadrupedum regi, deberi asseuerabat. Lupus contra negabat. Tandem excandescens leo, iniectis in lupum vnguibus, totum eius caput pelle nudatum rubicundum reddidit; vnde lupus vi x viuus eua t. Conuersus hinc ad vulpem leo; tu verò, quid dicis? Ego, inquit, mi rex, non tertiam modò partem, sed totum ceruum tuum esse, non inficior. Et quis, subdit leo, te ita sapienter docuit respondere? Galerus, ait uulpes, ille ruber, quẽ socio meo lupo imposuisti.

Roma non si fece in vn dì. 14 Significare uolentes. e.g. res explicatu difficileis non bene posse breui operâ perfici, dicere consueuimus. *Roma non si fece in un dì.* μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνεται. i. Non statim finis apparet. Herodo. in Polym. Nec longè distat. Nihil est simul inuentum, & perfectum. Cic. de Claris Orato. Nostro admodum similia sunt hæc altera. *Ogni cosa uuol principio.* *A penna a penna si pela l'oca.* Si uis, superioribus adde ex Gilbert. Cognat. Nemo primo quoque die fit doctus: quod a quopiam tali pacto, expressum fuit.

Annon & uulgò (quod verum est) audio dici?
Primo quoque die nemo magister erit.

Scambiar l'Epilogo col proemio. 15 Qui ea, quæ postremum locum obtinere debebant, in primo collocat, dicere solemus; *Scambiar l'Epilogo col proemio.* ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ τὸ στόμα μετάγειν. i. A caudâ ad os trausferre. Plutar. in 9 Symposi.

L'uccellatore è rimasto, &c. 16 In eum, qui, dum alteri parat insidias, in ipsas incidit, iactari solet. *Lo'ngannatore è rimasto a piè dello'ngannato. L'uccellatore è rimasto preso alla ragna.* Et Dauanz. *Egli è appannato nella sua ragna.* In Schismate, vbi agit de Cromueli facinoribus. *Bello fu, che egli appannò nella sua ragna.* βαλὼν βέβληται. i. Iciens, ictus est. Eusta. Ilia. Λ. vbi etiam ipsius originem tradit. Cui affines. αἱρῶν ἥρηται. i. Captans, captus est. Parœmiogra. ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας. In venatu perijt. Lucianus in Toxaride. εἰς πάγας ὁ λύκος. In laqueos lupus. Zenodotus.

Stò co' Frati, &c. 17 Quod iocantes dicimus; *Stò co Frati, e zappo l'orto*; significare volentes, nos alicuius quidpiam arbitrio permisisse, nec per nos stare, quin, quicquid ipse velit, ex eius voluntate statuatur, Græco illi respondere meâ quidem sententiâ omnibus probatum iri existimo; σεαυτῷ νουμηνίαν κηρύσσειν. i. Tibi ipsi Kalendas edicito. Apud Hesychium.

Render pã per focaccia, &c. 18 Pro illis, quæ dicimus nos in sensu notissimo; *Render pan per focaccia. Render tre pan per coppia. Render frasche per foglie.* Et popinones, heluonésque. *Render migliaccio per torta.* Græci; ἴσον ἴσῳ ἀποφέρειν. i. vt vertit Terentius. Par pari referre. Parœmiogra. Par pari hostimentum dare. Plau. in Asina. Et in eodem proposito, siquis e.g. minitetur, se nobis iniuriam esse facturum, dicimus. *Tu sarai pagato della medesima moneta.* αὐτῷ τῷ μέτρῳ. i. Eâdem mensurâ. Hesio. Publius Syrus apertè.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

19 In hominem maximè sordidum, atque auarum uulgò iactatur; *E' non darebbe del profferito. Non darebbe del fuoco col cencio.* οὐδὲ πόας φύκης δρύφακτα ποντιάδος. i. Herbæ litoreæ fragmina non dederit. Citatur ab Etymologico. οὐδ' ἅλα δοίη. i. Ne salem quidem dederit. Ex Home. Odyss. 17. Sal enim vulgò dabatur omnibus hospitibus. Vnde Horatius,

Non darebbe del fuoco col cencio.

-- & parochi, quæ debent, ligna, salémque. Ecloga. 5. li. 1. Saty. οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δοίη. i. Nec alij caput dederit. Aristoph. in Vespis. Ne corucem quidem dederit. Paullus Manu. in Adagiorum Appendice.

20 Cum significare volumus, pauperes, humilique loco natos, non posse alterum lædere, quemadmodum suppetit facultas opulentis, magnatibúsque, dicere consueuimus. *I poueri hanno le braccia corte.* ἐν χυδαίοις ἰχθύσιν ἀκάνθας οὐκ ἐνεῖναι. i. Vulgari pisci non insunt spinæ. Meminit Plutarchus ex Democrito Symposi. lib. 2. De principibus, contrarium denotando, è contrario dicimus. *I principi hanno le braccia lunghe.* Longæ regum manus. Ex Ouidio. Quod prius vsurpârat Herodotus in Vraniâ. δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆος ἐστι, καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. i. Potentia regis supra hominem est, & manus prælonga.

I poueri hã no le braccia corte.

21 Qui alienis negocijs se immiscent, dicuntur a nobis. *Metter le mani nella pasta d'altri.* ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι. i. In alieno choro pedem ponere. Plutar. in Sympos. & alibi. Idem valet. Falcem in alienam messem mittere. Quod extat in Clement. Venerabilis. De Electioni.

Metter le mani, &c.

22 In eum, qui lædere alterum non possit, quamquam id summopere desideret, id sentientes, hæc adagia usurpare solemus. *Il ranocchio non morde, perch' e' non ha denti. Il can rode l'osso, perch' e' no'l può inghiottire.* ἀμυλοι γνάθοι. i. Edentulæ maxillæ. Meminit Manutius in Appendice. Superioribus non longè distat. *La mosca tira 'l calcio, ch'ella può.*

Il ranocchio non morde, etc.

23 Significere uolentes, non protinus ad altiora u. g. Philosophiæ penetralia esse prouolandum, sed pedetentim, & ordine quodã in Disciplinis pergendum esse, dicere solemus. *Pampian si va ben ratto.* χᾶμα, καὶ βᾶμα. i. Schema, & gradus. Dorum parœmia apud Etymolo. auctorem. Eodem pertinent etiam illa. *A scaglione a scaglione si sale la scala. A uni a uno si fanno i fusi.*

Pian pian si va bẽ ratto.

24 Videntes, quidpiam præpropere fieri. e. c. audientes, principem agere de legibus ponendis ciuitati, quã nondum subegerit, & generatim aliquem tractare de re tanquam perfectâ, quæ adhuc agi incœpta non sit, dicere solemus. *E' vuol vender la pelle dell'orso, auanti ch' e' lo pigli.* Vel breuiùs quasi αἰνιγματώδες. *E' uende la pelle dell orso.* In hanc sententiam tria citat prouerbia Eustathius in Hom. Odyss. π. in principio. πρὶν ὀπτῆσαι, τἄλφιτα. πρὶν τοὺς ἰχθῦς ἑλεῖν, τὸ τάριχον κυκᾷς. πρὶν σφαχθῆναι δέρεις. i. Priusquam assâris, farinas (subintelligitur inspergis) Antequam pisceis ceperis, muriam misces [muriam miscere est, quod nos dicimus, *Far la salamoia*] Priusquã iugulatum sit, excorias. Prædictæ non admodum dissimilis nostratium Gallorum parœmia. *E' uende l'uccello in su la frasca.*

Vender la pelle dell' orso.

Vi-

25 Videns, molestum, difficilémque hominem in alium se non minus molestum, ac difficilem, vel potius in se molestiorem, difficiliorémque incidisse, dicere solet vulgus. *Egli ha trouato un naso a suo culo.* uel, *Egli ha trouato un culo a suo naso.* ξυρὸς εἰς ἀκόνην. i. Nouacula in cotem. Aristęnetus lib. 1. Epist. 14. εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα. i. Reperit patella operculum. Manu. in Appendice.

Trouare vn naso a suo culo.

26 In hominem sceleratum, & quem nullius quantumuis improbi facinoris iam pudet, iactari solet. *Egli ha fatto faccia di pallottola. Ha preso partito della vergogna. S'è gettata la vergogna dietro alle spalle.* αἰδὼς ὄλωλεν. i. Pudor perijt. Parœmiogr. Pudori nuncium remisit. Ex Cicerone. Depudere didicit. Sene. Faciem perfricuit. Plinius in præfatione Histo. Natura. de qua parœmiâ vide multa apud P. Victori. Vari. Lectio. lib. 8. capit. 6.

Ha fatto faccia di pallottola, &c.

27 Si quis aliquem prouocet ad id, in quo ipse excellat, vel quo maximè delectetur, tunc illud quadrat. *Tu lo'nuiti al suo giuoco.* εἰς πεδίον τὸν ἵππον. i. Equum in planiciem. Lucianus in Captiuo, & Synesius in Episto. Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. i. Lydum in campum prouocas. Parœmiogra. ex Herodo. Musas hortaris, vt canant, maria, ut effluãt, auras, ut vigeãt, igneis, vt caleant. Ausoni. in Episto. ad Symma. Idem valet. *Inuitare una mula Spagnuola a' calci.*

Inuitare vno al suo giuoco.

28 Significare volentes, omnia fore tranquilla, posteaquam morosus, ac difficilis homo sui uoti compos factus est, dicere solemus. *Ci sarà la pace di casa.* Græci in hanc sententiam hoc quasi ænigma vsurpabant. μὴ ὕειτι νυκτὸς ὕειν, ἧ κεν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς. i. Non pluet post noctem, qua sus agrestis pepererit. Plutar. in Commenta. de caussis Naturalibus. Secutus sum priorem Parœmiograghi explicationem, quæ extat Chili. 2. Centu. 4. nume. 48. Repetitur enim, & aliquanto diuersiùs in Chilid. 4. Centu. 4. nume. 70.

Ci sarà la pace di casa.

29 In illum, qui in iudicando maximè cæcutit, & idcirco facilè a uero aberrat, dicere consueuimus; *E' non vedrebbe vn busol nella neue. Non vedrebbe vn carbone in vn catin di latte,* τυφλότερος ἀσπάλακος. i Talpâ cæcior. Diogenianus, ac Suidas. τυφλότερος λεβηρίδος Cæcior leberide. Ex Aristophane. τυφλότερος τειρεσίου. Tiresiâ cæcior. Parœmiogra. Et Horatius per eamdem figuram. Hypseâ cæcior. Nostro longè simillimum illud D. Augustini de Ciui. Dei lib. 8. cap. 16. Vel in monteis offenderet.

Non uedere vn busol nella neue, &c.

30 De homine munerum corruptelæ obnoxio dici solet. *E' piglierebbe per S. Giouanni.* τὼ χεῖρε ἐν αἰτωλοῖς. i. Manus in Aetolis, subintelligitur, habet, uel quid simile. Aristopha. in Equitibus.

Pigliar per S. Giouãni.

31 Vt dixit Horatius; Laudibus arguitur uini uinosus Homerus; quia s. poëta frequenter laudat uinum, censetur uino multùm delectatus. Et generatim unusquisque libenter loqui uidetur de illis, quæ animum suum uel angunt, uel delectant. Ad hoc propositum dicimus nos.

La

La lingua batte doue 'l dente duole. Brunettus. *La lingua ua, doue gli duole il dente. Il sangue corre, ou' è la percossa.* Et nonnulli,

Quiui s'ha tutta la mente,
Doue pena, e duol si sente.

ὅπη τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει. Plutar. in Opusculo de futili loquacitate. ὅπη τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. Amphis Comicus apud Stobæum. i. Vbi quis dolet, ibidem, & manum habet. Vbi quis dolet, illic & mentem habet. λόγος πῦ τῆς ψυχῆς ἤθει ἕπεται. i. Oratio animi morem sequitur. Plato. Huc allusisse uidetur Demosthe. in 1. Philip. ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσε εἰσιν αἱ χεῖρες. i. Vulneratus semper plagam contrectat, &, si quis alibi ictus fuerit, illic manus sunt. Papinianus in l. 38. §. Imperatores. π. Tit. ad legem Iulii de Adulte. in hoc proposito dixit. Difficillimum est iustum dolorem temperare. Vide plura apud Gilb. Cogna. A prædictis non uidetur segregandum;

Dou' è l'amore,
Quiui è 'l cuore.

Cui optimè congruit; ὅπη ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ ἡ καρδία. i. Vbi thesaurus, ibi cor. Ex loco notiss. D. Lucæ. Euangelij cap. 12.

La lingua batte doue il dête duole. &c.

32 In quo sensu Lacedæmones, ut Philippi superbiam, ferociámque reprimerent, celeberrimum illud iactârunt. Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. i. Dionysius Corinthi; usurpamus nos. *Altri monti son calati al basso.* De Græco inter alios meminit Phalereus non semel.

Altri monti son calati al basso.

33 Cũ rustico, crassóq; homine rusticè, crasséq; agendũ; urbana.n. atq; exacta illi non probari, sic indicamus. *All'huom grosso, dagli del macco.* πρὸς κάρα κάριζε. i. Cum Care Cariza. Diogenianus. Eodem spectat. *La treggea, non è da porci;* & illud Brunetti in Epitaphio; *Il brodo non si fa per gli asinelli.* Quibus, nisi fallor, æquipollet. ὄνος σύρματ' αἱρεῖται μᾶλλον, ἢ χρυσόν. i. Asinus stramenta mauult, quàm aurum. Citat Aristoteles lib. 10. Moralium ex Heracleto. Quòd si tali indigno bonum contigisset, dicebant Græci. ὄνος ἐν μύρῳ. i. Asinus in unguento. Diogenianus. δίδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. i. Contigit & malis venatio. Zenodotus. Margaritæ ante porcos. Alcia. lib. 4. de Verb. signific. Nos. *La treggea a' porci. Le pere cotte son cadute in bocca a' porci.*

All'huom grosso dagli del macco.

34 De comparatione rerum maximè inæqualium diei solet; *Tu agguagli la luna a granchi.* Græci efferunt quàm plurimis rationibus. ἀετὸν γλαυκὶ συγκρίνεις. i. Aquilam noctuæ comparas. Parœmiogr. αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις. Tibiam tubæ comparas. Ex Diogeniano. τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις. Cicadæ apem comparas. Lucianus hanc, & superiorem usurpat in Rhetorum doctore. χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις. Testudinem Pegaso comparas. Parœmiogrã. κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλεις. Culicem elephanti confers. Libanius ad Basilum. καρκίνους δασύποδι συγκρίνεις. Cancros lepori comparas. Suidas. ἀθηνᾶ τὴν αἴλουρον. Mineruæ felem. Zenodotus. ἡρακλῆς, καὶ πίθηκος. Hercules, & simia. Parœmiogr. Paulinus ad Ausonium quattuor huius generis colligit duobus uersibus.

Si confers fulicas cignis, & aëdona parræ;

Agguagliar la Luna a' granchi.

Castàneis corylos æques, viburna cupressis.

Aëdon est Græca uox, & lusciniam significat. Prædictis non longè absunt illa. τί λήκυθος, καὶ στρόφιον; Quid lecytho cum Strophio? Suidas. In quam sententiam nos. *Che ha che fare la Luna co' granchi?* ἄλλα λέγει μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. Alia Menecles, alia porcellus loquitur. Parœmiogr. τίς δὲ κατόπτρῳ, καὶ ξίφους κοινωνία; Quid speculo commercij cum gladio? Idē. Cui simillima nostra; *Che hann' a far le lance con le mannaie?*

Più su sta Mona Luna.

35 Quādo quis ob aliam caussam multatus est, quàm ipse existimet; qui rem nouit, ipsi occinere solet. *Piu su sta Mona Luna.* οὐ διὰ τὴν τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν. i. Non propter pedis cum lyrâ dissidium. Plutar. in libello de Inutili verecundiâ.

Dare un colpo alla botte, &c.

36 Si v. g. duo disceptent, unusque, & idem ab utroque disceptationis arbiter electus sit; hic, ut ad æquilibrium vtrosque redigat, modò unius, modò alterius partibus fauens, dicitur; *Dare un colpo alla botte, e uno al cerchio.* ἴσας ὑσμίνῃ τὰς κεφαλὰς καθιστάναι. i. Æqualia reddere capita in pugnâ. Greg. Nazianz.

Vna coppia, e un paio.

37 A Suidâ in suis Collectaneis citatur hoc Adagium; ἓν κηρίον. i. Vnum alueare. Pro quo usurpamus nos; *Vna coppia, e un paio.* In duos æquè similibus sceleribus coopertos. q. sint eiusdem sodalitij, atque, ut dixit Comicus, In eodem ludo docti.

Mon' Onesta da Campi.

38 In eum, qui palàm rem quampiam auersatur, quam credimus, clam appetere, iactari solet. *Mon' Onesta da Campi.* τὸν ἵππον ὁ σκύθης μυσάττεται. i. Equum Scytha auersatur. Suidas. Effertur etiam hoc pacto. ἀκκιζόμενος σκύθης τὸν ὄνον. i. Scytha accisans asinum. Nostro non multùm distat. *Mona Schifalpoco.*

O fare, o non fare.

39 Siquis iam susceptum negocium frigidè ducat, non explicans, neque relinquens, ipsi inculcare solemus. *O fare, o non fare.*

ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. i.
Oportet testudinis carneis aut edere, aut non edere. Parœmiog.

Non sa un acca, &c.

40 In omnium bonarum artium imperitum, ac supra modum indoctū, hoc iactare solemus. *E' non sa un acca. Non sa l' Abbiabbe. Non sa l' Auemaria. Non sà dir pappa.* μήτε νεῖν, μήτε γράμματα. i. Neque natare, neque literas. s. nouit. Vsurpatur a Platone de Legi. tertio, & ab Aristide in Apologiâ Quatuor Oratorum.

Son passato da San Giouanni.

41 *Son passato ancor io da San Giouanni.* Hoc dicto significat populus Florentinus, & minas, & inanem alicuius clamorem se omnino contemnere, nihílque curare. πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα. i. Complurium thriorum ego strepitum audiui. Ex Aristopha. Vespis. Thria Græcis sunt folia ficulna, quæ incensa strepidum edunt formidabilem quidem, ac minacem ijs, qui tunc primùm audirent, sed alijs inanem, ac contemnendū.

42 Si fortè videatur indoctus doctissimum docere velle, vel rerum imperitus experientem uirum admonere, tunc dicimus; *I paperi uoglion menare a ber l'oche.* ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. i. Sus Mineruam. nempe docet, aut monet. Parœmiogra. Cui non dissimilia. ὗς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤριτε. Sus cum Mineruâ certamen suscepit. In Hodœporis Theocriti. κίττα τὰν σειρῆνα μιμεύμενα. i. Pica Sirenis æmula. Galenus in 2. de Pulsuum differentijs. καρκῖνος λαγωὸν αἱρεῖ. Cancer leporem capit. In Adagijs. Quæ redderemus. *I paperi menano a ber l'oche.* *I paperi uoglion mena re,&c.*

43 Videntes aliquem nullius, vt aiunt, coloris inter peritos, sapienteísque de grauioribus uerba facere, nec vltimum sibi locum vendicare, in eum iactare solemus. *Ogni cencio uuole entrare in bucato.* καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις. i. Etiam corchorus inter olera. Apud Aristopha. interpretem in Vespis. *Ogni cencio uuol, &c.*

44 In tenacem, & qui de suis nihil unquam quicquam impendit, dicere consueuimus. *Largo, com' una pina uerde. Non se gli cauerebbe una lente per taglio,* Græci tali quasi ænigmate idem significabant. ἑστίᾳ θύει. i. Lari sacrificat. Parœmiogra. *Largo com' una, etc.*

45 Axiomata illa Iuriscosl. Extrinsecus actus probat intrinsecum animum. l. Hi, qui ff. de Tutor. & cura. dan. ab his. Et; Factum alicuius ipsum indicat. l. Comprobatio ff. de Probatio. Item sententia illa Senecæ. lib. 3. de Ira. Morbum signa pronunciant; eodem pertinent, atque hæc nostra prouerbia. *A' segnali si conoscon le balle. All'insegne si conoscon l'osterie; La spiga alla resta; I caualli alle selle, e gli asini a' basti.* Et illud cum Homœoteleuto. *A' segnali si conoscon le balle, &c.*

Tal è 'l fiore,
Qual è 'l colore. Item Dantis versus Purg. Cant. 16.
Ogni erba si conosce per lo seme. Quibus illa æquipollent; ἡ κέρκος τῆς ἀλώπεκος μαρτυρεῖ. i. Cauda de uulpe testatur. ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. i. E fructu cognoscitur arbor. E plumis dignoscitur auis. Parœmiogra.

46 Cum volumus innuere, nihil citra laborem hominibus contingere, nihilq; esse in vitâ iucundi, quin acquisitum sit sudore, ac vigilijs, dicere consueuimus. *Chi uuol de' pesci, bisogna, che s'immolli.* Cui, opinor, congruunt. ὁ πηλὸς, ἢν μὴ δαρῇ, κέραμος οὐ γίνεται. i. Lutum nisi tundatur, non fit vrceus. Apostolius. Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem. Plaut. Et idem ἁπλῶς. Bonum sine labore nullum. In Mercatore. *Chi uuol de' pesci, &c.*

47 In hominem delicatum, qui pristinam ferociã exuerit, dicere solemus. *S'egli è abbassata la cresta.* λαγῶ βίον ζῇ, ὁ πρὶν λέων. i. Leo prius, nunc leporem agit. Manutius in Addita. ad Chilia. Prædicto non admodum dissimile; *Egli ha fatto, come i colombi del Rimbussato.* De quo lib. 9. *Abbassarsi la cresta, &c.*

48 Qui docere aliquem aggreditur rem, cuius ipse sit peritissimus, dici solet; *Insegnare a' gatti rampicare; alle lepri correre; fare i figliuoli al babbo; beccare a' polli.* ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκειν. Docere piscem natare. Apostolius *Insegnare a' gatti &c.*

Bisantius. δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκειν. Docere Delphinum natare. Aristæn. lib. 2. Epist. 1 αἰετὸν ἵπτασθαι διδάσκειν. Docere Aquilam volare. Parœmiog.

Cader della padella nella brace.

49 Qui graue malum deuitans, in grauius incidit, dicere solet. *Son cadato della padella nella brace.* τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον. i. Euitatâ Charybdi, in Scyllam incidi. καπνὸν φεύγων, εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον. i. Fumum fugiens, in ignem incidi. τέφραν φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν ἐνέπεσον. Cinerem vitans, in prunas incidi. Omnia apud Parœmiographum. Vtitur & Lucianus in Menippo. Nostra parœmia traxit originem ex notißimo piscium apologo; quorũ vnus, cum adhuc viui in sartagine feruenti oleo coquerentur, fugiamus hinc, fratres, dixit, ne pereamus. Vnde omnes pariter e sartagine desilientes, ceciderunt in ardenteis prunas. Maiori igitur damno affecti, consilium initum, sed frustra damnârunt.

Apologus.

Vna Cuccagna.

50 De loco, vbi affatim omnia suppetere significamus; *Vna Cuccagna.* ἀμαλθείας κέρας. i. Copiæ cornu. Lucian. de Merce. serui. Suidas, & alij.

I granchi voglõ morder le balene.

51 Quando longè impar cum superiore certamen init, vel quispiam negocium facesit longè præstantiori, dicimus. *I granchi voglion morder le balene.* σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἀντίον. i. Vespa cicadæ obstrepens. Theocritus in Hodœporis. πρὸς λέοντα δορκάς. Caprea contra leonem. Apud Diogenianum, & Suidam. ὁ νέβρος τὸν λέοντα. Hinnulus leonem. i. prouocat. Lucianus de Captatore Testa. Pygmæi, vel, Thiodamas cum Hercule. Ammianus lib. 22.

Far come il gallo, etc.

52 Si quis aliud dicat, aliud faciat; probè scilicet loquatur, improbè verò operetur, dicere solemus; *E' fa, come il gallo: Canta bene, e razzola male.* Et vulgus, *Predica la castità, e tient il culo inchiasso.* χρηστολόγος. i. Blandus verbis, re non item. Meminit Iulius Capitolinus in vitâ Pertinacis. γραφαί τε καὶ λεύκαιος οὐ ταὐτόν. Non idem sunt scriptura, & Leucæus. Parœmiograph. Curium simulat, & Bacchanalia viuit. Ex Iuuen. Saty. 2. Benè consulit, sed malè facit. Ioan. Vlpius.

Tornarsene con le trombe nel sacco.

53 Quando aliquis, vt dixit Terent. re infectâ redijt, omni scilicet spe quæsitæ, optatæq; rei frustratus, dici solitum est. *E tornato con le trombe,* vel, *con le pive nel sacco; con le man piene di vento. S'è perduta la lisciatura.* λύκος ἔχανεν. i. Lupus hiat. Vsurpatur ab Aristophane in Lysistratâ, & ab Eubulo Comico non semel.

Lanciare vn ago, &c.

54 In eum, qui exiguum confert officium, vt multum beneficiorum consequatur, vulgô dictitant. *E' lancia vn' ago, per auere vn pal di ferro.* τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας, λογίζεται δώδεκα. i. Tribus minis insumptis, duodecim imputat. Aristophan. in Pluto. Idem valet illud piscatorum. *Butta sardelle per prender lucci.*

A Tempo di carestia pã veccioso.

55 Significantes, boni esse consulenda, quæ contingunt, vbi meliorum copia non suppetit, dicere consueuimus. *A tempo di carestia pan veccioso.* ἂν μὴ παρῇ κρέα, στερκτέον τῷ ταρίχῳ. i. Si non adsunt carnes, taricho con-

tentos esse oportet. Diogenianus. ὅπερ τοῖς σίτῳ ἀπόροις οἱ ὄροβοι. i. Quod in frumenti inopiâ eruum. ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ᾽ ἄρτον. i. Bona etiam offa post panem. Refert,& explicat Zenodotus. Nec longiùs abest; ἅπαντα βρωτὰ πολιορκουμένοις. i. Omnia esculenta obsessis. Notat Parœmiog.

56 Admonentes, omittendum non esse lucrum præsens spe commodorũ, quæ nondum promptæ esse appareant; spes videlicet, vt dixit Comicus, non esse precio emendas, dicere solemus. *E' meglio pincione in mano, che tordo in frasca.* De quo meminit etiam Brunettus. *E meglio penna in mano, che vccello in aria; vn tienlo, che dieci piglia piglia; oggi vn Carlino, che domane vn Fiorino; vn presente, che due futuri.* Et nostræ mulieres. *E' meglio oggi vn vouo, che domane vna gallina* (iuxta vulgatum illud, quod eliciunt Iurecons. ex principio l. Cum hi. π. de Transactio. Ad præsens oua cras pullis sunt meliora) τὴν παρεῦσαν ἄμελγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις; i. Præsentem mulge; quid fugientem insequeris? Ex Theocriti Cyclope. *Meglio pincione in mano, &c.*

57 In eum, qui præposterè sordidus est, parcissimus scilicet in rebus minimis, in magnis verò negligens, hoc vulgò dictitat. *E' la guarda nel lucignolo, e non nell'olio.* μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνων, ἀμέτρως δὲ μᾶζαν ἔδων. i. Ad mensuram aquam bibens, citra mensuram offam comedit. Parœmiog. ex Zenodoto. *Guardarla nel lucignolo, &c.*

58 *Ogni vouo guazza.* siue; *E' non c'è vouo, che non guazzi.* Hac parœmiâ significamus, nullum esse mortalem, qui non alicui vitio obnoxius sit. ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἰχθὺν ἀκάνθας μὴ ἔχοντα. i. Difficile est inuenire piscem, spinam non habentem. Vnde vulgò. Non est piscis sine spinâ. Archytas apud Aelianum lib. 10. Et ex Clearcho apud Athen. *Ogni vouo guazza.*

Nihil vnquam est hominum, carpere quod nequeas.

ἀνθρώπων ἄψεκτος ἐπὶ χθονὶ γίγνεται οὐδείς. i.

Nullus hominum super terra a culpâ est immunis. Theognis.

Idem sibi voluit Crates, cum dixit. Vt in omni malo Punico granum aliquod putre est, ita nemo reperitur vndequaque purus a vitio.

Idem a Propertio lib. 2.

Vnicuique dedit vitium natura creato.

Ab Horatio quoque Saty. 1. Eclo. 3.

Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis vrgetur: ---

Nostræ insuper quandoque subnectit vulgus; *E quel, che non guazza, è fradicio*; quo denotare vult, eum, qui minimis non vrgetur, omni scelerum genere coopertum esse. Huc etiam spectare videntur illa. *Non c'è boccon del netto. Ogni liquore ha la sua feccia. Ogni farina ha crusca.* Quibus optimè respondent hi duo Menand. versiculi. *Nõ c'è boccon del netto, &c.*

εὕροις δ᾽ ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, Δημέα,
ἀγαθόν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν. i.
Inuenias nullum ex omnibus, Demea,
Bonum, in quo non insit aliquod malum. in Frag.

In hoc etiam proposito speciatim de familijs inquiunt:

Ogni casa ha il suo cesso, e'l suo acquaio. i.
Suam domus omnis latrinam, & aquariolum habet.

Eum,

59 Eum, cui fortunæ largè suppetunt, minutas impensas tutò posse facere, ita significamus. *Chi ha de' ceppi, puo far delle sbeggie. Chi ha del panno, può menar la coda.* ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι κἂν λαχάνοις. i. Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet. Apostolius. Illi verò contraria est sententia. *Chi ha poco panno, porti la veste corta.*

Chi ha de' ceppi, &c.

60 De immensâ amoris vi scriptores quasi certatim sententias congesserunt. Ego huc tantùm transferam eas, quas censebo facere ad declarationem illius nostri prouerbij: *Chi ha l'amor nel petto, ha lo sprone a' fianchi.* Quicquid agit amans, properat omnia. Agorastocles Plautinus in Pœnulo. Et Charinus in Mercatore, post alia

Chi ha l'amor nel petto, &c.

— o Cupido (inquit) quantus es?
Nam tu quemuis confidentem facilè tuis factis facis.

Mens amore occupata, sui iuris non est. D. Bernardus. μουσικὴν ἔρως διδάσκει. i. Amor docet Musicam. Quod dictum perpendit, atque enodat Plutarchus in Sympoſiacis lib. 1. Proble. 5. Ad hoc ex Luisini sententiâ Parergo. lib. 2. cap. 21. respexit Propertius Eleg. 1. lib. 2.

Quæritis, vnde mihi toties scribantur Amores,
Vnde nouus veniat mollis in ora liber.
Non hæc Calliope, non hæc mihi cantat Apollo;
Ingenium nobis ipsa puella facit.

Extat aliud prouerbium nobis, quasi ex prædicto deductum. *Amante non sia, chi coraggioso non è*: de quo alibi. Hæc omnia pulcherrimè expressit Boccacivs in personâ Cimonis Decamer. Fab. 41. Videtúrque Dantes innuere voluisse Purg. Cant. 17.

Quinci comprender puoi, ch'esser conuiene
Amor sementa in uoi d'ogni uirtute, &c.

61 De homine tardo, hebetíque ingenio, qui reconditarum Disciplinarum capax non sit, dicere solemus. *A un cieco mal può mostrarsi l cammino.* Cuius sententiæ vim exprimere videtur illud Plutarchi. οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωρεῖ. i. Delphinum patina non capit. In Vitâ Luculli.

A un cieco mal puo, &c.

62 Quod cecinit simpliciter Homerus de patriæ amore; οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος γίγνεται. Nihil est cuiquam suâ patriâ dulcius. In adagium deinde, si Parœmiographo credimus, deductum fuit. A nobis utique in talem sententiam παροιμιώδης effertur. *Ogni golpe port' amore alla sua tana. Ogni formica port' amore al suo buco.* Locus Homeri sic vulgò vertitur. Sua cuique patria iucundissima. Cui respondet illud Latini. Dulcis amor patriæ.

Ogni golpe porta amore, &c.

63 Audientes, aliquem seipsum laudare, quasi per ænigma dicimus. *Egli ha cattiui uicini.* οἴκοθεν ὁ μάρτυς. i. Domesticus testis. αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ. Ipse semet canit; Et Suidas vnico verbo αὐτοβοᾷ. Ex Parœmiog. Non ausere semet asseueranter dicere, nostrum originem traxisse a Prouerbio illo Sapientis cap. 27. ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. i. Laudet te uicinus, & non os tuum, alienus, & non labia tua. Aliquis Iureconsultus ita inferret. Vicinus te laudare debet. Si igitur laudis auidus

Ha cattiui uicini.

auidus malignum, improbíssimque nactus fuerit uicinum? Oportebit, ipsum per se eius munere fungi. Sed alius contra, hæc appellârit emendicata suffragia.

64 In hominem, quod laboris est in negocio, recusantem, appetentem uerò, quod inde prouenit emolumenti, dicere solemus. *E' uorrebbe l'huomo mondo, e sunui il sale.*

σῦκα φίλ᾽ ὀρνίθεσσι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν. i.

Quæ uolucres optant ficus, plantare recusant. Eustathius In Odyss. Ω. Vbi sic, ἀργίαν δ' ἀδικητικὴν σκώπτει. Adagium sic uulgò efferunt. Ficus auibus gratæ. Cum quo, ut opinor, optimè congruit illud. *Vn po' di roba fatta.* Apud Martialem non semel reperitur; Rem factam habere. Cuius sententia non longè distat a nostro. Vide Parœmiogra.

Vorrebbe l'huomo mondo, &c.

65 *Il buon dì si conosce da mattina.* De qua ēt sup. p. 241. Hac parœmiâ significamus, in pueris elucere indolem futuri euentus; uel in discipulo statim a principio, quoad profecturus sit. αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα, ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθ. i. Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ. Parœmiog.

Il buon dì si conosce, &c.

66 Siquis in explicando negocio se præclariùs expectatione gesserit, dicere consueuimus. *E' riuscito meglio a pane, che a farina.* ὁ ἐν Σάμῳ κομήτης. i. Samius comatus. Extat in Plutar. Collecta.

Riuscir meglio a pane, &c.

67 In eum, qui sibi ipsi malum quærere uidetur, *Egli stuzzica il formicaio. Cerca il male come i medici.* ὀκτώπουν ἀνεγείρει. i. Octipedem excitat. Cratinus in Thrattis apud Suidam. κινεῖν τὴν Καμαρίναν. Mouet Camarinam. Lucianus de Apophrade. ἀνάγυρον κινεῖ. i. Anagyrum commouet. Aristopha. in Lysistratâ. Prædictis non admodum dissimile. *E' cerca Maria per Rauenna.*

Stuzzicare il formicaio, &c.

68 Si cui, unum ex aliquo percontanti, aliud respondeatur, ipse, ut obijciat respondenti, eum extra rem locutum esse, ad id confugere solet. *Albanese Messere.* ἄμας ἀπῄτουν. i. Falces postulabam. Plutarc. in Commentario περὶ ἀδολεσχίας.

Albanese Messere.

69 A superiori non longè diuersum hoc, quo utimur quando aliquis dissimulans, ad interrogata non respondet, sed multùm a proposito digreditur. *Buone legne, furon tagliate di Maggio.* Extat etiam in Epitaphio Brunetti. Græci pluribus modis. ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυ' ἀποκρίνεις. i. Ego tibi de allijs loquor, tu respondes de cepis. Parœmio. οὐδὲν πρὸς ἔπος. i. Nihil ad versum. Lucia. in Philopseu. οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. i. Nihil ad Bacchum. Parœmiogra. ex Zenodoto. τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν; i. Quid ad Mercurium? Idem. τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. Meos corymbos necto. Idem. Ex Pescetti sententiâ eodem pertinet; *A proposito un chiodo da carro.* Sed in Etruriâ nunquam audiui.

Buone legne, &c.

70 In eum, qui, propositis melioribus, deteriora eligit, dicere solemus. *E lascia il pan di grano per lo pan di miglio.* ὄνος βαδίζει εἰς ἄχυρα τραγημάτων.

Lascia il pã di grano, &c.

των. i. Asinus vadit ad paleas bellariorum. Casaub. in Athe. lib. 2. cap. 12.

Il pozzo di San Patrizio, &c.

71 Quando Græci perpetuam, & nunquam deficientem alicuius rei copiam volebant significare, parœmiam hanc usurpabant. τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. i. Lucerna in Prytaneo. Pro qua nos; *Il Pozzo di San Patrizio. La botte di San Galgano. Il Calderon d'Altopascio.* Idem ibidem lib. 15. c. 19. Nec longius abest; ξενοκράτους τυρίον. i. Xenocratis caseolus. Stobæus. Pro quo nonnulli; *Il cacio di Fra Stefano.* De cibo, qui diu durat priusquam absumatur.

Non si può attaccargli ferri.

72 De illo, qui sua negocia tam fideliter gerit, ut nemo queat, vel audeat calumniari, dicere solemus. *E' non segli può attaccar ferri addosso: Non se gli può appiccar sonagli.* ἄλλως τῷ ἡρακλεῖ. i. Frustra Herculi; subintelligitur, calumniam struxeris, uel quid simile. Parœmiogr.

Ha il granchio nella scarsella.

73 De tenace, atque ad largiendum pigro dicimus. *Egli ha'l granchio nella scarsella.* In quam sententiam Theocritus; ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχει. i. In sinu manum habet. In Charitibus.

Nidio fatto, gazza morta.

74 Ex Parœmiographi sententiâ ita dicentis. οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν. i. Cretenses sacrum; subaudi; faciunt, aut simile quidpiam: quod nobis uidetur quadraturum, ubi quis non fruitur his, quę parauit; ex huius, inquam, sententiâ Græca hæc parœmia illi nostræ omnino respondet. *Nidio fatto, gazza morta.*

Pare uscito della torre, &c.

75 In homines uultu miserando, pallidos nempe, ac macilentos. *Paion usciti della torre fame.* τοῖς ἐκ πύλου ληφθεῖσιν ἐοίκασι. i. Similes uidentur captiuis ex Pylo. Aristopha. in Nebu. Porrò nostrum uidetur esse exortum ex casu Comitis Hugolini, de quo Dantes Infer. cant. 33. Certè carcer, quò cum filijs detrusus fuit, ut ipsemet ibidem narrat, ex eo appellatus est; *La torre della fame.* Prædicto confinia. *Paion la dieta. Par, ch'e' viuino a lucertole.*

La sapienza di Salomone, &c.

76 De stulto, qui sapiens haberi contendat, Ironicè solemus dicere. *La sapienza di Salomone. Salomone gli lasciò gli zoccoli. Il sauio del popolo.* ἄνθρωπος θαλῆς. i. Homo Thales. Aristophan Auibus. Tertius Cato. Iuue. Sapientum octauus. Hora.

Non si fece mai bucato di notte, &c.

77 Quod simpliciter scripsit ad Demonicum Isocrates, μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν. i. Si quid unquam turpe admiseris, ne sperato fore clam; dicitur a nostris mulieribus παροιμιακῶς, *Non si fece mai bucato di notte, che non si asciugasse di giorno.* Huius igitur est eadem sententia, atque illius, quo vtitur D. Lucas Euang. cap. 12. & alibi, οὐδὲν συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται. i. ut vulgò vertitur, Nihil opertum, quod non reueletur.

Bel predicare il digiuno, &c.

78 Iuxta illud; Facilè omnes, cum ualemus, recta consilia ægrotis damus; profertur hoc a nobis; *Bel predicare il digiuno a corpo pieno.* Quò specta-

re uidetur Hercules apud Euripidem cum Theseo loquens; σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς, μ' ἐννουθετεῖς. i. Tu quidem extra mala positus, me admones. Dicitur etiam in simili sententiâ præcipuè a Gallis Cisalpinis. *A chi non duol, bene scortica. A chi non pesa, ben porta.*

79 In eum, qui nescire fingit, quod optimè callet. *E' fa' l goffo alla festa. Fa'l goffo per non pagar gabella. Fa lo Gnorri. Fa'l Serfedocco*: & Brunettus; *E' fa del Baccello*. Quibus non longè distat. *Chi lo pigliasse per lepre, aurebbe tre quarti di golpe.* ὁ κρὴς τὴν θάλασσαν, uel τὸν πόντον. i. Cretensis mare; subaudi, nescit, vel quid simile. Strabo, & Aristides in Pericle. ἑρμῆς ἀμύητος. i. Mercurius profanus; Mercurius non initiatus. Ex Paroemiographo in Adag. ἑρμῆς ἀμύθητος. i. Mercurius infans; quæ lectio doctioribus non probatur. Apertiùs explicat prædictam sententiam illud Menandri. *Fa il goffo alla festa, &c.*

ἄγροικος εἶ, προσποιεῖ, πονηρὸς ὤν. i.
Rusticum esse te simulas, cum sis malus. In fragm.

80 Maximam cuiusque incœpti difficultatem in aggrediēdo sitam esse, ita prouerbialiter enunciamus; *Non è piu duro passo, che quel del'a soglia. Il piu dificile è mettere il piè nella staffa.* ἀρχὴ ἥμισυ παντός. i. Principium dimidium totius. Pet. Vict. Var. lecti. lib. 33. cap. 9. Horatius quoque, ut notissimum est, cecinit; Dimidium facti, qui cœpit, habet. Quod etiam Aristoteles in primo Moralium ad Nicomachum euidētiùs effert. πλεῖον, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντός ἡ ἀρχή. i. Principium totius plus, quàm dimidium. M. Varro libro primo de re Rusticâ cap. 2. innuit, hoc a Latinorum uulgo iactari solitum, quod nostro quàm maximè congruit. Porta itineri longissima est. Addo tritissimum Iurisconsultorum axioma. Cuiusque rei potissima pars est principium. l. p. π. de Origi. Iuris. Non longè superioribus dissimile, quod alicubi, *Il piu dificile a scorticare è'l capo, e la coda.* *Non è piu duro passo, &c.*

81 In spuriū, incertóq; patre natū Florentiæ hæc dicta, uel potius dicteria quasi αἰνιγματώδεις uulgò iactātur. *Egli è uscito della casa grande. E' undici once. E' di cento albumi.* Et obscuriùs, quod tamen idem est cum proximè præcedenti; *Egli è, come i pescieduoui di Badia.* οὐδὲ πατρὸς ὄνομα εἰπεῖν ἔχει. i. Patris nomen dicere non potest. Synesius in Episto. aduersus Andronicum. τῆς μητρός, ὡς αἴξ καλεῖται. i. Matris, ut capra dicitur. Paroemiogra: *E' uscito della casa grāde, etc.*

82 Quoties præter expectationem aduenit ille, de quo fit mentio, dicere solemus. *Cosa ragionata ua per uia.* εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης. i. Etiamsi lupi meminisses; subaudi, interuenisset. Apud Zenodotum. Lupus est in fabulâ. Terentius ex illo Plauti; Eccum tibi lupum in sermone. Alibi in Italiâ; *Cosa ragionata ua per uia.*

Chi ha 'l lupo in bocca.
L'ha 'n su la coppa.

83 Eum, qui cum magno suo incommodo conatur alterum lædere, dicere solemus, *Cauar due occhi a se, per cauarn'uno al compagno.* ἀφόρως ἀχοντίζειν *Cauar due occhi a se, &c.*

-τίζειν. i. Aratro iaculari. Diogenianus.

Le case grā di dal mez zo in sù, &c.

84 Vt huius parœmiæ pleniùs percipiatur elegantia, sciendum est, homines procerâ staturâ, grandeis, breui autem, paruos a nobis appellari. Quod igitur Græci, ex Parœmiographi sententiâ, in prælongum iactabant. ἄνους ὁ μακρός. Amens longus: obscurè quidem, sed tamen elegantissimè dicitur a nobis. *Le case grandi dal mezzo in su non s'abitano.* Eodē pertinent illa in hoc a proposito a nonnullis vsurpata. *Gli arbori grandi fanno piu ombra, che frutto.*

Le spezierie migliori
Si tengon ne sacchi minori.

Ex prædicto Græcorum ortum est, ut censeo, illud uulgatissimum. Homo longus rarò sapiens.

Non bisogna mostrare, &c.

85 Hac celeberrimâ parœmiâ præcipere solemus, neminem sua consilia prodere debere, quando sibi aliqua ratione damnum exoriri possit. *Non bisogna mostrar l'arme al nemico.* οὐ μηνυτέον κυσὶν ὀστέα. i. Non monstranda sunt canibus ossa. Dx Epigramma. Anthologiâ lib. 7.

Non sà dou' e's'habbia il capo, &c.

86 De vehementer indocto, & imperito, dicere solemus; *Non sà, dou' e's'abbia il capo a tre dita.* οὔτε τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκει. i. Ne tria quidem Stesichori nouit. In Adagijs.

Aiutarsi cō le faue, etc.

87 De illis, qui e. g. in Rebuspublicis non palàm iniurias persequuntur, sed eum, quem odio habent, suffragio lædunt, dicere solemus. *E's'aiutan con le faue.* κυάμῳ δάκνουσιν. i. Calculo mordent. Aristophan. ἐν Ἀχαρνεῦσι. Quod autem diu fabas (ut hoc etiam pro nostri declaratione obiter dicam) pro calculis in ferendis suffragijs Græci adhiberent, patet ex illo Pithagoræ. κυάμων ἀπέχεσθε. i. A fabis abstineto: iuxta Plutarchi interpretationem in libro de liberis educandis. Notatur etiam a Suidâ, & ab auctore Etymologi. in uoce διαρρυκτῶ. Et ab Hesychio in διάρρυκτος.

Può stare a martello.

88 De re, quæ satis absoluta, ac perfecta uideatur, dici solet. *Ella può stare a martello.* ὁ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμάζεται. i. Aurū igni probatum. In Adagijs.

Nō è tagliato a cotesta misu. etc.

89 Negās, se vitio illi, quo de agitur, affinem esse, sic inquit. *Io non son tagliato a cotesta misura. Non son di tal fatta. Non sono su cotesta data.* οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων. i. Non sum ex istis Heroibus. Citat Zenodotus ex Menandri Ephebis.

Ogni bue non sà di lettera.

90 Non quemuis hominem esse aptum ad cognoscenda uitia, quæ u. g. in aliquo poëmate commissa sint, indicat hoc adagium. *Ogni bue non sà di lettera.* Eodem pertinet.

Forse, che ogni huom, che legge, non s'intende. Petrar.
Non quiuis uidet immodulata poëmata iudex. Hora.

παῦροι τ' ἀληθέα κιχλήσκουσιν. i. Pauci uera intelligunt. Hesiodus.

Lasciā il proprio, &c.

91 Pro eo quod nos dicimus; *Lasciare il proprio per l'appellatiuo;* dixit Sallu-

Sallustius. Certa præmia pro incertâ spe relinquere. Vnde apud Græcos prouerbiale præceptum.

ἄφεις τὰ φανερὰ, μὴ δίωκε τ' ἀφανῆ. i.

Omissis certis, ne incerta sequaris. In Menan. Fragm.

Quod aliqui decantant.

Non si lasci il ben, ch'è certo,
Con speranza d'vn incerto. Et Hesiodus.

νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκει. i.

Stultus est, qui, paratis relictis, imparata persequitur.

Hoc uoluit nos docere fabella canis; qui, umbrâ carnis, quam gestabat, illectus, cibum duplicem sibi parare quærens, vtroque priuatus fuit. Narrat Philelphus in Epistolis breuioribus. *Fabella.*

92 De homine improbo, & qui fas, nefásque confundit, dicere solemus. *E' fa d'ogni erba fascio. Fa d'ogni lana un peso*; & interdum additur; *e della bigia quattro*. Miscet sacra profanis. Ex Horatio. Quò etiam spectare uidetur illud Luciani in Dialogo Promethei, & Mercurij. τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμιγνύει. i. Cœlum terræ miscet. Et, quod T. Liuius; Mare cœlo miscet. Nec abhorret ab hac sententiâ, si rectè conijcio, illud ex Athenæi Dipnosophi. lib. 2. cap. 25. κἂν ἐγκεφάλους γ' ἔδοι λίποι. i. Hic uel cerebra sine fine comederit. Non me latet, *Far d'ogni erba fascio*, a nonnullis accipi in eâdem sententiâ, atque illa simpliciter dicta; *Essere un ciarpone. Acciarpare.* i. Simul bona cum malis commiscere; Improba a probis non distinguere. Et Pescettius reddidit. Ex quolibet flore coronam nectere. *Far d'ogni lana un peso, &c.*

93 Si forte e.g. disputando incidimus in aliquem, qui sit adeò impudens, vel stolidus, ut falsissima pro veris, & verissima pro falsis afferat, in eum iactare solemus. *E' negherebbe il paiuolo in capo*. Huc spectat uersus ille Horatianus. *Negherebbe il paiuolo in capo.*

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Epist. 1. lib. 2.

In quo proposito Græci. χιὼν οὐκ ἔστι λευκή. i. Nix alba non est. Parœmiogra. In eamdem sententiam dicunt alicubi. *Direbbe, che 'l biscotto non hauesse crosta.*

94 Siquis de locis agat longo interuallo inter se dissitis non aliter, ac si parùm, aut nihil inter ea interesset, tunc nostræ mulieres inquiunt. *Chiama, e rispondi. Va ua, e sieni.* χωρὶς τὰ Μεῤῥᾶς καὶ Σιλωὰν ῥεύματα. i. Seiuncta sunt Merrhæ, & Siloan fluenta. Parœmiogra. *Chiama, e rispondi, &c.*

95 Videntes simul uersari duo, vel plureis moribus omnino simileis, dicere solemus. *Dio fa gli huomini, e s'appaiano.* Cui, si rectè sentio, respondent Græca illa. αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. i. Semper similem ducit Deus ad similem. Home. Odyss. P. ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. i. Simile simili diuinitus semper aggregatur. Aristæne. lib. 1. Episto. 10. αἰεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζάνει. i. Semper graculus assidet graculo. Diogenianus. ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. i. Simile simili semper adhæret. Agathon in Platonis Conuiuio. Pares cum paribus facillimè congregantur. Cato Maior. *Dio fa gli huomini, &c.*

Dire il pan pane, &c.

95 Hocminir, significare uolens, aliquem apertè loqui, nec ullâ uerborum circuitione uti. *Dice il pan pane. E' chiama la gatta gatta, e non micia.* τὰ σῦκα σῦκα λέγει· τὴν σκάφην σκάφην ὀνομάζει. i. Ficus ficus dicit: Scapham scapham appellat. Prius est in libello Phalerei, ubi agitur de modo scribendæ epistolæ; Vtraque uerò simul sunt apud Lucianum in libro de lege Historiæ.

Cauar della rapa sangue.

97 De homine pertinaci, ac ceruicoso, si quis quærat, an speremus, aliquid tandem ab eo perfectum iri, quod in præsentiâ facere recuset, respondere solemus. *Si cauerebbe prima della rapa sangue.* ἐξ ἐκείνου πῦρ ῥᾷον ἄν τις ἐκτρίψειεν. i. Ex illo faciliùs aliquis ignē excuderet. Hystaspes. apud Xenophontem. Notat Pet. Victo. in Comm. Demetrij. Quid propriè sit nobis, *Cauar della rapa sangue*, explicatur infr. lib. 7.

Chi ha mãgiato i pesci, &c.

98 Quando uulgus significare vult, aliquem pœnas luiturum pro scelere, quod patrauerit, dicere solet. *Se tu hai mangiato i pesci, tu cacherai le lische. Se tu hai mangiato le candele, tu cacherai gli stoppini.* In quam sententiam, si rectè coniicio, vsurpatum fuit a Græcis, teste Suidâ; ἀποτίσεις γίγαρτα, ἃ κατέφαγες. i. Reddes acinos, quos comedisti.

Saperne quant'un cauallo.

99 Quod Græcis est; ἐλέφαντος διαφέρει οὐδέν. i. Nihil ab Elephante differt. In hominem ineruditum; a nobis per similem figuram exprimitur. *E' ne sa, quant'un cauallo.* Ex Diogeniano.

E' nato uestito, &c.

100 De eo, cui res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore ex animi sententiâ cedunt, dicere consueuimus. *E' nato uestito.* Quo etiam vtitur Brunettus in Epitaphio. *E nato in grembo a Gioue.* ἀεὶ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. i. Semper fœliciter cadunt Iouis taxilli. Parœmiographus. αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἑώρακε. i. Capram cœlestem orientem conspexit. In Plutarchi Collectaneis.

Il Lupo nõ caca agnelli, &c.

101 Quando significare uolumus, sapientem præceptorem discipulum sapientem reddere, bonúmque patrem efficere bonum filium, dicimus.

Buon grano fa buon pane. i.

Bono ex frumento panis efficitur bonus. In quam sententiam citatur ab Accursio in l. Quòd si nolit §. qui mancipia. π. de Ædili. edicto. Bona arbor, bonos fructus facit. E contrario autem ista vulgò iactantur. *Il lupo non caca agnelli. Il pruno non fa melarancie. Ogni pianta serba della sua radice. La schiappa somiglia il legno. I cagnuoli somiglian la cagna.* & similia; pro quibus Græci. κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. i. Mali corui malum ouum. Parœmiographus. ἐκ σκίλλης ῥόδον οὐ φύεται. i. Rosa non nascitur è squillâ. Theognis. αὔτε Τροίη Θρηΐκιον οὔτι φορεῖ. i. Troia non producit Thracem. Galli. ἐξ ἐχίδνης ἔχιδνα γίγνεται. i. Ex viperâ nascitur vipera. Ecdorus apud Stobæum Sermone de Ignobilitate.

ἐκ τοῦ κακοῦ μὲν ἡ φύσις τίκτει κακόν. i.

Natura quidem producit ex malo malum. Idem.

Et apertiùs Euripides.

οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. i.

Nun-

Nunquam ex malo patre bonus filius. Eodem pertinet.
ἐκ δούλης οὐ φύεται τέκνον ἐλεύθεριον. i.
Ex ancillâ non nascitur filius ingenuus. Theognis.

102 Homo excelso animo uel minis, uel fortunæ procellis non commoue- *Non teme*
tur. Adagialiter; *Non teme grattaticci*. *grattaticci.*
ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους. i.
Incus maxima non metuit strepitus. In Græcorum Collecta.

103 In eum, qui in aliquo negocio astutè dormire simulat, Florentinus po *Far la gat*
pulus. *E' fa la gatta di Masino. Fa la gatta morta.* λαγὼς καθεύδων. i. Le- *ta di Masi*
pus dormiens. Parœmio. Conniuet. Prædictis non longè abest. *E' fa* *no.*
orecchi di mercatante. De eo, qui optimè audiens, audire dissimulat.

104 Quando aliquod negocium esse facile expeditu, & id celerrimè fieri
posse uidetur, dicere consueuimus. *Quest'è vn giuoco di poche tauole.* ἀφύα *E' un giuo-*
ἐς πῦρ. i. Aphya ad ignem. Paroemiographus. Est autem Aphya piscis a- *co di poche*
deò tener, ut igni admotus statim decoquatur. Ab huius sententiâ non *tauole.*
multùm distare uidetur illud Augusti. Celeriùs, quàm asparagi coquun-
tur. Apud Tranquillum.

105 Si homini fatale exitium immineat, nihil prodesse rationem, aut con *Quando*
silium. *Quando e' s'ha a rompere il collo, si truoua la scala al buio.* ὀλέθρου οὐδεὶς *s'ha a rõpe*
λόγος. i. Exitij nulla ratio. Plutar. in Eumenis. *re il collo,*
&c.

106 Illi, qui sibi malum suis artibus parare uidetur. *Tu tiri a' tuoi colombi.*
Ti tagli legne addosso. Fai, come il porco: Sopr' alla pelle. ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελή- *Trarre a'*
νην καθέλκεις. i. In tuum ipsius malum Lunam deducis. εἰς οὐρανὸν πτύεις. In *suo' colom-*
cœlum expuis. Parœmiogra. Tuo iumento tibi malum arcessis. Ex Plauti *bi, &c.*
Amphitryone. Prædictis simile; *Tu ti aguzzi il palo sul ginocchio.*

107 *Ogni bel giuoco rincresce.* Et cum Homoteleuto. *Ogni bel*
Ogni bel giuoco *giuoco rin-*
Vuol durar poco. i. *cresce.*
Cũcta sui copiâ satietatem afferunt. Ex eo; Etiam mel sui copiâ
satietatem affert. His parœmijs significamus, omneis res, nisi cum me-
diocritate adhibeantur, tœdium, nauseámque afferre. Vnde illud Græ
corum; παντὸς χρήματός ἐστι κόρος. Omnis rei satietas est. Quod et Isocrates
ad Domenicum. ἁπάντων πλησμονή. i. Omnium satietas. Et Moschus: καὶ
εὐφροσύνης κόρος ἐστί. Vel lætitię satietas est. In hanc sententiâ antiquus My
tholog. *Non è niuna cosa sì bella, che ella non rincresca altrui quando che sia.*

108 Eodem mihi spectare uidetur Aristophanicum illud e Vespis, quod in
Prouerbium cessit. ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. i. ut Cicero uer-
tit. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat; ac nostrum hoc uul- *Chi fa l'al*
gatissimum. *trui mestie*
Chi fa l'altrui mestiere, *re, &c.*
Fa la zuppa nel paniere.

Vtrique

Vtrique enim tali dicto admonere conamur, ut unusquisque uersetur in illis rebus, quarum est peritus, ac nullus in alterius segetem, quod aiunt, falcem mittat. Sed Græci hoc apertè faciunt; nos uerò per metaphoram fortasse non contemnẽdam, certè significãtissimam. Huc etiam pertinet. *Chi non sà far l'arte, serri la bottega.*

109 Hæc adagia;

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. i.
Viri nota ex oratione cognoscitur. In Græc. Collect.

οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος ὁ λόγος. idest. Qualis mos, talis oratio. In 2. Oratione contra Gorgiã Pla. Vnde Seneca; Qualis uir, talis oratio. Et illud uulgatum; Vt quisque est, ita loquitur. Hæc, inquam, adagia apud ueteres significabant, cuius notæ foret homo, atque naturæ, ex oratione, qua uteretur, intelligi. Nos in hanc sententiam.

La botte da del uin ch'ella ha, &c.

La botte da
Del vin, ch'ell'ha. Item.
Il tino da
Del mosto, ch'egli ha. Quò etiam spectat;
Quale è'l fiore,
Tale è l'odore. Et ἁπλῶς. *Del sacco non può uscir, se non quel, che v'è.* Vide Pet. Victo. varia. lect. lib. 9. cap. 6. οἰνοπίδης ὁποία ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν, τοιοῦτον ἔφασκεν εἶναι καὶ τὸν λόγον. i. Oenopides talem dicebat sermonem esse hominis, qualis eius natura esset. Recenset Maxi. Mona.

Apophtheg ma.

110 Quotiescunque aduenis indulgeri uidemus, fame laborantibus indigenis, illud usurpari solet.

Vien l'asin di monta gna, &c.

Vien l'asin di montagna,
E caccia'l caual di stalla. Eodem pertinet illud Pulcij; *Come disse lo spinoso: Chi non ci può star, serpe, se ne vada:* ex fabulâ notissimâ. ἔπηλυς τὸν ἔνοικον. i. Hospes indigenam; subintelligendum; ἐξέβαλεν. i. eiecit. Parœmiograph. Alibi in Italiâ dicunt.
Viene asin di monte,
E caccia caual di corte.

Picchia un altr'uscio.

111 Qui aliquid sine fine petit: uel, Qui identidem ab eodem mutuum postulat, hoc adagio ablegari solet. *Picchia un'altro uscio.* ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. i. Aliam quercum excute. Eustath. in Odyss. M.

Ognũ n'ha il suo rami cello.

113 *Ogn'un n'ha il suo ramicello.* μανία γ' οὐ πᾶσιν ὁμοία. i. Insania non omnibus eadem. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non aliquâ in re desipiat; quamquam alius alio morbo laboret; hic auaritiæ, ille libidinis; hic ambitionis, ille inuidiæ. Quod copiosè demonstrat Stoicus Damasippus in Horatij Satyris. Hęc apud Parœmiogra.

Quando'l pẽtolin bol le, &c.

114 Significare volentes, itâ percitum non esse prouocandum, illud vsurpare solemus. *Quando'l pentolin bolle, non lo stuzzicare.* πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. i. Ignem gladio ne fodito. Pytha. Symbo. Vide sup. p. 212. *Quando fuma il naso all'orso, &c.*

De

115 De homine inepto, ſtolidóque. *Il maggiore intronato del mondo*. τοῖς ἱπποκράτους υἱέσιν ἔοικε. i. Similis eſt filijs Hippocratis. Ariſtoph. in Nebulis. Eupolis. Filios Hippocratis ſtultitiæ nomine rident Comici ob immoderatum calorem; inquit Parœmiogra.

116 *Non ſi può far di vn pruno un melarancio*. Vtimur, ſignificantes e. g. tardis mentibus, ut dixit Cicero in Tuſculanis, uirtutem non facilè committi; nempe ingenium hebes ad capeſſendas diſciplinas omnino ineptū eſſe. In ſimili ſenſo videtur adhiberi poſſe illud Democharis apud Atheneum lib. 5. ἐκ θύμβρας οὐδεὶς ἂν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην. i. Ex thymbrâ nemo queat conficere lanceam.

Far d'un pruno un melarācio.

117 Nihil eſſe inchoandum, niſi prius omnia parata fuerint, quę ad id perficiendum ſunt neceſſaria, uulgatiſſimo illo uerbo admonemur; *Non entrare in mar ſenza biſcotto*. ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε. i. Abſque baculo ne ingreditor. Parœmiogr. εἰς ὄρος μὴ ἀνάλιπος. i. Ne incalceatus in monteis. Theocri. ἐν νομεῦσι.

Entrare in mar ſenza biſcotto.

118 Significare volentes, iuxta vulgatum Iurecoſſ. axioma ex l. Iubemus, §. Oeconomus, C. de Sacroſan. Eccle. agenteis, & conſentienteis pari pœnâ puniri, dicere ſolemus; *Tanto ne và, a chi ruba, quanto a chi tiene il ſacco. Tanto ne và, a chi ruba, quanto a chi tien le mani*, ut dicebant antiquiores, uel, ut noſtrâ tempeſtate; *quanto a chi tien mano*. ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. i. Vtrique fures, & qui recepit, & qui furatus eſt. Phocyli. Eodem ſpectat illud Iſocrat. τῆς αὐτῆς εἰσι ζημίας ἄξιοι οἱ συγκρύπτοντες τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν. i. Eiuſdem pœnæ affines ſunt peccantes, & occultantes. Extat Emblema Alciati, quo indicatur, parem eſſe delinquentis, & ſuaſoris culpam.

Tanto ne ua, a chi ruba, &c.

Præconem, lituo perflantem claſſica, uictrix
Captiuum in tetro carcere turma tenet.
Queis ille excuſat, quòd nec ſit ſtrenuus armis,
Vllius aut ſæuo læſerit enſe latus.
Huic illi; quin ipſe magis, timidiſſime, peccas,
Qui clangore alios æris in arma cies.

119 Quod Gręco uerſiculo generatim monetur aulicus, uel ſeruus;
εὔτακτον εἶναι δ' ἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ. i.
Bene compoſitum eſſe aliena comedentem oportet. Stobę. in 1. Sermo. Quódque Plautinus Senex in Milite Glorio. pro pręcepto ſeruo tradidit: ... hominem ſeruum ſuos
Domitos habere oportet oculos, & manus,
Orationémque: Illi noſtro, quamquam ſpeciale ſit, non multùm abſimilia eſſe videntur.
Oue tu vſi, le manette,
E le brache ſtrette. Quod aliqui, nullâ pudoris ratione habitâ, ſic apertiùs;
Oue tu hai a vſare,
Non vi . . . e non vi rubare.

Oue tu vſi le manette &c.

Oue

Flaccus quoque cecinit in eodem proposito;

Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puérve,
Intra marmoreum venerandi limen amici.

Tutto'l ceruello non è in vna testa.

120 *Tutto'l ceruello non è in vna testa.* Quod ἁπλῶς. *Vn solo non puo sapere ogni cosa.* οὐ πέφυκεν αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθ' ἀνήρ. i. Idem homo non potest omnia scire. Eurip. in Rheso. οὐ πάντες πρὸς πάντα πεφύκαμεν. i. Non omnes ad omnia naturâ idonei sumus. Theon Sophi.

Ogni lucciola nō è fuoco.

121 Præcipere volentes, nullius rei ferendum esse iudicium e simplici facie, sed ante iudicandum multa esse perpendenda, ne specie decipiamur, dicere consueuimus; *Ciò, che luce, non è oro. Ogni lucciola non è fuoco.* Quò non ineptè censeo transferri posse illud Aristot. Metaphy. lib. 4. οὐ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές. i. Non omne, quod apparet, verum est.

Chi ha compagnia, etc.

122 Apud Græcos celeberrimum est adagium; ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. i. Frater viro adsit. De socio fido, ac beneuolo. Cui aliquâ ex parte respondet nostrum illud;

Chi ha compagnia,
Ha signoria.

Nec longiùs abest; *Anche il diritto ha bisogno d'aiuto.*

Pescar pel Proconsolo.

123 Si quis videatur inanem operam sumere, dicitur Florentiæ, *Tu peschi pel Proconsolo.* πρὸς κώρυκον γυμνάζῃ. i. Cum coryco luctaris. Parœmiogr. Nihil agis. Operam, & retiam perdis. Plau. in Ruden. Græci prouerbij meminit etiam Alcia. Præterm. lib. 1. In hoc proposito alibi in Italiâ; *Tu fai la panata al Diauolo.*

E' de' Reali di Francia.

124 ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος. i. Ab Eteobutadis ducit genus. De ijs, qui antiquâ nobilitate sunt oriundi. A Buto quodam, qui Athenis sacerdotes instituit, cuius posteri deinde magistratus creabant. Venustius erit, si per ironiam iactetur in hominem obscurum; vel, In ostentatorem nobilitatis, & imaginum. Hæc ferè ad verbum Parœmiogr. Nos in hanc sententiam. *Egli è della costola d'Adamo. E de Reali di Francia.* Posteriore vtitur etiam Boccac. Fabu. 58.

Pagare il boia, che ti frusti.

125 Si quis sibi malorum per se, sciens, vel ignorans, auctor fuerit, in eum competit plebeiū illud; *Egli ha pagato il boia, che lo frusti.* Ex Theognide in simillimā sententiam; αὐτῷ πέδας κεχάλκευκε. i. Sibi ipsi vincula cudit. Et, quod vulgò iactatur, referente Leosthene Coluan. ex Parœmiog. Flagellum sibi parauit, quo vapularet.

Il prun non fa melarance.

126 Quoties significamus, ex impuro, siue stulto patre nasci non posse filium purum, seu sapientem, ad illud confugi solet; *Il prun non fa melarance.* Et plebecula; *Il lupo nō caca agnelli.* ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος οὐκ ὤρουσε. i. Ex tardigradis asinis non emersit equus. Parœmiogr.

127 Si alicuius rei malè respondeat proportio, e. g. si digressio longior sit principali themate, vulgò dicere solemus; *Egli è piu la giunta, che la derrata.* μεῖζον τὐπίσαγμα τοῦ θυλάκου. i. Maior est thylaco accessoria sarcinula. ἐπίσαγμα est velut oneris adsertura. Ex Lucia. in Encomio Demosth. τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον τοῦ κεφαλαίου. i. Accessoriũ longè maius ipso principali. D. Basil. in li. de Spiritu Sãcto. De hoc adagio nos alibi, nec semel. *Piu la giũta, che la derrata.*

128 Qui totum cupit, totũ perdit. C. quando, & qui. pars debe. &c. lib. 10. aliquã ex parte simile est huic nostro:

Chi tutto vuole,
Di rabbia muore.

Illa apertiùs congruunt. *Chi tutto vuole, tutto perde. Chi tutto vuole, nulla non ha. Chi troppo abbracciar vuole, nulla strigne.* Græci in similem sententiam. δυοῖν ἐπιθυμήσας, οὐδετέρου ἔτυχεν. i. Duo concupiscens, neutrum assequitur. Meminit Parœmiogr. in Adag. Duos insequens lepores: ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν. i. Camelus, desiderans cornua, etiam aureis perdidit. Ex apologo Camelorũ, qui, cornua a Ioue petẽtes, ob stultã postulationẽ auribus priuati fuerunt. Apostolius. *Chi tutto vuole, &c.*

129 Eustathius antiquitatum seruantissimus huius parœmiæ in 9. Odyss. mentionem facit, quæ multam lucem cuipiam ex nostris affert, ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα φύεται πάντα τοῖς εὐδαιμονοῦσιν. i. Citra sementem, ac citra arationem fœlicibus omnia oriuntur. Nos autem,

Chi ha auer bene,
Dormendo gli viene.

Chi ha a auer bene, &c.

αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τἀγαθά. i.
Vltro Deus subijcit bona. Cratinus in Plutis apud Stobæ.
Quoi homini Dei sunt propitij, lucrum ei profectò obijciunt. Plaut.

130 *Chi è di mala natura,*
Fino alla fossa dura.

Chi è di mala natura, &c.

ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. i. Lignum tortum haud vnquam rectum. Galenus lib. 4. de Pulsuum differentiâ. Quin etiam malæ mentis, peruersiq; animi homo a nobis appellatur, *Legno torto*, vel, *Mala bietta.* Eiusdem sententiæ sunt; πόρδαλις οὐκ ἀποτίθεται τὸ κατάστικτον, οὐδ' αἰθίοψ τὸ μέλαν. i. Pardus pellis maculas non deponit, nec Aethiops fuscedinem. Nazianz. in Steliteuticis. οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. i. Nunquã efficies, vt rectè ingrediantur cancri. Aristoph. Huc pertinent illa, licèt generaliùs prolata.

In van tor si procura,
Quel, che vien da natura. Et:
Quello, ch'è per natura,
Fino alla fossa dura. Item

La natura puo piu, che l'arte. Artem superat natura.
Naturam expellas furcâ, tamen vsque recurrit. Horat.
ἡ φύσις πάντα νικᾷ. i. Natura vincit omnia. Heliodo. in Aethiopi.
Natura rerum humana arte non vincitur. Leosth. Coluan.
Idem pulcrè videtur significâsse Aesopus fabellâ de Pastore, ac Lupo; cu- *Apologus.*

ius Epitome talis est. Pastor lupi catulum inter canes nutriuit. Hic grandior factus, cum ipsis lupum, oueis rapientem, persequebatur. Sed, lupum assecutus, prædæ fiebat particeps. Si verò lupus, prædâ relictâ, fugisset, cum canibus comedebat. Et Gabrias;

ἀνὴρ γαλῆν γυναῖκα πρὸς δόμους ἄγει.
παρῆν δὲ κύπρις εἰς ἑορτὴν τοῦ γάμου.
νύμφη δὲ μῦν βλέψασα, συντόμως τάχει
δίωκε τοῦτον μὴ τραπεῖσα τὴν φύσιν. i.
Vir felem domum vxorem duxit.
Ad nuptiarum solennitatem affuit Venus.
Sponsa verò, viso mure, summâ celeritate
Eum persecuta est, non mutatâ naturâ.

Com'un pulcin nella stoppa.

131 *E come vn pulcin nella stoppa.* Hæret tanquam mus in pice. Cum quis pendet ambiguus, incertúsque, quo se explicet. Gul. Gentius in Sylloge parœmia. e Iuris Interpreti. μῦς ἐν πίσσῃ. Affert Eustath. in P. Hom. Odyss.

Quest'è ql, che fa Milano.

132 *Questo è quel, che fa Milano.* Hactenus facere possum. i. Hoc patiuntur meæ facultates. l. 50. π. de Pac. & l. 37. π. de Nego. gest. Huc pertinet illud Sophoclis in Electr; σμικρὰ μὲν τάδ᾽ ἀλλ᾽ ὅμως, ἃ ἔχω. i.

Sunt parua sanè hæc; quæ tamen possim dare.

Chi vn ne castiga, cento ne minaccia.

133 *Chi vn ne castiga, cento ne minaccia.* Δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ γίνεται πονηρίας ἡ δίκη. i. Ipsa pœna iustiores reddit, & improbitatis est medicina. Casus dementis correctio fit sapientis. Gloss. in Titu. Authent. de Manda. Princi. Colla. 2. Sed planiùs nostri sententiam repræsentat. Pœna vnius multorum est metus. Institu. de Excepti. §. Hodie autem, in fi. l. 1. in princip. C. ad l. Iuliam repet. Etenim, vt inquit Liuius lib. 8. Primæ Decad. Multa mala sequuntur ex impunitate. Dicimus etiam cum Homoteleuto;

Chi punisce i masattori,
Fa, che gli altri son migliori.

Piu appunto, che l'arrosto.

134 Siquis in ipso temporis articulo aduenit, dicere solemus. *Più appunto, che l'arrosto.* αἲξ εἰς τὴν ἑορτήν. i. Capra ad festum. Parœmiogra.

La lingua non ha osso, &c.

135 Nihil est hac parœmiâ celebrius, qua exhortamur, vt linguæ temperemus.

La lingua non ha osso,
E si fa rompere il dosso.
ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν. i.
Plerosque lingua funditus pessundedit.
ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν. i.
Plerisque lingua dat malis originem. Vtræque in Grec. Collec.
γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προσγίνεται. i.
Lingua stulta in pœnam incidit. Aeschy. in Prometheo.

Nostra a nonnullis per Parechesin (quam figuram appellamus *Bisticcio*, uel *Bisticcico*, vt alibi dictum est) breuiùs, ac fortasse venustiùs hoc pacto.

Per

Per la lingua si langue. Lingua pars pessima. Ex Iuuen. Saty. 9. Huc pertinet P. Fausti distichum.

Quid melius linguâ? linguâ quid peius eâdem?
Tristia cum dulci toxica melle gerit.

Pertinent etiam huc ea, quæ de Aesopo circa linguarum conuiuia refert Maximus Planudes in eius vitâ: cum quibus optimè congruunt illa Eustathij in Odysseâ. Γ. *δίςομεν γὰρ οἷόν τι ξίφος, ἡ γλῶσσα. δύναμιν καὶ αὐτὴ τῶν ἐναντίων ἔχουσα, τοῦ τε κακύνειν δηλαδὴ· καὶ τοῦ ἐπωφελεῖν.* i. Lingua enim est veluti gladius anceps, cum vim contrariorum habeat, detrahendi scilicet, ac iuuandi. Copulemus igitur præceptionis gratiâ duos illos Catonis uersiculos, ac mente teneamus.

Virtutem primam esse puto compescere linguam;
Nan nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Adde ea Plutarchi in Opusculo de Tuendâ bonâ valetudine: *ὁ σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτὸς μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις.* i. *Apophtheg ma.* Dixit Simonides, nunquam se pœnituis se, quòd tacuisset, quòd locutus esset, sæpius; Et Mureti sententiam.

O lingua, lingua, vt, particula cum sis parua,
Magna, si frænum absit, efficis mala.

136 Cum sæpius euenisse visum fuerit, ut, ex humili fortunâ ad res maximè secundus elati, insolentiùs se gesserint, quàm, qui orti sunt fortunati; hinc factum est adagium;

Al mal villano
Non gli dar bacchetta in mano; *Al mal vil lano, &c.*

In quam sententiam Græci;

μή ποτε δ' ἐλλάτερα γλυκὺ δέσποινα γένοιτο. i.
Quæ semel ancilla, nunquam hera. Palladas in 1. Antholog.

Eiusdem farinæ sunt;

Al villano
La zappa in mano. Et de rusticorum pertinaciâ.
Chi prega'l villano,
S'affatica in vano. Item de inhumanitate.
Quando'l villano è'n sul fico,
Non conosce parente, nè amico. Et,
Dio mi guardi da villan rifatto,
E da cittadin disfatto.

137 Non solùm profani scriptores vno ore dictitant, maximam esse prudentiæ partem, vbicunque verseris, ad morem loci se accommodare, polypúmque piscem, quoad fieri potest, imitari; sed a sacris etiam auctoribus videtur quodãmodo comprobatũ. Hoc dico ex duobus illis versibus.

Cum fueris Romæ, Romano viuito more;
Si fueris alibi, viuito sicut ibi.

Nos etiam istud præcipimus his dictis;

Ouunque andrai,
Fa, che vedrai. Vel;
Ouunque andrai,

Fà, che truoui, lascia, che sai.

Paese, che vai, &c.

Et simpliciter; *Paese, che vai, vsa che truoui.*
Græci quoque idem monebant breuissimè, ac uenustissimè. νόμος, καὶ χώρα. i. Lex, & regio. Parœmiogra.

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον θελέθειν, καὶ χώρῃ ἕπεσθαι. i.
Alibi alius sis, ac regionem sequere.
ξένος ὢν, ἀκολούθει τοῖς ἐπιχωρίοις νόμοις. i.
Peregrinus, moribus illius loci pareto. In Collect.

Hoc etiam apertè docet Eustathi. in Odyss. Θ. enarrans illos versus, vbi Alcinous Pheacum studia recenset.

138 In re non omnino simili non longè similibus quoad uerba utimur adagijs; sed quæ tamen ferè penitus idem habeant sensum: προβάτων οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ. i. Ouium nulla vtilitas, si pastor absit. Græci igitur hoc significabant, nil rectè fieri a ministris, quando abest dominus. Quod nos;

Quando la gatta non è in paese, &c.

Chi ha danar da gettar uia,
Metta l'opere, e non vi stia.

Nec longius distare videtur. *Quando la gatta non è in paese, i topi ballano.* Parœmiographus certè ad vtraque hæc significanda planissimè transfert.

139 Quando aliquis è lautiore conditione ad abiectiorem statum deuênit quadrat hoc.

Ser Grisante, &c.

Ser Grisante,
Di maestro lauorante.

ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους. i. Ab equis ad asinos. Procopius Sophista. Bubulcus antea, nunc caprarius. Ex uersu Theocri. Edyll. 1.

βούτας μὲν ἐλέγευ, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας. i.
Nunc es caprarum ductor, paulo ante bubulcus.

De toga ad pallium. Tertullia. in lib. de Pallio. Idem ualent.

Di Messere
Tornar Sere.

Tornar di Papa Vescouo; Di Badessa Conuersa.

Ha da chi imparare.

140 Si v. g. filius improbus malos improbi patris imitetur mores, in vtrumque dici solet. *Egli ha, da chi imparare.* ἐκ τῶν γειτόνων ἔχει τὸ παράδειγμα. i. A vicinis exemplum habet. Parœmiogra.

Non uccella a pispole.

141 De summo viro, qui, paruula contemnens, ad maxima aspirat; *Non uccella a pispole.* οὐ θηρεύει τὰς μυίας. i. Non captat muscas. Ex illâ parœmiâ; ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας. Aquila non captat muscas. Extat in Adagijs.

142 *Odi l'altra parte, e credi poco.* Vel breuius.

Odi l'altra parte, e poi giudica. i.
Auditâ utrâque parte, deinde iudica. Et cum Homœoteleuto;
Chi vuol ben giudicare,
Le parti de' ascoltare.

quò proculdubio respexit Petrarcha illis versibus;

Il

Il mio auuersario con agre rampogne
Comincia: O donna, intendi l'altra parte.

Eodem pertinet illud παροιμιῶδες dictum. *A vdire una campana, e non l'altra, mal si può giudicare.*

A Vdire una campana, &c.

μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. i.

Iudicium non ante feras, quàm audiueris ambos. Est ἡσιόδιον, siue, vt videtur credere Muretus. Vari. lecti. lib. 7. cap. 18. ψευδησιόδιον. cui similis sententia est apud Ciceronem in Lucullo. Citatur a Platone in Demodoco. Huc etiam spectat illud Euripidis in Heraclidis.

τίς ἂν δίκην κρίνοιεν, ἢ δοίη λόγον,
πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῶς; i.

Quisnam de caussâ iudicaret, aut sententiam ferret,
Priusquam utriusque sermonem euidenter audierit?

Idem significauit Alexāder Macedo muto illo apophthegmate. Quando enim alteram ex partibus audiebat, alteram aurem sibi manu premere solitus erat. Vide quàmplurima ad hoc propositum scitu, ac notatu digna apud Stobæum in Sermone 44. Addo duos uersiculos ex Medeâ Senecę;

Apophthegma.

Qui statuit aliquid, parte inauditâ alterâ,
Aequum licèt statuerit, haud æquus est.

143 Cum generatim significare uolumus, neminem inueniri, qui cunctis omnino satisfaciat, simpliciter dicimus; *Non si puo piacere a ognuno.* Cum quo congruit illud ex Theognide in principio: οὐδ' ὁ Ζεὺς πάντας ἁνδάνει. i. Ne Iupiter quidem omnibus placet. Quando autem speciatim agimus e. g. de scriptoribus, qui sua opera in publicum emittunt, hanc parœmiam usurpamus.

Chi fa la casa in piazza,
O'la fa alta, o'la fa bassa.

Chi fa la casa i piazza, &c.

Mihi igitur non erit nouum, neque mirū, si nugas has meas quàmplurimi non probabūt; & multa a quibusdam seuerioribus adunco, ut dixit Flac-
144 cus, naso suspendētur.† Quibus apophthegma illud Donatelli sculptoris illustrissimi memoratum uelim. *To' del legno, e fa tu*: in prouerbium enim cessit, ualétque. Si nostra non probas, dimitte, & fac tu: Vnde non longiùs uidetur abesse illud Græcorum; ἐμὲ νουθετεῖς, αὐτὸς αἰπόλει. i. Monitor capras age. Meminit Aristides in Oratione De inepto responso. Sæpius αἰνιγματῶδες effertur. *Come disse Donatello.*

Apophthegma.

145 De homine pannoso, uel ferè nudo dici solet. *E' a ordine com'un San Giouanni.* γυμνότερος λεβηρίδος. idest, Nudior leberide. Suidas, & Athenæus.

E' a ordine, &c.

146 Quæ feruntur a nobis de homine futili, nullíusque usus. *E' non uale un fico; una chiarabaldana; una frulla; una man di noccioli* (quod Plautus in Mostell. dixit. Nauci non est) et huiusmodi; æquipollent illis Græcorum: οὐδὲ ἄξιος μόνου. Ne uno quidem dignus. Parœmiogra. ὀλίγων ὀβολῶν ἄξιος. Paucis obolis dignus. Gregorius in Epistol. Plautus in Pœnulo. Homo trioboli. & Persius. Homo tressis. οὐδὲ τριχὸς ἄξιος. Ne pilo quidem dignus. Aristopha. in Ranis. φαυλότερος φαύλων μήλων. i. Abiectior uilibus

Non vale vn fico, &c.

uilibus pomis. Athenæ. lib. 1. Omnia illi eadem; *Non uale un puntal di stringa*. De quo sup.p.103.

E' in bocca all' orso.

147 De re, quæ in maximo periculo uersatur, unde non facilè, credimus, ereptum iri, dicere consueuimus; *E' in bocca all' orso.* κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. i. In undarum ulnis. Aristopha.

Farsi onore a' pãni. I panni rifanno le stanghe.

148 εἵματα ἀνήρ. i. Vestis uir; vel, vt alij; Vestis uirum facit; Vestis videlicet magnam vim habet ad formam, atque auctoritatem homini conciliandam. Quod pertinet ad auctoritatem, nos dicimus; *E' si fa onore a'*
149 *panni.* † Quatenus ad formam, uulgò inquiunt. *I panni rifanno le stanghe.* Pro quo mulieres,

Se vesti una colonna,
Ella pare vna donna.

Et alicubi in Italiâ; *Il drappo corregge 'l dosso.* De Græco consule Parœmiographum. Ad posteriorẽ dicti adagij sententiam refertur hoc è quarto Longi Pastoralium. ἦν οὖν μαθεῖν οἷον ἐστὶ τὸ κάλλος, ὅταν κόσμον προσλάβηται. ἐνδυθεῖσα γὰρ ἡ Χλόη, καὶ ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην, καὶ ἀπολούσασα τὸ πρόσωπον, εὐμορφοτέρα τοσοῦτον ἐφάνη πᾶσιν, ὥστε καὶ Δάφνις αὐτὴν μόλις ἐγνώρισεν. i. Percipi igitur poterat, qualis est pulcritudo, quando ornamentum accepit. Induta enim Chloë, & comam redimita, frontémque lota, tanto formosior cunctis apparuit, ut uel Daphnis uix eam agnosceret. In quem locum hæc notauit Raphaël Columbanius. Eustathius in illud Odyss. z.

ὣς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε, καὶ ὤμοις.

δηλοῖ δ' ἐν τούτοις (inquit) ὁ ποιητὴς, ὡς τὸ σῶμα λουτροῖς τε ἠμελημένον, κάλλιον γίνεται. καὶ ἱματίων δὲ λαμπρῶν περιθέσει, εἰς τὸ καλὸν ἐξαλλάττεται. Noster quoque poëta lepidè, & ingeniosè idem ostendere voluit cum cecinit;

Che talor cresce una beltà un bel manto.

Quintilianus Insti. lib. 8. Et cultus ingens, concessus, atque magnificus addit hominibus, ut Græco uersu testatum est, auctoritatem.

Tutto 'l mõdo è paese.

150 Si quis, cætera nihilipendens, omnem spem suam in seipso collocauerit, quandocunque de patriâ agitur, vel de alijs, quæ in patriâ uulgò chara habentur, dicere solet. *Tutto 'l mondo è paese.* πᾶσα γῆ πατρίς. i. Quæuis terra patria. Zenodotus. ἅπασα χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς. i. Viro forti omnis terra patria. Musonius. Omne homini natale solum. Silli Thebai. lib. 8.

Va tra 'l rotto, &c.

151 Ab aliquo interrogati e. g. è duobus consilijs, quæ ambo mala uideantur, utrum ex nostrâ sententiâ eligendum sit, respondere solemus; *Mal' è l'uno, e mal' è l'altro. Ella ua tra 'l rotto, e lo stracciato.* κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἶπες. i. Mala thripes, mala ipes. Meminit Parœmiograph. τὸ μὲν κακὸν, τὸ δ' οὐκ ἄμεινον. i. Malum hoc, nec illud melius. Aristænetus lib. 1. Epist. 23.

Non si grida mai al lupo, &c.

152 Cæsaris domus, ut dixit ille, non solùm a crimine, sed etiam ab omni suspicione criminis abesse debet. In simili proposito dicimus nos. *E' non s'abbaia a uoto. Non si grida mai al lupo, ch'e' non sia in paese. Non si grida al lupo, ch'e' non sia lupo, o can bigio.* φήμη κακὴ οὐ πάμπαν ἀπόλλυται. i.

Rumor

Rumor publicus non omnino fruſtra eſt. Sic vertit Parœmiogra.

153 In hominem ſupra modum garrulum, verboſiſſimque vulgò hęc dicte ria iaciuntur. *E' torrebbe la volta alle cicale. Vincerebbe il palio di Sant' Ermo.* Inquiunt enim huiuſmodi braueum loquacioribus, magíſque obſtreperis dari ſolitum. Ἀρχύτε πλαταγή. i. Archytæ crepitaculum. Notat Parœmiogra. τρυγόνος λαλίστερος. i. Turture loquacior. Citatur a Zenodoto ex Menandri Plocio. Dici etiam ſolet. *Egli è ſempre in ballo. Tien ſempre il campanuzzo in mano.* Quod poſterius a magiſtratibus originem duxit, in quibus Præpoſitus, vt vocant, & campanulæ dominatur, acerſendi, ac dimittendi gratiâ; & in conſultationibus ſemper honoris ergò primus loquitur. Vnde qui in familiarium circulis ſermones nutriunt, dicuntur; *Tenere il campanello.* *Tor la uolta alle cicale, &c.* *E' ſempre in ballo, &c.*

154 *L'aſin, che ha fame,* *L'aſin, che ha fame, &c.*
Mangia d'ogni ſtrame.

ἅπαντα δ' ὁ λιμὸς γλυκέα ποιεῖ. i. Omnia edulcat fames. Fames optimum condimentum. In Antiphanis Fragm. Nihil contemnit eſuriens. Seneca Epiſto. 120.

Amara eſurienti videntur dulcia. Ex Iob. cap. 18. Quibus ſimile illud Horatij notiſſimum.

Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit. Vnde ad verbum
Lo ſtomaco digiuno
Non ſpregia cibo alcuno.

151 † Prædictis contraria ſunt hæc. *Colombo paſciuto, ciriegia amara. Allo ſuogliato è amaro il mele. A ventre pieno ogni cibo è amaro.* Vtraſque noſtras parœmias complectitur ſapiens illâ ſuâ; ψυχὴ ἐν πλησμονῇ οὖσα, κηρίοις ἐμπαίζει. ψυχῇ δὲ ἐν ἐνδείᾳ καὶ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται. i. Anima ſatura fauos conculcat. Animæ verò eſurienti & amara dulcia uidentur. cap. 27. *Colõbo paſciuto, &c.*

152 *A ogni vccello* *A ogni uccello, &c.*
Suo nidio è bello.

οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. i. Domus amica, domus optima. Parœmiogra.

153 Timidos, & ad negocia peragenda dubios, ita hortabantur Græci; ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔποτε τρόπαιον ἐστήσαντο. i. Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum: Citatur à Suidâ ex Eupolide. Nos idem pluribus modis.
Chi non s'arriſchia, non guadagna.
Chi non s'arriſtia,
Non acquiſta. Vel,
Chi non s'arriſtia,
Non perde, e non acquiſta. Item,
Chi non s'auuentura,
Non ha ventura.

Et ruſticano prouerbio. *Porco peritoſo non mangia pera matura.* *Porco peritoſo nõ mãgia, &c.*

Nunquam periclum ſine periclo uincitur. Publius Syrus.

154 † Prædictis non omnino abſimile illud Heſiod. In Ergis.

λιμὸς μέντοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί. i.

Ipſa

Ipſa fames comes eſt homini certiſſima pigro.

Cui aliquâ ex parte reſpondent;

Troppo dormire,

Cauſa mal veſtire. Et;

Troppo dormire, &c.

Chi ſi caua il ſonno, non ſi caua la fame. Vide ſup. p. 133. *L'ozio è padre di tutti i vizi.*

155 Quando aliquid proferimus, cuius non oculati, vt fertur, ſed auriti teſtes fuerimus, ſi nobis in hoc non multa fides adhiberi uideatur, dicere ſolemus. *Parlo come gli ſpiritati. La vendo, come l'ho compera.* Et apertiùs ſimpliciter; *Parlo per bocca d altri.* ἀγγεῖα δίκην. i. Vaſis inſtar. Socra. in Phædro. Vt ædituus reſponſa numinis prædico. Macrobius.

Parla come gli ſpiritati, &c.

156 De homine callido, & qui ſapientiâ ſuâ vel futura procul conijciat. *E' conoſce il pel nell'uouo.* Ventura per dioptram proſpicit. Ex eo Piſidæ ſenario.

Conoſce il pel nell'uouo.

ταῦτα πρὸ πολλοῦ τῇ διόπτρᾳ σὺ βλέπεις. i.

Hæc ante multo per dioptram proſpicis.

Eſt autem dioptra inſtrumentum mathematicum, quo turriũ, vel propugnaculorũ altitudo exploratur, librato per foramen viſu. Parœmiogra.

157 Significare volentes, ſuas res vnicuique probari, &, quemadmodum ex Platone dixit Tullius, ſuum cuique pulcrũ eſſe, dicere ſolemus. *All'orſa paion belli gli orſacchi ſuoi.* ἀ κύων κυνὶ κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βῶς βοΐ, ὄνος δὲ ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ ὑΐ. i. Canis cani videtur eſſe pulcherrimus, & boui bos. Aſinus item aſino, & ſui ſus videtur venuſtate præſtare. Laërtius in vitâ Platonis. Hinc non multùm diſtare videtur Plautinum illud in Sticho.

All'orſa paion belli, &c.

Suus rex reginæ placet; ſua cuique ſponſa ſponſo.

Id quoque optimè denotare videtur apologus ille. In auium concilio dixit aquila, ſe in aulicos eligere velle formoſiſſimos quoſque aliarum auiũ filios. Cum igitur quæque certatim ſuos offerret, bubo, ò regina, inquit, accipe meos, qui cæteros pulchritudine ſuperant. Qua formâ, ſubdit aquila, ſunt filij tui? Qua ego ſum, reſpondit bubo. Tunc omnes vehementi cacchinno commotæ fuerunt.

Apologus.

158 De amore illius, qui ſui cõmodi gratiâ diligit, vulgò dictitant. *L'amor del tarlò.* ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. i. Vt lupus ouem amat. Verſus integer citatur a Socrate in Phædro. ὡς λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν. i. Vt lupi agnos amant. Ariſtæn. lib. 2. Epiſt. 10. Idem ſimpliciter; *Tant'è l'amore, quant'è l'vtile.*

L'amor del tarlo.

159 Quoties ſignificare volumus, aliquem non multùm poſſe neque prodeſſe, neque nocere, dicere conſueuimus. *Egli ha poco caldo. Il ſuo inchioſtro non corre. Non ha tanto caldo, ch'e' cuoceſſe vn vouo*; ſeu, *leuaſſe vn facchin dalla colonna. Non ha voce in capitolo.* οὐ μάλα κινεῖ. i. Non admodum miſcet. Parœmiogra.

Il tuo inchioſtro non corre, &c.

De

160 De homine maximè obæratо,& qui nullâ ratione videatur esse soluendo,dicere solemus; *Egli ha piu debito della lepre. Ha debito il cuor del corpo.* τὴν ψυχὴν ὀφείλει. i. Animam debet. Citat Donatus ad locum Terentij Phormionis; Quid si animam debet?

Ha piu debito della lepre,&c.

161 Hoc significamus, ab aliquo inæqualem commutationem factã esse, deteriora scilicet pro melioribus esse accepta. *Egli ha scambiato muschio a galla.* χρύσεα χαλκείων ἠλλάξατο. i. Aurea cum æreis permutauit. Ex Homeri loco notissimo. In adagio; Diomedis,& Glauci permutatio.

Scambiar musc hio a galla.

162 Quis ignorat,aurum, cæteráq; id genus cum sui similibus collata meliùs,ac tutiùs cognosci? Hoc a nobis ita significatur. *I paragoni fanno conoscer le differenze.* ἡ πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα. i. Purpura iuxta purpuram dijudicanda. Phœbammon Sophista in Comment.de figu. Rhet. Cui adde locum Platonis in Demod. τοὺς γὰρ λόγους παραβαλλομένους, ὥσπερ τὴν πορφύραν, καὶ τὸ χρυσίον ἄμεινον κρίνεσθαι. i. Sermones enim, quemadmodum purpuram,& aurum,meliùs dijudicari,si conferas inuicem.

I Paragoni fanno conoscer le differenze.

163 Nostrum illud, *E' truoua, e' canta*; eamdem habet sententiam, atque hoc Græcorum καινὸς οὗτος παλαίφατος. i. Hic nouus Palephatus. Dicuntur de eo, qui mendacia fingere probè nouit, ac rebus incredibilibus πιθανολογίαν περιάδειν. Ex Athenæi lib.14.cap.vlt.vbi Casaubo.

Truoua, e canta.

164 Cum volumus denotare, aliquem rei,in qua fortasse multum se profecisse existimat,nec initium quidem attigisse dicimus. *Non è ancora all'insalata.* οὐδ' ἐν σελίνοις. i. Ne inter apia quidem. Aristoph. in Vespis.

Non è ancora all'insalata.

165 De calamitatibus & maximis, & plurimis dicitur Florentiæ. *Tutti i mali di Santa Maria nuoua.* ἰλιὰς κακῶν. i. Ilias malorum. Eustath. λέρνη κακῶν. i. Lerna malorum. Strabo Geographiæ octauo. θησαυρὸς κακῶν. i. Thesaurus malorum. Euripides in Ione.

Tutti i mali di Santa Maria nuoua.

166 *Mentr'uno ha denti in bocca,*
Non sà, che uentura se gli tocca.

Huic respondet, nisi fallor, sententia illa;

οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι. i.

Nemini, dum uiuit, dicere licet,hoc non patiar. In Græc.Collect. Sed Græca dicendi formula (quod obiter notatum uolo) optimè nostrâ hac adumbratur. *Non si può dire: per questa via non andrò*: Qua significamus; quæ cœlitus immittuntur, ab hominibus euitari non posse.

Non si può dire, per questa via,etc.

167 In opulentos, præcipuè verò, qui breui tempore ingenteis congesserint diuitias,multa iactantur scommata; ex quibus ego pauca, breuíque verborum compendio hîc describam. ὁ πλούσιος ἢ ἄδικος, ἢ ἀδίκου κληρονόμος. Eunapius in Iamblico,nõ longè à fine i. Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Vertit D.Hierony. scribens ad Hedibiam.

οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως, δίκαιος ὤν. i.

Nemo diues citò euasit, qui iustus esset. Menan.

μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον τὰ δίκαια φιλοῦντες. i.

Matrem inopiam acceperunt, qui iusta amant. Theognis.

Chremylus quoque Aristophanicus ita de se in Pluto loquitur:

ἐγὼ θεοσεβὴς, καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
κακῶς ἔπραττον, καὶ πένης ἦν. i.

Ego, cum pius, ac iustus uir essem,
Malè agebam, ac pauper eram.

οὐκ εἰσὶν παμπλούσιοι ἀγαθοί. i. Admodum diuites boni non sunt. Et; πλουσίους δ' αὖ σφόδρα, καὶ ἀγαθοὺς ἀδυνατόν. s. Impossibile est, eosdem esse & ualdè diuites, & probos uiros. Plato de legibus. Illud apertius; Ingentes opes non parantur sine fraude. Leosth. Coluan. Florentiæ uerò hæc uulgò usurpantur; *Arno non ingrossa, s'e non intorbida.* Et

Arno non cresce,
Se Sieue non mette. Item huc pertinet.
Nota questa sentenza, e tienla cara,
Che Arno non ingrossa d acqua chiara.

Arno non ingrossa, &c.

Aliqui uerò, qui re ipsâ iniustitiam non approbant, sed ironicè loquuntur, ita inquiunt παροιμιακῶς.

Porco pulito non è mai grasso. Vel;
Chi la guarda in ogni penna, non fa mai letto.

168 Non mihi displicet Pescetti coniectura; qui censet, eamdem esse sententiam illius Græcorum; γύης οὐκ ἔνεστιν. i. Dentale non inest; ac nostri; *E' manca il Verbo principale.* Quemadmodum enim, quando deest pecunia, principali instrumento rerum perficiendarum caremus; ita, si aratro absit pars illa, nihil eo confici potest.

Manca il Verbo principale.

169 Siquid turpius a dissoluto proferatur, a probis iuuenibus non esse præbendas aureis, eo uerbo innuimus; *Le buone fanciulle non hanno nè occhi, nè orecchi.*

Le buone fanciulle, &c.

ἃ μὴ προσήκει, μήτ' ἄκουε, μήθ' ὅρα. i.

Quæ honesta non sunt, neque audias, neque uideas. In Collec.

Cui affine;

A parole lorde
Orecchie sorde.

Huc pertinet apophthegma facetissimum nostræ mulieris. Appositum fuerat in mensâ caput hædi, cum pater, hoc prouerbio iocans, oculis, auribus, ac linguâ in suam patinam sublatis, ad filiam conuersus, ita dixit. *Le buone fanciulle non hanno a auere, nè occhi, ne orecchi, nè lingua.* Tunc illa, statim arrepto cerebro, subdidit; *ma ceruel sì.*

Apophthegma.

170 De eo, qui in maximo timore uersatur, penéque consternatus ob mœrorem cadere uidetur, dicere solemus; *Gli è cascato il cuore*; *Egli ha'l cuor nelle budella*; *Ha le budella in vn catino.* παρὰ ποσὶ κάππεσε θυμός. i. Animus in pedes decidit. Homer. ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχει. i. In manu animam gestat. Xenarchus Comi. apud Athenæ. lib. 13. c. 3. ubi Casaubo. Prouerbium elegantissimum de eo, qui uersetur in summo discrimine.

Ha'l cuor nelle budella.

Qui

171 Qui nomine tantùm sunt principes, uel modicum temporis in principatu duraturi censentur, a Florentinis appellari solent, *Duchi di Maggio*. Hi a Græcis dicebantur; τραγικοὶ βασιλεῖς. i. Reges Tragici. Parœmiographus. *Duca di Maggio.*

172 Quod cecinit Flaccus Ode.2.lib.3.

Raró antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo;

significans, & si quandoque serò, non fieri tamen, quin aliquando tandem facinorosi homines suorum facinorum debitas luant pœnas, admodum simile est illi nostro; *Quando la pera è matura, conuien, ch'ella caggia*: Pro quo a doctioribus citari solet dictum illud D. Iacobi; ἡ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκυεῖ θάνατον. i. Peccatum perfectum progignit mortem. Vide sup. pag.248. *Quando la pera è matura, &c.*

173 In circulatorem, seu erronem, qui nullo in loco diutius consistit; *Non ha terra ferma*. ἡ περγαία ἄρτεμις. i. Pergaea Diana. Suidas. *Non hà terra ferma.*

174 Quoties aliquis, quidpiam se scire fingens, quod ignorat, de eo tanquam de re sibi notissimâ uerba facit, dici solet; *E' giuoca a 'ndouinare*. ἅλα, καὶ κύαμον. i. Salem, & fabam. s. proposuit, uel quid simile. Diogenia. *Giuoca a'n douinare.*

175 In insanè, striduléque vociferantem. *Egli stride, com'un porco ferito*. μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης. i. Magis vociferatur, quàm laurus viridis incensa. Et breuiùs. Clamosior lauro ardente. Diogenia. *Stride com'un porco ferito.*

176 Significare uolentes, aliquem nobis maximo esse odio, dicimus. *L'ho in odio, come il Diauol la Croce. L'ho a noia, come il mal del capo*. ἐχθρὸς μοὶ κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν. i. ut sensum exprimam. Odi æquè, & ac Inferorum portas. Home. Odyss. ξ. Æquè odi, atque angueis. Plaut. in Merca. Odi cane peiùs, & angue. Horat. in Epist. *Ha in odio, come'l diauol &c.*

177 Si quis in negocio gerendo ita se gesserit, ut iure optimo ab omnibus commendetur, tunc quadrat; *E' meriterebbe vna corona*. ἄξιος ὀβελίσκου. i. Dignus obelisco. Suidas. Quod utrique Ironicè etiam usurpamus. ἄξιος τοῦ παντός. i. Quauis re dignus. Inter alios utitur Plato in Sophistâ. *Meritare vna corona.*

178 In hominem insatiabilem, & qui commodis fortunis non acquiescens, maiora semper desiderat, iactatur a nostris. *Non l'empierebbe Arno*. ὃν οὐ θρέψει κῶς, ἐκεῖνον οὐδ' αἴγυπτος. i. Quem Cos non nutriet, illum nec Ægyptus. Eustath. in Home. Ilia.14. *Nõ l'empierebbe Arno.*

179 De homine calamitoso, qui v.g. ex opulentis fortunis absque suâ culpâ ad extremam inopiam redactus sit, cuique in omnibus fortuna esse aduersa uideatur, dicere solemus. *Egli ha la maladizione addosso*. ἐστράτευσε μετ' ἐρασινάδου. i. Militauit cum Erasinade. Suidas. γαλῆν ἔχει. i. Mustelam habet. Diogenianus. Equum habet Seianum. Aurum habet Tolosanum. Agellius Nocti. Attic. lib.3.c.9. *Ha la maladizione addosso.*

Dare in tinche, e'n ceci.

180 Si tui non successit, quod aggressus erat. *Ha dato in tinche, e'n ceci. Non ha dato in nulla.* αὐτὴ μὲν μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. i. Hic funis nihil attraxit. Parœmiogra.

Non è degno di &c.

181 Non multo diuersiùs efferimus nos, ac Romani in absurdâ duorum comparatione. Nos de literato inferiori cum longè superiori comparato. *Non è degno di portargli dietro i libri.* ipsi de quouis homine cum altero nulla ratione conferendo; indignus, qui illi matellam porrigat. Parœmiogra. ex Martiale. Nostrum verò similius est illi dicto Seruatoris πρόδρομου ex Euãgelistæ cap. 1. οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. Vnde uulgò. Indignus est, qui illi calceos detrahat. Pro quo alicubi ad verbum, *Non è degno di cauargli le scarpe.*

Cadere in piè.

182 Quando euenit casus, ut ille, cuius res agitur, de se dicere possit; Perieram, nisi perijssem: tunc tempus est usurpandæ huius parœmiæ. *Egli è caduto in piè.* Et pleniùs; *E' caduto in piè, come le gatte.* πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν. i. Concidit extra mala. Dicimus etiam planiùs; *Vno sconcio gli ha fatto uno acconcio;* εὖ πέπλωκα, ὅτε νεναυάγηκα. i. Nunc bene nauigauit, cum naufragium fecit. Suidas.

Roba di rubello.

183 Quando uidemus, aliquid sine modo hinc, atque illinc diripi, insumíque, dicere solemus; *Par roba di rubello:* καθάπερ ἐκ πολεμίας. i. Quasi bello parta. Plutar. non uno in loco.

Nõ ha cuor per un grillo.

184 In pusillanimum, ac formidolosum uulgò dicimus. *Non ha cuor, quãt'un grillo:* ὀρτυγίου ψυχήν. i. Coturniculæ animum habet. Antiphanes Comi. in Rustico apud Athenæ.

Dagli ch'e' gli è can guasto.

185 Quando aliquis, sibi omnia uel iure, uel iniuriâ crimini dari sentit, dicere solet. *Dagli, ch'egli ha buone spalle. Dagli, ch'egli è can guasto. Dagli, ch'egli è Sassello.* Et multitudo *Dagli, ch'e' non uede.* ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα, Λέπαργε. i. Super te hæc omnia, Leparge. Parœmiogra.

Pẽsaua ch'e' fusse, &c.

186 Si quis ualidum, ac præstantem uirum extra pericula uerbis agat, cum autem res postulat, ignauissimè se gerat, ab Etruscis in illum iactari solet. *Io pensaua, ch'e' fusse il Mangia.* πρὸ τοῦ σ' ᾤμην κέρατα ἔχειν. i. Antehac putabam, eum habere cornua. Parœmiogra.

La Luna da Bologna.

187 Accedente aliquo ad amicorum commercium, qui diutius ab ipsis uisus non sit, tunc dicere solet aliquis. *Ecco la luna da bologna.* Et mulieres; *Ben uenga Maggio co'suo' fiori.* λευκὸς ὄρνις. i. Alba auis. Parœmiogra.

A usanza del uillan matto.

188 Post rem deuoratam ratio; dixit Stasimus apud Plautum in Trinummo, significans, se, malo accepto, sapere; Nos interdum;

A usanza del villan matto;
Dopo'l danno fa'l patto.

Interdum verò; *Perduti i buoi, serrar la stalla;* de quo sup. p. 220. παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. i. Post mala prudentior. Apostolius. Προμηθεὺς μετὰ τὰ

τὰ πράγματα. idest. Post facta Prometheus. Parœmiograph.

189 Qui se negociorũ agendorum non esse penitus rudem, neque ignarum significare uult, Florentiæ dicere solet. *Ancor' io so, a' quanti dì è S. Biagio.* μέτεστι καὶ ἐμοὶ τοῦ πολέμου. i. Mihi quoque belli pars est. Parœmiogr. Origo nostri antiqua est ex more puerilis lapidationis, quæ Bacchanalium gratiâ fieri incipiebat statim post diem festum Diui Blasij. Qui igitur significare volebat, se huius rei peritum esse, dicebat; *Ancor' io*, &c. Vnde in prouerbium cessit, ac generaliter sumitur, ut supra dictum est. Similia sunt; *So ancor' io, doue' l diauol tien la coda; quante paia fanno tre buoi.* *Sa, a quanti dì è San Biagio.*

190 Quando significare volumus, his terris neminem esse, qui humanorum casuum sit immunis, dicimus. *Ognun c'è pel cuio, e per la pelle.* *Ognun c'è pel cuoio, e per la pelle.*

μένει δ' ἕκαστον τοῦθ', ὅπερ μέλλει παθεῖν. i.

Vnumquemque manet, quod passurus est: In Menan. Fragm.

A quo non longè abest Virgilianum hemistichium, Stat sua cuique dies. Quod a Petrarchâ;

Così son le sue sorti a ciascun fisse.

Huc pertinet Distichum illud incerti auctoris, quod extat in primo Anthologiæ.

χαίρει τις Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον. ἄλλος ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει, θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

Luscinius ita vertit.

Morte meâ quidam Theodorus gaudet, at huius
Protinus hinc alius; stat sua cuique dies.

191 Qui e.g. asymbolus cœnat, symbolam cæteris conferentibus, vulgò dicitur; *Passar per bardotto. Scroccare.* ἀσυμβόλως δειπνεῖν. i. Asymbolum comedere. Athenæus. Asymbolus est apud Terentium in Phormio. de qua voce Agellius lib. 6. cap. 13. i. Immunis, qui sine collatione ad commessationem accessit. Et, *Esser passato per bardotto*. i. Immunis venisse, dicitur ille, qui in itinere peragendo nihil impendit. Plebecula idem significare solet ænigmaticè; *La gallina di Biondo: la Scrocchina.* *Passar per bardotto.*

192 De eo, cui videmus præ iracundiâ bilem esse commotã; *Egli è in valigia; Schiaccia; Agazza; Arrabbia; Mangia male; Si rode dentro; Non può star nella pelle; Scuote; Ha preso il Moscherino.* Et Venetijs; *E' mangia i catenacci;* ἐν τῇ ζύμῃ κεῖται. i. In fermento iacet Parœmiog. τὰ χείλη ἐσθίει. i. Labra comedit. Aristophan. in Vespis. In fermento totus est. Plaut. in Merca. & in Casi. Frænum mordet. Decius Brutus. *E' in valigia.*

193 Quando aliquis per se sibi ipsi fuit in caussâ sui mali, dicere solemus; *E' s'è l'è cercata a danar contanti. S'è cercato il mal, come i medici.* αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ πηγήν. i. Ipse sibi mali fontem reperit. ἡ αἲξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα. i. ἔφυσεν. Capra contra seipsam cornua. s. produxit. Ἄτλας τὸν οὐρανὸν ὑπεδέξατο. Atlas cœlum, nempe, suscepit. Apud Parœmiogr. *Cerca il mal, come i medici.*

194 Qui inanem operam sumunt, destruunt. s. quod mox refecturi sint, dicun-

dicuntur a nobis. *Versar per attignere.* In quam sententiam videtur commodè vsurpari posse, τῆς πηνελόπης ἱςὸν ἀναλύειν. i. Penelopes telam retexere. De quo Parœmiogra. Ex Home. loco notissimo.

195 Vbi quis mensam quidem onustam argenteis lancibus, sed obsoniorum inopem apponit. Vel potius. Vbi Presbyter ædem pulcherrimis quidem tapetibus, atque aulæis exornat, sed suos collegas tenui excipit prandio, dici solet.

In coro festa festa, &c.

In Coro festa festa,
In cucina feria sesta.

Huc videtur referri posse illud Græcorum. ἀργυρέᾳ λιμῷ ἑςιῶμεν. i. Argenteâ fame conuiuamur. In Florilegio Planudis lib. 2. Titulo. In Parcos.

196 ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια. i.
Ne feceris de te ipso encomia. Extat in Menan. Fragmentis.
Nos in tali proposito.

Chi si loda s'imbroda.

Chi si loda,
S'imbroda.

Laus in ore proprio sordescit. Notat Brassicanus ex Disticho Michaëlis Verini;

De te alij narrent, proprio sordescit in ore
Gloria: si taceas, plus tibi laudis erit.

Ha buoni amici a corte.

197 De homine multùm gratioso, quíq; non vulgaribus nitatur præsidijs, dicere consueuimus. *Egli ha buoni amici a corte. Ha buoni appoggi.* οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς. i. Non vulgari ancorâ nititur. Suidas.

Rispondere alle rime.

198 Affirmantes alicui, qui malum verbis, ac vultu interminetur, si pergat, sibi par pari relatum iri, dicimus; *Ti sarà risposto alle rime*;
ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσῃς. i.
Quale dixeris verbum, tale audies. Hom. Iliad.

E' mal sordo, chi non vuole, &c.

199 Si quis ad ea, quæ dicimus, nobis videatur conniuere, cum ipsum omnia exaudire censeamus, dicere solemus. *E' fa'l sordo. Fa le vista di non sentire. Fa orecchi di mercatante.* Quo etiam vtitur Brunettus in Epitaphio. Et nos supra meminimus. *E' mal sordo, chi non vuol sentire.* Audiens non audit. Parœmiogra. ex Homeri dicto, ὡς οὐκ ἀΐοντι ἐοικώς. i. Audisse dissimulans. Iliad. Nulli sunt peius surdi, quàm qui audire nolunt. Notat Cognatus, inquiens, Gallicum esse prouerbium.

Chi ben siede, mal pensa.

Apophthegma.

200 *Chi ben siede, mal pensa.* Nihil est hoc dicto celebrius; quo significamus, ex opulentiâ, ac satietate ferociam, maláq; consilia gigni. κακῶς φρονοῦσιν πράσσοντες καλῶς. i. Fœliciter agentes, malè cogitant. In Menan. Frag. Notat etiam Pet. Vict. var. lect. lib. 31. cap. 2. Huic subscribit Solon; cuius apud Laërtium in eius vitâ hoc legitur apophthegma; καὶ τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δ' ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. i. Satietatem quidem [dicere solebat] ex diuitijs nasci, ex satietate verò contumeliam gigni. Chorus etiam in Hercule Furente apud Euripidem.

ὁ χρυσὸς,

ὁ χρυσὸς, ἅτ' εὐτυχία,
φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται. i.
Aurum, est fœlicitas
Sanâ mente homines excutit.
οὐκ ἔσθ', ὅπως ἔχουσιν αἱ τύχαι φρένας. i.
Fieri non potest, vt fortunæ mentem habeant. Alexis.
Arietibus bene pastis pruriunt cornua.
Luxuriant animi rebus plerunque secundis. Recenset Coluan.

Qui res suas in firmo collocârunt, malè cogitant. Vnde præceptum; *Chi vuol ben dal popolo, lo tenga scusso.* Vide supra pag. 244.

Etruscorum Sententiæ, vel Dicta Prouerbialia per Græcorum Adagia enucleata.

1 Significare volentes, ei, quem fortuna perpetuo quodam tenore insecuta sit, nihil vnquam prosperè successurum, dicere solemus. *Chi è nato sgraziato, gli tempesta il pan nel forno.* Quod Heliod. in Aetiop. generatim. ὁ δυστυχῶν πανταχοῦ δυστυχεῖ. i. Semel infœlix, semper aduersâ fortunâ laborat.

Chi è nato sgraziato, &c.

2 Quod ex auctore notissimo vulgò dicitur de illo, qui suopte inuento perit, sibiq; totius mali per se in caussâ est;

Chi cerca briga, la truoua a sua posta.

Græco illi quasi ænigmati respondet; κόραξ τὸν ὄφιν. i. Coruus serpentem. Ex noto Aesopi apologo. Coruus esuriens, rapuit serpentem, in aprico dormientem nactus; ab eo autem morsus, temeritatis suæ moriens pœnas dedit. Parœmiogra. Nec longiùs hinc abesse videtur illud Phornuti; τὰ μαλακὰ μῶν, τὰ σκληρὰ ἔχει. i. Mollia quærenti dura contingunt. In opere de Natura Deor. cap. de Musis.

Chi cerca briga, &c.

3 His sententijs significamus, non omneis eadem delectare; *Ognun ha il suo vmore. Ognun ha la sua fantasia.* Ex eo:

Noi non siam tutti d'vna fantasia.

ἄλλοις ἄλλος καρδίην ἰαίνεται. i. Alijs alius cor oblectatur. Apud Homerum. Diuersa sunt hominum studia. Cic. ad Brutum. Suo quisque studio gaudet. Vide sup. *Le nature son diuerse.*

Ognun ha'l suo vmmore.

4 Virtutem præ omnibus plurimi faciendam ita admonemur.
Chi sa, è padron de gli altri.

ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται. i.
Omnia sapientiæ subijciuntur. In Collecta. Adde sup. p. 146.

Chi sà, è padron de gli altri.

5 Denotare volentes, nemini fidendum esse in malis consilijs, quamuis callidissima sint, sententiâ illam vsurpare solemus.

Miser, chi male oprando si confida.

Quod Græci paræmialiter. γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται. i. Anus simia serò quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vel breuiùs, ac venustiùs. Anus simia serò quidem. Parœmiog.

Miser, chi male oprando, &c.

Dictum

6 Dictum illud, quod omnibus mulierculis, ac cerdonibus in ore est;

Impara un arte, &c.

Impara vn'arte, e ponla là,
Quand'egli è tempo, e tu la sa.

nostræ linguæ imperitis tradi potest per versum illum Aristophanicum; ὡς ἀγαθὸν ἐσ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. i.

Quam vtile est habere plura cognomina? In prouerbium enim cessit, vulgóque uertunt; Expedit habere plura cognomina; dicitúrque de illis, qui multarum artium periti, desitâ vnâ, ad alterius opem se conferunt. Hipparchus Comicus etiam dixit:

πολύγ' ὅτι πάντων κτῆμα τιμιώτατον,
ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη. i.
Multo est omnium res preciosissima
Omnibus hominibus ad viuendum ars.

Nostrum quandoque pluribus verbis ita decantatur.

Impara l'arte, E mettila da parte:
Tempo verrà, Ch'ella bisognerà.

Vn Angiol di Paradiso.

7 De valde formoso, nitidóque. *Vn Angiol di Paradiso.* ἐξ ᾠοῦ ἐξῆλθεν. i. Ex ouo prodijt. Iuxta notissimam fabulam Castoris & Pollucis. Parœmiog. Νηρέως ἀμορφότερος. i. Nereo formosior. Luc. τιθώνε φυὴν χαριέστερος. i. Tithono venustior. Tyrtæus in Eleg. de Virt. bellicâ.

E' pazzo a suo utile.

8 Qui sentit, aliquem sub insaniæ prætextu rebus suis consulere, dicere solet. *Costui è pazzo a suo vtile.* Ἄμυρις μαίνεται. i. Amyris insanit. Parœmiogra. ex Zenodo.

Alzare i mazzi.

9 Siquis se fugæ dederit, in eum hæc vulgò iactantur. *E' se l'è battuta. Ha alzato i mazzi*, quo etiam vtitur Brunettus in Epitaphio. *Ha dato delle calcagna in terra. Se l'è presa per vn gherone. Ha dato un canto in pagamento.* Nautæ. *Ha fatt'alto. Ha preso il puleggio.* Vnde Dan. Para. Cant. 23.

Non è poleggio da picciola barca
Quel, che fendendo và l'ardita prora,
Ne da nocchier, ch'a se medesmo parca.

Vbi nostra Academia. *Stamp. pelleggio. L'vso dice puleggio, che val cammino, o passaggio,* &c. Et vulgi fæx. *Se l'è colta. Ha battuto il taccone.* κοῖλον τοῦ ποδὸς ἔδειξε. i. Cauũ pedis ostendit. Hesychius. Solũ uertit. Cice. Liui. & alij. αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ. Dixit Suidas. i. Extra cœnum pedem tollere.

E' fuor de' gangheri.

10 De eo, qui aliquid facit, uel dicit extra propositum, dicimus. *E' fuor de' gangheri.* ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖται. i. Extra chorum saltat. Parœmiog.

Allevato fra bestie.

11 In hominem penitus rudem, alienúmque a moribus liberalibus, dici solet; *Pare allevato fra bestie.* ἐν ναυσὶν τεθραμμένος. i. In nauibus educatus. Plato in Phædro.

E' viela.

12 Cum significare uolumus, molesti alicuius laboris, prolixique iam finem propè aduentare, dicimus. *Noi siam vielà. Siamo a buon porto.* γῆν ὁρῶ. i. Terram video. Parœmiogra. ex Diogenis dicto.

Si

13 Si quo in oppido nullis legibus uiueretur, sed unusquisque arbitratu suo res gereret, diceremus. *E' viuon come bestie.* ζῶσι κυκλωπικῶς. i. Cyclopum more uiuunt. Aristoteles. 10. Ethico. ad Nicoma.

Viuer, come bestie.

14 De re fabulosâ, commentitiâque. *E' vna cantafauola.* Ὀρέστειος ὄνειρος. Orestis somnium. Galenus Therapeutices methodi lib. 1.

Essere vna cãtafauola.

15 Quod nos de temulento dicimus. *E' cotto spolpato*; cum illo congruit. τέτ]αρας κεφαλὰς ἔχων. i. Quatuor habens capita. Athenæ. lib. 10.

Esser cotto spolpato.

16 Illi, quod uulgò dicimus, significantes, tale quidpiam nunquam nobis persuasum iri; *Non lo crederei, se io lo vedessi*; quàm optimè respondere uidetur. οὐ πείσεις, οὐδ᾽ ἂν πείσῃς. i. Non persuadebis, neque si persuaseris quidem. Home.

Io non lo crederei, &c.

17 Adagio illi, quod dictitari solet de homine scelerato, quíque lucri gratiâ nullum ministerij genus quantumuis improbum, nefandúmque recusaret, *Per danari darebbe alla croce*; quoad sensum æquipollet; σικελὸς στρατιώτης. i. Siculus miles. Non quòd Siculi talibus unquam fuerint moribus, sed quoniam, Rege Hierone, ad bella, ut refert Zenodotus, usi fuerunt militibus, qui omnium pessimè audiebant.

Per danari darebbe alla croce.

18 De egregio natatore; *E' nuota com'un pesce*, Δήλιος κολυμβητής. i. Delius natator. Laër. in Heracl. Quòd si per ironiam efferretur, ualeret, quę dicimus; *E nuota, com'una gatta di piombo*; *Com'un bombero.* De quib. p. 90.

Nuota com'un pesce.

19 Volentes asserere, nobis aliquid iandiu notum esse, & non in præsentiâ primùm audire, ὑπερβολικῶς dicere solemus. *Auanti ch'io nascessi. In corpo a mia madre.* ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων. i. A teneris vnguiculis, ut vertit Cice. Ab incunabulis. Plautus.

In corpo a mia madre.

20 Qui in summo rerum discrimine uersatur, dicitur a nobis; *Trouarsi a cattiuo partito.* ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. i. In acie nouaculæ. Parœmiogra.

Trouarsi a cattiuo partito.

21 In extremâ fame laborantem. *Ha una fame, ch'e' la uede.* λιμὸς μηλιαῖος. i. Fames Melia. Suidas. Saguntina fames. Ex historiâ, de qua T. Liuius. Vale. Maximus. M. Tullius in Philippi.

Ha una fame, ch'e' la uede.

22 Cum significare uolumus, ne uilissima quidem nos ab aliquo accepisse, dicimus; *Ne pure un bicchier d'acqua.* οὐδὲ σκορόδου κεφαλήν. i. Ne allij quidem caput. Aristopha.

Ne pure vn bicchier d'acqua.

23 Indicare volentes, aliquid præposterè fieri, legitimásque rerum vices esse inuersas, hoc iactare solemus; *Il mondo alla riuersa.* [ronescia. inquit uulgus.] ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. i. Sursum versus sacrorũ fluminum feruntur fontes. Euripi. in Medeâ. ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἑλαύνει. i. Currus bouem trahit. Lucia. in Therpsione.

Il mõdo al la riuersa.

24 κυμινοπρίστης. i. Cumini sector appellatur ab Aristotele, qui excedit, superatque valdè verum modum in nemini præbendâ, suppeditandâq; pecuniâ; cum, in uili etiam admodum re cum socio partiendâ, qualis est granum cumini, ne minus iusto capiat, secet ipsam, ac diuidat. Nos quoque patrio sermone huiuscemodi homines simili admodum huic iunctâ voce vituperamus: non tamen a fruge, seminéque diuiso, sed a minuto in primis nummo dissecto appellamus *Squartapiccioli*. Hæc ad verbum ex Victo. Comm.: in lib. 4. Aristot. de Mori. ad Nicoma. Si prædicta non sufficiunt, consule Parœmiogr.

Squartapiccioli.

25 Interroganti Diogenem prodigo, cur a se minam peteret, ab aliis verò obolum, respondit ipse; quia ab alijs me rursus accepturum spero; an verò tu denuò mihi quidpiam traditurus sis; Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. i. In Deorum genibus positum est; in quam sententiam nos; *Chi lo sa, non lo vuol dire*. Laër. in eius uitâ.

Apophthegma.

Chi lo sa, non lo vuol dire.

26 Quando aliquem videmus, qui hæreditatem acceperit, vel aliâ quauis ratione absque ullo suo labore ditatus sit, magnas impensas facere, taléisque facultates immodicè profundere, dicere solemus. *Vn fa la roba, e l'altro la manda male*. ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ἱστὸν, ὁ δ' ἐδιέζετο. i. Hic telam texuit, ille diduxit. Pollux lib. 7. cap. 10.

Vn fa la roba, &c.

27 De homine admodum procero corpore vulgò dictitant. *E lungo come un fil di refe*. ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. i. Vir tredecim cubitorum. Theocr. in Syracu.

E' lungo come vn fil di refe.

28 In hominem stupidum, atque attonitum. *Vn pezzo di sasso*. Νιόβης ἀρχέτυπον. i. Niobes archetypum. Lucillius. Hoc idem Græcum adagium ualet, quod nos. *Lesto come uno scarafaggio*. Vsurpatur enim contra saltatorem nihil agilitatis habentem. Manu. in Appendice.

Lesto, com'uno scarafaggio.

29 Significare volentes, quæ pulcra sunt, nullo, vel decies repetita, afficere tædio, dicimus; *Le cose belle non vengon mai a noia*. Δὶς, καὶ τρὶς τὸ καλόν. i. Bis, ac ter, quod pulcrum est. Plato pluribus in locis.

Le cose belle, &c.

30 De solerti homine, cui in aliquâ facultate nemo comparari possit, dicere consueuimus; *Non c'è huomo per lui*. Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος. i. Daphnis inter pastores primus. Synesius in Episto. ad fratrem.

Non c'è huō per lui.

31 Apud nos etiam multa celebrantur adagia de bonis, ac malis vicinis; vt e.g. illa;

Chi ha'l buon vicino,
Ha'l buon mattino. i.

Chi ha buō vicino, etc.

Cui bonus est vicinus, fœlix illucet dies. Poly. Virg. Et contra;

Chi ha cattiuo vicino,
Ha il mal mattino. i.

Cui malus est vicinus, infœlix contingit mane. Iuris interpretes, vt testatur idem Polydo. Item;

Casa,

Casa, che ha buon vicino,
Val più, qualche fiorino.

Quæ non dubito, quin ad notissimos Hesiodi versus respiciant.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Nicolaus Valla sic vertit;

Improba damnosa est vicinia; sed, proba si sit,
Vtilis. Hæc igitur cupienda est pectore toto
Tanquam laudis opus: neque enim lamenta refundes
Amisisse bouem, proba si vicinia tecum est.

Quoad vltimum optimè quadrat illud Themistoclis, qui χωρίον πωλῶν, ἐκέλευσε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει. i. prædium venditurus, præconem iussit promulgare, bonum etiam id habere vicinum. Apud Antonium, & Maximum. Superioribus, si vis, adde ex Mureti sententijs;

ἀεὶ τὸ γειτόνημα τῶν κακῶν κακόν,
ἀγαθὸς δ' ἀνὴρ μόνον ἐγγὺς οἰκῶν ὠφελεῖ. i.
Semper mala est malorum vicinia;
Bonus autem vir, etiã si nihil aliud, quàm prope habitet, prodest.

32 *E' sarà,* *E' sarà, che Dio vorrà.*
Che Dio vorrà. Extat etiam apud Antiquum Mythologistam. τὸ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται. i. Exitus, qualẽ Deus voluerit, omnium rerum est. Demosthe. κρίνει τὰ πράγματα τύχη, ὡς βούλεται. i. Euentum dat fortuna, qualem vult. Idem.

33 De silentio, quòd in muliere maximè requiratur, iocando dicere solet vulgi fæx:

Allor la donna de' parlare, *Allor la dõna dee parlare, &c.*
Quando la gallina và a pisciare.

Grauior est vtique hæc; sed eius sententia non longè distat a nostrâ:

γυναικὶ πάσῃ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. i.
Decus mulieri cuilibet silentium. Sopho. in Aiace.

Meminit etiam Eusta. ad Home. Odyss. Υ. in princi.

34 Quod nos generatim dicimus;

Chi presta, *Chi presta, Tempesta.*
Tempesta. vel;
Chi presta,
Male annetta; significantes, qui mutuam dat pecuniam, vel aliud quiduis commodat, sæpius usuræ, seu gratiæ loco molestias accipere; Axionicus speciatim de improbis dixit.

ὅταν δανείζῃ τις πονηρῷ χρήματα,
αὐτὸν δικαίως τὸν τόκον λύπας ἔχει. i.
Cum quis improbo homini mutuas dat pecunias,
Non immeritò pro vsura multum molestiæ accipit.

Huc pertinent, quæ inquit Stasimus apud Plau. in Trinummo:

Siquis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.

Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Nam si exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris, perdas: uel illum amicum amiseris.

Huius generis est etiam illud.

Chi non presta glene duole, &c.

Chi non presta, glene duole,
Ma egli ha' l suo, quand' e' lo vuole.

Quò mihi respexisse uidetur Theognis;

πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα. i.
Fide opes perdidi, diffidentiâ uerò seruaui.

Da una volta in sù, &c.

35 Non facile est astutum hominem post primum errorem irretire: ipse enim de se dicere solet;

Da una volta in sù,
Tu non mi chiapperai piu.

ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην. i. Semel in laqueum uulpes. Suidas. Huius sententiæ circunfertur Menandri uersiculus.

δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ. i.
Bis idem peccare non est uiri sapientis.

Con le buone.

36 Obiurganti alicui, seu uerbis indignationem præseferenti, ita aduersantes dicere solemus: *Con le buone*, μὴ νεμέσα. i. Ne succenseas. Verba sunt Patrocli ad Achillem in Ilia π. quæ huc spectare ex Eustathio deprehendimus, sic dicente; τὸ μὴ νεμέσα, δύναται καὶ αὐτὸ παροιμιωδῶς ποτε λέγεσθαι, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ τὸ, οὐ νέμεσις. i. Dictum hoc; Ne succenseas; potest interdum etiam ipsum prouerbialiter dici, quemadmodum alibi illud; Non indignatio. Romani in hanc sententiam; Bona uerba quæso, ut notum est.

O tu, o altri.

37 Quando aliquid a quopiam factum esse non credimus, id asseueranter affirmanti dicere consueuimus: *O tu, o altri*. Græci in simili proposito. οὐκ ἄνευ Θησέως. i. Non absque Theseo. Zenototus.

Non ha tanti danari, &c.

38 De extremâ pauperie laborantibus dicere consueuimus; *Non ha tanti danari, ch' e' facesse cantare un cieco. Non ha un quattrin maladetto. Non ha un quattrino, chi lo uolesse per medicina.* Et plebecula. *Non n'ha un del cane.* Pro quibus Veneti; *Non ha ne bezzo, ne bagattino.* οὐδ' ὀβολὸν ἔχει, ὥστε σπάρτον πρίασθαι βρόχον. i. Nec obolum habet, unde restim emat. Lucia. in Timone. οὐδὲ σύμβολον ἔχει. i. Ne symbolum quidem habet: quoniam ab illis, qui præsente pecuniâ deficiebantur, symbolum dabatur. Athene. lib. 3. Zonam perdidit. Parœmio. Ne nummus quidem plumbeus. Plau. in Casi. Ei minus nihilo est. Teren. in Phormio.

La calamita de' mali.

39 De infortunato, cui omnia infaustè succedant; *La calamita de' mali.*

κακ' ἐφ' αὑτὸν ἕλκει, ὥστε καικίας νέφος. i.
Ad se mala attrahit, ut Cæcias nubes. Agellius lib. 2. cap. 22.

Esser di mezza taglia.

40 Quod nos dicimus de aliquo u.g. qui inter doctos nec primus, nec infimus sit. *E di mezza taglia:* Græci sic breuissimè, ac uenustissimè. τῶν σοφῶν ἔσχατα.

βῆτα. i. Sapientium Beta. Theocritus, & Strabo. Notat Vlpius.

41 In heluonem, atque asotum, qui, omnibus suis facultatibus obliguritis, ad inopiam redactus sit. *E' s'è fiti' ogni cosa giu per la gola*: στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δὲ ἀπολωλώς. i. Coronam quidem gestans, cæterum siti perditus. Aristopha. in Equiti. Ex Parœmiographi interpretatione.

Ficcarsi ogni cosa giu per la gola.

42 Aliquem v. g. non admodum docilem exhortantes, ne animo cadat, immo in dies magis, ac magis ad studia incumbat, ita enim omnem superaturum esse difficultatem, dicere consueuimus; *Chi la dura, la vince*. ῥανὶς ἐνδελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν. i. Assidua stilla saxũ excauat. Parœmiog. Non congero locos ex Latinis, quia notissimi sunt.

Chi la dura, la vince.

43 Hoc pacto silentium commendare solemus: *Nel poco parlare è ogni buon taglio*: πολλ' ἔχει σιωπὴ καλά i. Silentium multa bona continet. Sophocles apud Stobæ. serm. 23. Quò mihi etiam spectare videtur illud Aristidis in Defensione Periclis. σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. i. Silentij tutum præmium. Et Thales, referente Laërtio in eius vitâ, dixit, ex parcitate verborum deprehendi animi prudentiam.

ὅτι τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν.

Nel poco parlare è ogni buon taglio.

44 *Pesa, e paga*, dicimus, significare volentes, non esse tutum credere illi, cum quo contrahimus; ἅμα δίδου, καὶ λάμβανε. i. Da aliquid, & accipe aliquid. Plato in Axiocho, si talis Dialogus Platonis est. Cui simillimum illud nostrum; *To' qua, e da' qua.*

Pesa, e paga.
To qua, e da qua.

45 Virum supra modum deformem appellare solemus; *Brutto babbuino*; mulierem verò; *Brutta befana*. Θερσίτειον βλέμμα. i. Thersitæ facies. Ex Homeri loco notissimo.

Brutta befana.

46 Κρεῖττόν σε χαρινάδης βαδίζει. De ijs, qui gradum habent testudineum, non grallatorium, qualis Callipedes apud Tranquillum. Hæc Florens in Glossem. ad Irenam. Verba Græca non malè forsan reddideris Plautinâ Phrasi; Charinades grandiùs te grandit gradus. Nos in simili proposito dicere solemus; *Tu muoui prima vn piede, e poi l'altro.*

Muoue prima vn piede, &c.

47 Pro eo, quod effertur a nonnullis in sententiâ notissimâ; *Noi siam qui con l'aiuto d'Iddio, e de gli huomini*; vsurpabatur a Græcis, si rectè conijcio; ἐξέπεσε πορθμὶς ἐλατίνῃ πλάτῃ. i. Nauicula euasit tandem ope remorum. Meminit Athenæ. lib. 13. cap. 1.

Siam qui con l'aiuto d'Iddio, &c.

48 In hominem staturâ perbreui. *Scricciolo. Pedina. Mezza sconciatura. Gigante da Cigoli.* Et alibi in Italiâ; *Rauanello venuto per l'asciutto.* μικρὸς, ἡλίκος μόλων. i. Pusillus, quantus Molon. Suidas. σταλαγμός. i. Gutta; Ex eo Anaxandri Comici:

— ἂν μικρὸν παντελῶς
ἀνθρώπιον, σταλαγμόν. i. Si pusillus omnino homuncio, guttam. s. appellatis.

Gigãte da Cignoli.

Insegnami altro.

49 Si quis aliquem docere velit quidpiam, cuius ipse sibi longè peritior esse videatur, dicere solet. *Insegnami altro.* δειπνεῖν με δίδασκε. i. Cœnare me doce. Aristoph. in Ranis.

Diuorerebbe, &c.

50 In edacem ὑπερβολικῶς. *Diuorerebbe questo mondo, e l'altro.* βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει. i. Bouem in faucibus portat. Zenodotus, & Suidas.

In fino a gola.

51 Quod nos; *Infino a gola*; de supra modum expletis; a Græcis effertur. μέχρι τῶν ἀμφωτίδων. i. Ad ambas vsque aureis. Suidas.

Esser per la cattiua affatto.

52 Qui in extremo rerum discrimine versatur, spémq; omnem iam conclamatam habet, dicere solet. *Io son per la cattiua affatto. Son frito. Sono spedito.* πᾶν πεῖσμα διέρρηκται. i. Rudens omnis disruptus est. Heliodo. in Aetiop. lib. 7. ἔρρει τὰ ἐμὰ πράγματα. i. Pessum eunt res meæ. Perij. De me actum est. Scurra in Xenoph. Sympos.

Fare un po' di spauracchio.

53 Quando aliquis alterum inaniter minatus fuit, nempe vt tantummodo territaret, dicere solemus; *Fece per fargli vn po' di spauracchio.* ὥσπερ αἱ τίτθαι τὴν λαμίαν. s. διηγοῦνται. i. Vti nutrices Lamiam. v. obijciunt, vel aduenturam minitantur. Dion. Chrysos. in Ora. 55.

Vn corpo di sotterrato.

54 Macilentus, atque ob morbum squalidus, appellari solet; *Vn corpo di sotterrato.* χαρίεις ὥσπερ νεκρός. i. Cadaueris instar venustus. Aristopha. Commenta.

Guastarsi su l'ultimo.

55 Si quis, e. g. orationem habens, in ipso offenderit Epilogo, dicere solemus, *E' si guastò su l'vltimo.* πάντα ἐκτραγὼν τὸν βοῦν, εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν. i. Toto deuorato boue, in caudâ defecit. Parœmiogr.

Mettersi cō l'arco dell'orso.

56 Quod nos dicimus, quando aliquis summo conatu quidpiam aggreditur; *Mettersi con l'arco dell'osso.* Græci. ἀντλεῖν ἀμφοτέραις. i. Ambabus manibus haurire. Plato in Sophistâ. Notat Parœmiogr. Omneis neruos intendere. Latini passim.

I tristi non muoiō mai.

57 Fac e. g. iuuenem improbū, ac dissolutum bellum esse profectum: interroganti alicui commilitonem, vel alium, an is uiuus sit, vel iam diem suum obierit, ita responderi solet. *I tristi non muoion mai.* κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται. i. Malum uas non frangitur. Parœmiogra.

Sa di mille odori.

58 De eo, qui odorifera vnguenta, vel moschum satis oleat; *E' sa di mille odori.* τὴν ὅλην ἀραβίαν ἀποπνεῖ. i. Totam spirat Arabiam. Manutius in Addita. ad Chilia.

Piglia di mano in in mano.

59 Si quem hortari volumus, ut, præsentem fortunam boni consulens, meliora in dies expectet, ad illud confugere solemus; *Piglia di mano in man quel, che uiene.*

Quoniam, quod vis, non potes, velis, quod possis. Teren. ex illo Men.
οὐ δυνάμενος, ὃ θέλεις, θέλης, ὃ δύνασαι. i.

Non

Non potens, quod uis, velis, quod potes. τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. i. Quod adest, boni consule. Fortunam præsentem boni consule. Plato in Gorgiâ.

60 Odi profanũ uulgus, & arceo, dixit Romanus Lyricus; Etruscus verò; *Seguite i pochi, e non la uolgar gente:* quod in prouerbium cessit, valétque idem, ac Pythagoreum symbolum; λεωφόρους μὴ βαδίζειν. i. Per publicam viam ne ambules. D. etiam Augustinus in Comm. Ps. 39. dixit. Multitudo non est sequenda.

Seguite i pochi, &c.

61 Si quis, ut ita dicam, è mortis faucibus ereptus esse videatur, dicere solemus; *Tutto quel ch'e' uiue, è rubato.* ὑπὲρ τὸν ἄπρακτον βιοῖ. i. Vltra pensum uiuit. Lucia.

Tutto quel ch'ei uiue, &c.

62 In hominem staturâ quidem grandi, sed ignauum, ac nebulonem, iactari solet. *Grande, e poltrone.* ἀρκάδιον βλάστημα. i. Arcadicum germen. Parœmiogra.

Grande, e poltrone.

63 Si quis pallore, ac macie admodum deformis sit. *E' par la morte.* οὐδὲν διαφέρει χαιρεφῶντος. i. Nihil a Chærephonte differt; Aristoph. in Neb.

Parer la morte.

64 De exquisitissimis epulis dicimus. *Manna.* θεῶν τροφή. i. Deorum cibus. Parœmio.

Manna.

65 In eum, quem inconstantiæ, leuísque sententiæ arguimus, iactari solet; *Tu se una frasca.* φελλοῦ κουφότερος. i. Subere leuior. Idem.

E' una frasca.

66 De eo, qui plus habet in recessu, quàm primore fronte promittat, dixit Hermippus;

> τὴν μὲν διάλεκτον, καὶ τὸ πρόσωπον ἀμνίου
> ἔχειν δοκεῖς, τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρεις δράκοντος. i.
> Loquelam habere pecudis, & faciem mihi
> Videris, astutus latet prudens draco.

Notat Parœmiogra. Nos in hanc sententiam; *Chi ti pigliasse per lepre, aurebbe tre quarti di golpe.* i. Pro pecude prudens draco. Vel; Pro simplici columbâ astuta uulpes.

Chi ti pigliasse per lepre, &c.

67 In publicos præfectos, quorum e. g. curæ commendata sunt publica gymnasia, si forte ob stipendium, conducere nolint doctissimos homines, iactari consueuit. *Chi uuol de gli huomini, bisogna pagargli:* cui æqui pollere videtur illud Anaxagoræ ad Periclem: οἱ τοῦ λύχνου χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν. i. Qui lucernâ egent, infundunt oleum. Prædicto affine arbitror. *Il mulin non macina senz' acqua.* Et quod αἰνιγματικῶς.

> *Ben faremo, e ben diremo,*
> *Mal va la barca senza remo.*

Chi uuol de gli huomini, &c.

68 Promittentes, nos aliquod arcanum omnino celaturos, nullíque prorsus ne verbum quidem dicturos, hoc verbo vti solemus; *Non lo saprà huom*

Non lo saprà, &c.

huom nato. οὐδ' ὁ ἥλιος τοῦτο γνώσεται. i. Ne sol quidem hoc sciet. Heliod. Aetiop. 7.

69 Illi, qui, propria tubera non curans, aliorum verrucis offenditur, vt Horatij verbis vtar, siquando alium reprehendat, vel alteri obtrectare velle videatur, ita os occludere solemus; *Dì di te. Guarda te. Guardati a' piedi.* Vineta cæde tua. Ex Flacco; ἀφ' ἑστίας ἄρχου. i. A lare incipe. Eustath. in H. Odyss. εἰς τὸν σοῦ κόλπον πτύε. i. In tuum ipsius sinum inspue. Lucian. non vno in loco.

Guardate.

70 *A' tristi ogni popo' d'appicco gli fa.* προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία. i. Occasione duntaxat opus improbitati. s. Quando aliquis suopte ingenio ad facinora procliuis est, quæcunque detur occasio, sit quantumuis minima, continuò ipsam arripit.

A' tristi ogni po' d'appicco, &c.

71 Si quis v.g. explicet eamdem rem per duo uerba idem penitus significantia, uulgò dicimus; *Vn legno sur una mazza.* ἐπὶ σπείρᾳ σχοινίον. i. Ad restim funiculum. Parœmiogra. Poëta facetissimus in hoc proposito.

Vn legno, sur una mazza.

> *Chi cauasse le frutte di stagione,*
> *Sarebbe propio, come chi volesse*
> *Metter un legno su per vn bastone.*

72 In mulierem immodicè, ac permolestè garrulam iactari solet; *La maggior cornacchia del mondo.* ῥαχίας λαλίστερος. i. Caute loquacior. Parœmiog. Metaphora desumpta est a cautibus litorum, quæ assiduis fluctibus tunduntur, & sic multo fragore resonant.

La maggior cornacchia, &c.

Multa ingenia pauperie opprimi, uel potius obrui;

> *Non è virtù, che pouertà non guasti;*

vel παρονομαστικῶς cum Parechesi; *La fame soffoca la fama.* Eodem pertinet Græcorum prouerbium, quod Demetrio Halicarnasseo acceptum referunt;

La fame soffoca la fama.

> ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. i.
> Aquam bibens, nil boni parias.

Nec dissimilia illa Horatij, ac Iuuenalis;

> Magnum pauperies opprobrium iubet
> Quiduis & facere, & pati;
> Virtutísque uiam deserit arduæ. Od. 24. lib. 3.
> Haud facilè emergunt, quorum uirtutibus obstat
> Res angusta domi. Saty. 3.

Addo corollarij uice Alciati Emblema;

> Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas:
> Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.
> Ingenio poteram superas uolitare per arceis,
> Me nisi paupertas inuida deprimeret.

PAROE-

PAROEMIAE, SENTENTIAE, ac Dicta Prouerbialia per Alphabeti ordinem simul congesta.

A

Accomodarsi a' tempi. Pigliate il panno pel verso. πολύποδος νόον ἔχειν. i. Polypi mentem obtinere. Plutar. τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι. i. Vti foro; quo usus est Terenti. Seruire scenæ. Cice.

Aggiugne bianchezza alla neue. ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζει. i. Soli lumen mutuat. Parœmiogr. Soli lumen infert. Quintil. Instit. lib. 5. Solem certat facibus adiuuare. Anacletus, referente Gratiano, Caus. 6. Quæs. 1.

Alla fame pane, al sonno panca: Et cum Homœoteleuto:

Sonno, e panca;
Sete, e acqua. Item;
Lupo affamato
Mangia pan muffato.

ἡδὺ μὲν μάζαν φαγεῖν πεινῶντι, ἡδὺ δ' ὕδωρ διψῶντα πιεῖν. i. Dulce est esurienti mazam edere, dulce est aquam bibere sitienti. Huc pertinent Ludouici Areosti uersiculi,

L'acque parer fa saporite e buone
La sete, e'l cibo pel digiun s'apprezza.

Amico, e guarti. ἀπὸ γλώττης φίλος. i. Linguâ amicus. Vide Parœmiog.

B

Bisogna lasciar fare, a chi sà. μὴ δίγῃ ἡνίων, ἄπειρος ὤν. i. Habenas ignarus non tractet. Clemens.

il Bisogno fa buon fante. Et Boccac. γνωμικῶς. *La pouertà fa gli huomini industriosi.*

πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. i.
Fames multa docet. In Græc. Collecta.

Duris urget in rebus egestas. Ex Virgil. notis.

il Buon fa camerata col buono. ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθῷ μόνος μόνῳ φίλος. i. Bonus bono solus soli amicus. Plato in Lisiâ, uel de Amicitiâ.

C

Canta a male in corpo. λιτυέρσαν ᾠδὴν ᾄδει. i. Lityersam cantionem canit. Menan. in Calcedo. De origine Parœmiogr.

Le Cattiue compagnie conducon gli huomini alle forche:

κακὸν φέρουσι καρπὸν οἱ κακοὶ φίλοι. i.
Malum ferunt fructum mali âmici. In Græc. Coll. Vide sup. p. 241.

Chi fa quel, ch'e' non deue,
Gl'interuien quel, ch'e' non crede.

πίνουσ' ὁμίχλην τῆς πονηρίας κακοί. i.
Mali bibunt improbitatis fæcem. Parœmiogra.

Prædictæ germana;

Chi non fa quel, ch'e' deue;
Quel, ch' aspetta non riceue.

Chi la uuol cotta, e chi la uuol cruda. Chi la uuol lessa, e chi la uuole arrosto.

Et ἁπλῶς. *Ognun' ha il suo gusto*. ἄλλα παρ' ἄλλοις καλά. i. Alia alijs pulcra. Eustath. in Hom. Odyss. Ξ. ubi addit. ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισ ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. i. Alius uir alijs delectatur operibus. Alia alijs placēt, & probantur

Chi tropp' alte sale, presto scende. σφάλλει δ' ἐκείνους, οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη. i.
Quos extulit, & hos fortuna deijcit. In Fragm.

Col tempo, e con la paglia si maturan le sorbe, uel, *le nespole*. χρόνῳ καὶ ἀτρεῖδαι τὴν κλεινὴν ἐκράτησαν τροίας. i. Tempore Troiam inclytam Atridæ cepere. Aristæne. lib. 1. Epist. 17. Nihil est, quod longinquitas temporis efficere, non possit. Cic. de Diuina. lib. 2.

Noi ci Conoschiamo. οἶδα σίμωνα, καὶ σίμων ἐμέ. i. Noui Simonem, & Simon me. Parœmiogr.

Contr' a' tristi è tutto 'l mondo armato. κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν, uel, κἂν αἲξ δάκοι, &c. i. Virum improbum uel mus mordeat. Vel capra nocentem mordeat. Diogenia.

Corre, come il uento. πηγάσου ταχύτερος. i. Pegaso uelocior. Parœmiogra.

D

Dammello morto. τέλος ὁρᾷν. i. Finem vitæ specta. Solon apud Aristo. in Ethic. Nichomach.

Ha Dato nel Bargello. εἰς μελίττας ἐκώμασε. i. In apes irruit. Parœmiogr. Item ἀγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων. i. Ductus per Phratores canis. Ab aleatoribus in eodem proposito; *Dare in un uentuno*, vel, *in un trentuno*.

Dentro è chi la pesta. πάντα τὰ λυμεινόμεν' ἐστὶν ἔνδοθεν. i. Omnes corruptionis caussæ intrinsecus ueniunt. In Græc. Collect.

Il Diauolo è cattiuo, perch' egli è uecchio.
γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ. i.
Annosa vulpes haud capitur laqueo. Parœmiog.

Dio ce ne guardi, ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι. i. Procul auribus nuncius veniat. Suidas ex Callima.

Dir cose dell' altro mondo. ὄνειρον ὀρέστειον διηγεῖσθαι. i. Orestis somnium narrare. Galenus Therapeutices Methodi lib. 1.

Doue non entra 'l capo, mettasi la coda. ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον. i. Vbi leonina pellis non satis est, uulpina addatur. Plutar. in vitâ Lysandri. Vide Parœmiographum. Ad Græcum prouerbium uidetur respexisse Dant. cum cecinit in Inf.

Mentre ch' io forma fui d'ossa, e di polpe,
Che la madre mi diè, l'opere mie
Non furon leonine, ma di volpe.

Dura fatica per impouerire. πόνον σπείρει. i. Laborem serit. Diogenia.

E

E arriuato, doue si può arriuare. ἡράκλειαι στῆλαι. i. Herculis columnæ: uulgò dicitur: Ad Herculis columnas. s. peruenit, vel quid simile. Meminit Pindari Interpres.

E di mala razza. πονηροῦ κόμματος. i. Mali commatis Aristoph. in Pluto.

E fuor de' gangheri. ἐκτὸς δρόμου φέρεται. i. Extra curriculum fertur. Plato. Vide etiam sup.

E grande, e grosso. αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει. i. Ipse ætatem habet. Io. in Euang. c. 9.

E in vn Laberinto; in un lecceto. Ha il ceruello a partito. E intrigato. ἐν τριόδῳ εἶ. i. In triuio est. Parœmiogra.

E ue-

E meglio che'l pane. πραότερος περιστερᾶς. i. Columbâ mitior. Diogeni.
E' me' rauuederſi vna volta, che non mai.

πάλιν δραμεῖν μᾶλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς. i.

Satius eſt recurrere, quàm currere malè. Lucia. Iuxta illud Periandri; ἁμαρτὼν μεταβάλλου. i. Cum erraueris, muta conſilium.

Entrare in vn Paradiſo. τὸ Διὸς τὸν οἶκον παρέρχεται. i. In Iouis ædeis venire. Lucia.

E' più freddo d'una Tramontana. ἰαλέμου ψυχρότερος. i. Ialemo frigidior. Parœmiogra. Pro quo Martial. Vel Thermas refrigeret Neronianas. In oratorem frigidum.

E vſcita delle forme adeſſo. E nuoua di trinca; di zecca. γλυφάνου ὄζει. i. Cælaturam olet. Theocr. in 1. Edyll. ἀπ' ἀκροφυσίων. i. A follibus. q.s. nunc a follibus, ærariáque fornace producta ſit.

F

Fa, a mo' d'un pazzo.

πείθου λέγοντι, κοὐχ ἁμαρτήσῃ ποτέ. i.

Meis pareto dictis, & non erraueris. Sopho. in Electrâ.

ſi Fa di buono. Si fa di quattrini. οὐ φυλλίας ὁ ἀγών. i. Non certatur de oleaſtro. Diogenia. Nec diſſimile; *Non è una fronda di porro.*

Fa per Santa Maria in caſa. ἀσπένδιος κιθαριστής. i. Aſpêdius cithariſta. Intus canit. De utriſque meminit Cice. Actio. 3. in Verrem, Dicuntur de eo, qui omnia ad ſuam utililatem confert. De Græco uide Athen. lib. 9. ca. 16.

Far di una bolla acquaiuola un canchero. ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος. i. Ex modico dolore morbum fieri magnum. Solon in Eleg.

Farebbbe a rubar co' topi. σίμωνος ἁρπακτικώτερος. i. Simone rapacior. Suidas. νεοκλείδου κλεπτίστερος. i. Neoclide furacior. Ariſtoph. τῆς γαλῆς ἁρπακτικώτερος. i Fele repacior. Luci. ὑδραργύρου κλεπτότερος. Hydrargyro furacior. ὑδράργυρος eſt argentum uiuum. Notat Ioan. Tzez.

il Fatica lupinaio. ἑορτὴ πολλὰς ἔχουσα. i. Feſtũ multas habens, puta moleſtias, uel occupationes. In Plutar. Collectaneis. ἡράκλειοι πόνοι. i Herculei labores. Parœmiogra. Græca noſtro optimè reſpondent εἰρωνικῶς ſumpta.

Fatti un po' di cappezzal per la vecchiaia. ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας αἰεὶ κατατίθου. i. In senectãm viaticum condito. In Græc. Collect. Vide lib. 8.

E' gran ſauiezza, &c.

Fece il conto ſenza l'oſte. βουλαῖς οὐκ ἐπέγεντο τέλος. i. Conſilijs non reſpondit finis. Theognis.

Fiume furioſo riſchiara preſto. οἱ ὀργίλοι ταχέως μὲν ὀργίζονται, παύονται δὲ ταχέως. i. Iracundi citò quidem iraſcuntur, at citò deſinunt. Ariſtot. in Eth. Nicom. lib. 4. Idem ualet; *Acqua che corre non porta ueleno.*

la Fortuna è vaga di be tiri. ἡ τύχη φιλονεικός ἐστι. i. Fortuna contentionis ſtudioſa eſt. Aeſopus, referente Maximo Planude in eius uitâ. Huc pertinent Ouidij verſus Triſt. lib. 3. Eleg. 7.

Nempe dat & quodcunque libet fortuna, rapítque:
Irus & eſt ſubitò, qui modò Croeſus erat.

Et Iuuenalis Satyrâ. 7.

Si fortuna uolet, fies de rhetore conſul:
Si uolet hæc eadem, fies de conſule rhetor.

G

Gola d'acquaio. ἄπλυστος πίθος. i. Dolium inexplebile. Parœmiogr. ἀσκὸς, καὶ θύλακος. i. Vter, & thylachus. Athenæ. lib. 11.

Gran romore, e poche lance rotte. ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγος καρπός. i. E multis paleis parum fructus. Parœmiog.

Guardare a stracciasacco. Vel; *Guardare a squarciasacco*, ut Dixit Brunettus. *Fare il viso dell arme.* γοργὸν βλέπειν. i. Acribus oculis intueri; Gorgonum. s. more. Luci. ex fabulâ Persei, & Gorgus. βλέπειν ταυρηδόν. i. Tauricum tueri. Aristoph. in Ranis. Toruis oculis aspicere.

H

Ha buona volontà, ma triste gambe. L'animo è pronto, ma'l potere è zoppo. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχει. i. Cor habet calidum in rebus frigidis. Vel breuiùs, ac venustiùs: Animus calidus in re frigidâ. Sopho. in princ. Antigo.

Hai caro di chiacchierare. λόγοισι χαίρεις. i. Verba funditare gaudes. Eurip. In Phœniss. Dicimus etiam in eodem proposito. *Tu uuoi la baia, il giābo.*

I

ha Imparato a sue spese. μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. i. Post mala prudentior. Apostol.

Le 'ngiurie scottano a ognuno. οὐ μόνοι Ἀτρεῖδαι φιλέουσιν ἀλόχους. i. Non soli Atridæ uxores amant. Ex Hom. Iliad. I. Citatur ab Vlpiano ex Sexto Cælio in l. Si vxor ff. ad Leg. Iuli. de Adult.

ὕβριν μὲν οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες. i.
Vel Dijs, ipsis displicet iniuria. In Græc. Collect.

Insegnando s'impara. τὸ φρέαρ ἀντλούμενον βέλτιον γίνεται. i. Puteus, si hauriatur, melior euadit. Basili.

L

La uirtù chiusa, ed oppressa
Ne altrui gioua, ne a se stessa.

τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. i. Occultæ musices nulla utilitas. Dictum Neronis, ut refert Tranquillus in eius uitâ. Huc pertinere uidêtur; τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς, ὥσπερ τοῦ κατορωρυγμένου χρυσίου ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται. i. Ignotæ uirtutis ueluti defossi auri splendor non apparet. Plutar.

Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata uirtus. Hora. lib. 4. Ode 9.
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Persius.
Vile latens uirtus. Claūd. de 4. Hono. Consula.

Paria sunt non esse, & non apparere. Vlpianus in l. Ait Prætor §. 1. ff. de Re iudic.

Vi si Legan le vigne con le salsicce. ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύεται. i. Citra arationem, citráque sementem omnia proueniunt. Lucia. in Rhetorum Didascalo. *Vna Cuccagna.*

Reddit ibi Cererem tellus inarata quot annis;
Et imputata floret usque vinea. Ex Horat.

le Leggi son fatte pe' tristi.
ὁ μηδὲν ἀδικῶν, οὐδενὸς δεῖται νόμου. i.
Qui nihil iniustè facit, non indiget ullâ lege. Antipha.

le Lingue non si posson tenere. οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος φάρμακον. i. Non inest remedium aduersus sycophantæ morsum. Ex Aristoph. Pluto.

M

la Maggiore spizzeca del mondo. πατροκλέους φειδωλότερος. i. Patroclo sordidior. Aristoph. Eude.

Mandalo alle forche. βάλλ' εἰς ὕδωρ. Mitte in aquam. i. Aufer è medio. Et, *Va alle forche.* βάλλ' εἰς ὄλεθρον. i. Abi in perniciem. βάλλ' ἐς κόρακας. i. Abi ad coruos. Abi in malam rem; in exitium. βάλλ' εἰς μακαρίαν. i. Aufer te in Macariam. Aristoph. in Equiti. Est autem Macaria locus apud Inferos, vt fingunt. Vide Parœmiogra.

Me ne stò, come il Prete della poca offerta. οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν. i. Nec currimus, nec remigamus. Aristophanus in Concionatri.

si Morrebbe in vna madia di pane. Si morrebbe di fame nell' Altopascio, vel, in vna madia di schiacciate. δίψη δ' ἐξώλλυτο, ὕδωρ ὑπερεῖχε γενείου. i. Siti enecabatur, cum aqua ad mentum pertingeret. Ex Athenæ. lib. 10. in fin. Et Plutarchus in Sympos. Deca. 4. Probl. 1. tanquam vulgò iactatū citat.

> ἐν δὲ λίθοισι ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι. i.
> Pugna erat in saxis, neque saxum tollere quibant.

N

Non dai in nulla. οὐδὲν ποιεῖς. i. Nihil agis. Suidas.

Non è mal suono. Questo suono non mi dispiace. οὐκ ἄχθομαι τῷ πράγματι. i. Hac re non doleo. Dionysius post sententiam latam de Aeschylo a Plutone in hospitium inuitatus. Aristoph. in Ranis.

Non fa a proposito. οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. i. Nihil ad Dionysum. Aristæ. lib. 1.

Non ha ceruel, quant' vn' oca. διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχει ἐλάττονα. i. Minus habet mentis, quàm Dithyramborum poëtæ. Interpres Aristoph. in Auibus.

Non ha pan da mangiare, e fa lo sbracia. μίθαικος ὤν, ἀγαμέμνονα ὑποκρίνεται. i. Cum sit Mithæcus, Agamemnonem simulat. Themist. in Oratio.

Non ha tanto cencio addosso, ch'e' vi si legasse vn danaio. πατάλου γυμνότερος. i. Clauo nudior. Aristæn. Epist. 18. lib. 2.

Non ha tempo a mettersi mano a bocca. οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὰ ὦτα σχολὴν ἄγει. i. Ne ad aureis quidem scalpendas ocium est. Parœmiogr.

Non lo vuole al giuoco de' noccioli. μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν οἴεται δεῖν βαδίζειν. i. Ne viâ quidem eâdem sibi putat ingrediendum. Plutar. περὶ φιλαδελφίας.

Non mi va. Non m'entra. οὐκ ἁνδάνει θυμῷ. i. Animo non placet. Home.

Non può star nella pelle. E' brilla. Il cul non gli tocca la camicia. γέγηθε μᾶλλον, ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς. i. Magis gaudet eo, qui senectā exuit. Aristoph. in Pace.

Non s'è mai sentito al dì de' nati. ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη. i. A sæculo non est auditum. D. Ioan. Euang. cap. 9.

Non t'impacciar con Lappole.

> Δόλιον μὲν ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον. i.
> Dolosum virum fuge, quandiu vixeris. Menan.

Non t'vgnere. Non toccar con le mani vnte. ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ. i. Quæ nō posuisti, ne tollas. Plato de Legibus, lib. 11.

O

O bere, o affogare. ἀναγκαῖον κακόν. i. Necessarium malum. Parœmiogr.

Ogni legno ha 'l suo tarlo. οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i.

> Fœlix per omnia nullus est mortalium. Menan.

Ognun tira l'acqua a suo mulino. πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ. i. Pro se quisque laborat. Sopho. in Aiace Flagelli. Eiusdem sententiæ sunt. *Ogni grillo grilla a se. Ogni gallo ruspa a se.*

l'Opera loda il maestro.

γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις. i.

Pictor tabellis comprobatur editis. Grego. Vide sup. p. 219.

Or'è tempo di vendẽmiare. νῦν ὀσπρίων ἄμητος. i. Nunc leguminũ messis. Suid.

Oro di ventiquattro carati. χρυσὸς ὁ κολοφώνιος. i. Aurũ Colophoniũ. Zenod.

P

Pagar la gabella col frodo. καὶ τὸν τόκον, καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίνειν. i. Sortem, & vsuram persoluere. De illis, qui seriùs quidem, sed grauiùs pœnas luunt. Dion in libello περὶ τῆς ἀπιστίας.

mi Paion le lamentazioni. Mi par' essere alla settimana Santa. ἰαλέμου ᾠδή. i. Ialemi cantilena. Parœmiog. De cantu mœsto, ac miserabili.

Par ch'e' vadia a nozze. ᾄδει, ὥσπερ εἰς δῆλον πλέων. i. Canit tanquam in Delum nauigans. Parœmiogr.

Pare vn' Arpia. φθόνης προφῆτις. i. Tabis propheta. Plato Comi. de quodam Cinesiâ.

Parlare a piacenza. ψυχαγωγίας ἕνεκα λογοποιεῖν. i. Ad gratiã loqui. D. Basil.

le Parole non empiono'l corpo. οὐ λόγων ἀγορὰ δεῖται ἑλλάδος, ἀλλ' ἔργων. i. Nõ verbis indiget Græciæ forum, sed factis. Et vulgò; Non verbis, sed facto opus est. Parœmiog. Nec longiùs illud. Spem precio non emo. Teren. In eodem, vel admodum simili proposito efferri solet;

Caual, deh non morire,
Che erba de' venire.

Cui mihi optimè congruere videtur, quod notant Parœmiographi; μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην. i. Expecta bos aliquando herbam.

Per maledetta forza. Per maledetta rabbia. διομήδειος ἀνάγκη. i. Diomedea necessitas. Plato de Rep. lib. 6.

tu se Più crudo di Nerone. σοὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο. s. Est tibi cor lapide duriùs. Homer. Odyss. ψ. Vbi Eustath. τοῦτο δὴ τὸ παροιμιῶδες ἐπὶ τῶν σκληροκαρδίων. Et ex Theocrito notat Cognat. πᾶς λίθος. i. Totus saxeus.

ci Possiam pigliar per mano. κἀγώ τε, καὶ σὺ τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. i. Ego, & tu trahimus idem iugum. Aristæn. lib. 2. Epist. 7. ἐπὶ τῶν ὅμοια παθόντων. i. De illis, qui similia patiuntur. Extat etiam apud Eustath. in Odyss. ξ.

il Poestà nuouo caccia'l vecchio. παλαιὸν ἔρωτα μαραίνει νέος ἔρως. i. Veterem amorem nouus amor adimit. Achil. Tati. lib. 5. Priorem flammam nouus ignis extrudit.

Omnis amor successore nouo vincitur.

i Principi odono, e veggono ogni cosa. ὦτα, καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί. i. Multæ regum aures, atque oculi. Lucian. non semel.

Q

Quando'l toro è per terra, ognun grida, Ammazza, ammazza. νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί. i. Mortuo leoni vel lepores insultãt. Parœmiog.

Quant'è dal dì alla notte. ὅσον οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης. i. Quantùm distat cœlum a terra. Idem.

R

Render pietra per pane. ἀντὶ πέρκης σκορπίον. i. Pro percâ scorpium. Quando aliquis

aliquis pro summo beneficio summum maleficium remetitur. Vsurpat Fräciscus Vicomercatus in 1. Physi. vbi agitur de materiâ, & priuatione.

Ricordare i morti a tauola. ἐν καιρῷ φαιδρότητος ἀναξαίνειν τὴν ἀνδίαν. i. Lætitiæ tempore præteritorum molestiam renouare. Grego. A quo non multùm distant ea. Lachrymas sopitas excitare. Paræmiogr. Obductam cicatricem refricare. Vulneribus manus afferre. Cice. Pro quibus nos, *Stuzzicar la piaga.* De quo sup.

S

ne Sà, quanto se ne può sapere. πρὸς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς ἀφίκετο. i. Ad summum virtutis peruenit. Luci.

Sguazzare a spese d'altri. Viuere alle spese del Crocefisso. αὐλητοῦ βίον ζῆν. i. Tibicinis vitam viuere. Parœmiogra. Ex Diogeniano, & Suidâ.

il Soccorso di Pisa. Il soccorso di Messina. μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. i. Post bellum auxilium. Suidas. μετὰ τὸν πόλεμον τὰς μηχανάς. i. Post bellum machinas. Brutus in Episto. ad Lycios. Huc pertinent illa. *Egli arreca l'acqua or, che la casa è arsa. Porta la medicina hor ch'egli è morto.*

Sopra di te. εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλήν. i. In tuum ipsius caput. Plato. Et interdum pleniori sententiâ. *Sopra di te, e de' tuoi figliuoli.* Quod Virgili.

-- Dij capiti ipsius, generiq; reseruent. Et Home. Ilia. Δ.

σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσι.

Sorte più, che virtù fa l'huom felice.

τύχης τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλίας. i. ut uulgò uertunt.

Vitam regit fortuna, non sapientia. In Collecta.

Stamm'allegro. θῦε ταῖς χάρισι. i. Gratijs lita. Plato. Deme supercilio nubem. Hora.

Star sodo al macchione. Non temer grattaticci. ἐν πείσῃ τὴν καρδίαν τηρεῖν. i. Retinere cor in encorali fune. i. in suâ constantiâ, ac firmitudine. Synesius in Encomio caluitij. Est autem πείσμα idem quod πεῖσμα, siue γυρυμνήσιον. i. rudens, funis nauticus. Citat, & uertit Cognatus.

mi Stà sempre attaccato a cintola. ὥσπερ σκιὰ ἕπεται. i. Velut vmbra sequitur. Parœmiogr.

T

ne Tengo quel conto, ch'io fo delle mie scarpe vecchie. Dictum vulgi, con quo satis congruit, quod est apud Suidam; μέλει μοι τῶν τοιούτων οὐδὲν ἧττον, τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων. i. Minus de istis laboro, quàm de ranis palustribus.

fa Tien più conto de' tristi, che de' buoni. κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. i. Corui luscinijs honoratiores. Parœmiogra.

ha Trouato la sua ventura. ὄνος εἰς ἄχυρα. i. Asinus in paleas. Parœmiogra.

Tutti siam macchiati d'una pece. ἔμφυτος πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη. i. Ingenita est malitia cunctis hominibus. Euripi. in Bellerophon. apud Stobæ.

Tutti torniamo alla gran madre antica.

πάντων λιμὴν τῶν μερόπων ὁ θάνατός ἐστιν. i.

Mors est omnium mortalium portus. Sotad.

Omnes eodem cogimur. Horat.

V

Val più vn colpo, di maestro, che dieci di manouale.

ἐλίγοι μὲν ἐσθλοὶ κέρτονες πολλῶν κακῶν. i.

Pauci

Pauci ſtrenui multis ignauis præſtant.

ella Va vn po' meglio. ἄμεινον, ἢ χθὲς πράττομεν. s. Melius nobis eſt, quàm heri. Ariſtoph.

Vna memoria profonda. ὑπὲρ τὸν σιμωνίδην μνημονικός. i. Supra Simonidem memor. Ex Philoſtr.

Vn da ſe non può far nulla. εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. i. Vnus vir, nullus uir. Zenodotus.

Vn val per cento. ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστὶν ἀνήρ. i. Pro multis populis unus eſt vir. Agamem. apud Home. de Achill. 20.

Voglio inſino a un puntal di ſtringa. σῦκα μέριζε. i. Diuide ficus. Vtitur Martia. lib. 5. in Calliodorum, & Iuriſprudentes in l. 13. π. Si certum peta. & l. 26. & 27. π. de Lega. 1.

è Vſcito una volta di cenci. ἔφυγε κακόν, εὗρε ἄμεινον. i. Effugit malum inuenit bonum. Parœmiogra. Huic germanum illud Brunetti in Epitaphio; *Egli ha tratto il cul del fango.*

ti Vuol mal di morte. σὲ μισεῖ μῖσος ἐξαίσιον. i. Te hoſtili odio inſectatur. Ariſtæn. lib. 1. Epiſt. 22.

FLO-

FLORIS ITALICAE LINGVAE LIBER SEPTIMVS.

Parœmiæ Etruſcæ per Latinas explicatæ.

1 SI exempli gratiâ improbus iudex ab altero litigantium, vt aduerſario contrariam, ſibi uerò gratioſam ſententiam ferat, pecuniam accepit; Nos cenſentes, ipſum pro tali ſcelere pœnas eſſe daturum, dicimus. *Egli ha preſo il veleno.* Calidum prandium comedit. Plautus. Cui non omnino diſſimile. *Egli ha mangiato il cacio nella trappola.*

Pigliare il Veleno.

2 Quod dixit Quintilianus; Tollat te, qui non nouit, in prouerbium ceſſit, quo ſignificatur, alicuius dolos iam cognitos haberi, nullúmque ab eo temerè decipi poſſe. Huc ſpectat noſtrum illud; *Chi non ti conoſceſſe, caro ti comperrebbe.* Quod apertiùs: *Chi ti pigliaſſe per lepre, aurebbe tre quarti di golpe.* De quo etiam ſup.

Chi non ti conoſceſſe, &c.

3 Ita ſignificamus, nos pro aliquo nihil non daturos, aut facturos; *Io mi ſparerei per lui.* Omnia præter animam traderem. Tullius pro Roſcio Amerino.

Sparerſi per vno.

4 Videntes aliquem contra alterum irâ incenſum, quòd ab ipſo ſibi uidea tur immeritò affectus iniuriâ, ita eum hortari ſolemus, ne tale facinus perſequatur. *Chi ha più ceruello, più n'adoperi.* Inſipienter factum, ſapienter ferendum eſt. Plautus in Trucu.

Chi ha più ceruello, &c.

5 A notiſſimâ Fabij Maximi hiſtoriâ originem traxit adagium illud, in Romanorum laudem concelebratum. Romanus ſedendo uincit. A cuius ſententiâ nihil, aut parùm, ſi rectè conijcere poſſum, differt illud noſtrum. *L'huom ſauio piglia la lepre col carro.* Meminit Varro primo de re Ruſticâ cap. 2. Et Cice. in Cato. Maio.

Pigliar la lepre col carro, &c.

6 Bibliopola e. g. duo habens, ut ipſi dicunt, Corpora Ariſtotelis operum

seorsum interrogatus, quanti vnum, & quanti alterum, si tantidem utraque faciat, dicere solet. *Tanto mi uoglio bene all'uno, quanto all'altro*. Eiusdem sententiæ est illud ex Varronis Satyrâ. Idem Accij, quod Titij. Nonius Marcellus in uoce Rabere. Agellius lib. 3. cap. 16.

> *Tanto mi voglio bene, &c.*

7 Siquis de aliquo multa bona dixerit; deinde uerò in eum indignatus: eidem obtrectet: & è contrario, dicimus. *Egli ha mutato mantello*. *Egli ha uoltato carta*. Calculum reduxit. Citatur à Nonio ex Ciceronis Hortensio. Palinodiam canit. Vulgatissima est Horatij Palinodia, in qua prouerbium hoc adumbratur in uoce Recantare. Vertere uela. Hora.

> *Mutar mantello.*

8 Quando significare uolumus, nullum esse his terris hominem, qui omnibus horis sapiat, atque omnino ab erroribus immunis sit, dicere solemus. *Erra il Prete all'Altare. Inciampa vn cauallo, che ha quattro gambe. Ognun piglia de' granchi.* In quam sententiam uidetur à doctioribus usurpari. Quandoque bonus dormitat Homerus. Ex Horat.

> *Erra il Prete all'Altare.*

9 Conquerens, occasionem, quæ iam adesse uidebatur, sibi præreptam fuisse, dicere solet. *M'è stato schiacciato l'uouo in bocca.* Bolus ereptus è faucibus. Teren. in Heautonimo.

> *Schiacciar l'uouo in bocca.*

10 Quod in eum iactari solet, qui u. g. in alienis negocijs imperiosior apparet; *E' fa'l principe al buio*; illi respondere uidetur. Aedilitatem gerit sine populi suffragio. Plautus in Sticho.

> *Fa il principe al buio.*

11 Si fortè in rebus manifestissimis aliquis mihi aduersaretur, omnia stulte negando, tunc dicere possem ex notissimâ antiqui Mythologistæ fabellâ; *Mi vuol fare il Grasso legnaiuolo*. Nec aureis habeo, nec tango. D. Hieronym. in Præfatione de Matre, & filiâ reconcili. Eodem pertinet. *Mi uuol far Cornamusa.*

> *Fare il grasso legnaiuolo.*

12 Illi nostro; *Chi pecora si fa, il lupo se la mangia*; quo utimur, alterum admonentes, si leuiores a quibusdam insolentibus iniurias perferat, atrociores sibi illatum iri; hoc Plauti respondere uidetur. Post folia cadunt arbores. Illud Publij procul dubio ipsi apertè congruit.

> *Chi pecora si fa, &c.*

Nimia simplicitas facilè dolis opprimitur. Cui affine.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. Eiusdem Syri.

13 Quando gens improba ab improbis gubernatur rectoribus, tunc quadrat hæc parœmia. *Qual guaina, tal coltello.* Similes habet labra latucas. Dignum patellâ operculum. D. Hierony. scribens ad Chromatium. A quo non longiùs distant. *A carne d'orso zanne di lupo. A carne di lupo dente di cane*. Glossa in l. Quod in hæredem, §. Eligere ff. de Tribut. Qualis veruex, talis offa. Eodem pertinent illa vulgo tritissima. *Qual gamba, tal calza. Qual carne, tal coltello. Qual piede, tale scarpa. Qual buca, tal caniccbio.*

> *A carne d'orso, &c.*

Qual ceruello,
Tal cappello.

Et

Et Brunettus in Epitaphio. *Tal culo, tal brache.*

14 Si quis de infortunijs suis conqueratur cum illis, qui nullam opem laturi sint, immo verisimiliter sint gauisuri, de eo dicimus. *Dice le sue ragioni a' Birri.* Apud nouercam queritur. Plaut. in Pseudo. *Dir le sue ragioni a birri.*

15 Infortunia, quæ quis præuiderit, minus vexare tali pacto significamus. *Piaga antiueduta assai men duole.* Iacula, quæ præuidentur, minus feriunt. Grego. Pontifex in Homi. Euang. D. Lucæ cap. 21. pro quo Dant. *Che saetta preuisa uien piu lenta.* Parad. can. 17. Huc pertinet. *Piaga antiueduta, etc.*

Prospice, qui ueniunt, hos casus esse ferendos:
Nam leuiùs lædit, quicquid præuideris ante.

Idem apertè significat illud Heliodori. συμφορᾶς τὸ προεγνωσμένον οἰστότερον. i. Calamitates præuisæ æquiore animo perferuntur. Quicquid expectatum est, leuiùs accidit. Sene. epist. 79.

Grauius nocet quodcumque inexpertum accidit. Publius Syrus.

16 Qui eodem sermone modò læta, modò tristia nunciat, *Cene da una fredda, e vna calda.* Dulce, & amarum nobis vnà miscet. Plau. in Pseud. Greci γλυκύπικρον. Vulgò breuiùs, ac venustiùs. Dulce & amarum. *Darne una fredda, &c.*

17 Dicenti alicui, se ab eo pecuniam extorquere velle, quem sciamus ne obolum quidem habere, respondere solemus; *Vuoi cauar della rapa sangue.* Aquam è pumice postulas. Plaut. in Persæ princi. Hircum mulgere uis. Ex eo notissimo; Hircos mulgens, sanguinem elicit. De quo alibi. Nec longiùs abest; ὄνου πόκας ζητεῖς. i. Asini lanas quæris. Quod breuiùs; Ab asino lanam. Aristopha. *Cauar della rapa sangue.*

18 *Medico piatoso fa la piaga puzzolente.* Hac parœmiâ significamus, non semper decere, nec cum omnibus, familiaritate, clementiáque uti; sed interdum, & cum aliquibus necessariam esse seueritatem. Familiaris dominus fatuum nutrit seruum. Manutius in Appendice. Quam ferè ad verbum ita proferri audiui. *Medico piatoso, &c.*

Il padrone imprudente
Fa'l seruo negligente.

Ad idem propositum dicitur a plebeijs mulieribus.

La madre piatosa
Fa la figliuola tignosa.

19 In aliquem, qui longiùs a proposito digressus sit; *E' saltato di palo in frascha: di Bacchiglione in Arno.* Et aliqui. *Egli è saltato di ramo in pertica.* De calcariâ in Carbonariam. Tertullianus. De carne Christi. Quòd autem; *Saltar di Bacchiglione in Arno*; in hoc proposito usurpetur, testeis habeo, Vsum, *Saltar di palo in frasca.*

Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi. Varchium in Herculano (qui tamen ipsum profert, *Saltar d' Arno in Bacchillone*; atque ita fortasse meliùs), & Borghinium in suo Tractat. de Ecclesiâ, & Episcop. Florentinis. Hoc dixi, ne quis, eius originem refe-

rens ad locum Dantis notissi. Inf. Cant. 15. iuxta talis loci sententiam sensum ipsius inuerteret.

Il morto è 'n su la bara.

20 Significare volentes, rem aliquam tam esse manifestam, vt nullius egeat probationis, dicimus. *Il morto è 'n su la bara.* Res appâret. Res ipsa indicat. Terent. Res ipsa testis est. Plaut. in Aulula.

Pigliar due colôbi, &c.

21 Ille, qui ex unico labore duplicem mercedem accipit, dicitur; *Pigliar due colombi a una faua. Pigliar due tordi a una pania. Dare a due tauole in un colpo. Con una figliuola farsi due generi.* Et simpliciter; *Con un dono farsi due amici.* Quod Romani ex Plauto. In saltu vno capere duos apros. Locus est in Casinâ.

Fare un uiaggio e &c.

22 Quotiescunque vnico beneficio, vel eâdem operâ a duobus initur gratia, quadrant ista. *Io ho fatto un viaggio, e duo seruigi; Ho scaldato due ferri a un fuoco; Ho battuto due chiodi a un caldo.* Duos parietes de eâdem fideliâ dealbaui. M. Curius apud Cice. Epist. Famili. lib. 7. Quam parœmiam usurpatâ fuisse a Pausaniâ, notat Yuo Villiomarus; δύο τοίχους ἀλείφειν. Parœmiographus quoque de hac meminerat ex Suidâ. Est autem fidelia, ut habetur ex Nonio, Samium uas ad vsus plurimos.
Nota insuper, *Far uiaggio*, a Græcis originem traxisse: inquiunt enim στρατείαν ποιεῖν. Galli.

Essere una coppia, &c.

23 Si duos uideamus iisdem uitijs laborantes, & improbitate, ut ouum ouo simileis, dicere solemus. *E' sono una coppia, e vn paio. Il meglio ricolga il peggio.* Eodem in ludo docti. Ex Terent. loco. in Hecy.

Mette al punto.

24 De eo, qui inter aliquos dissidium excitare, uel excitatum fouere conatur; *E' mette al punto. Egli aissa i cani all'erta.* Quod etiam αἰνιγματωδῶς. *Egli ha buono a Giulè.* Classicum canit. Parœmiogra. Frigidam aquam suffundit. Plau. in Castel.

Fa a lascia poderi. Bciò il chiauistello.

25 Quando significare uolumus, aliquem in alterius domo ita se gessisse, ut amplius ob suam insolentiam recipiendus non sit, dicimus. *Egli ha fatto a lascia poderi.* Tesseram confregit. Ex Plaut. Cistell. Quod verò dici solet. *E' baciò il chiauistello*, idem ualet nobis, ac Latinis, si ad locum transferatur. Supremum uale dixit. Ex Virgiliano notissimo.

E' non si può auere, &c.

26 Adagium illud, quod extat in Apul. Florid. 4. Vbi uber, ibi tuber: quêadmodum duplicem habet sententiam, ita dupliciter a nobis uerti potest. *Non si può auere il mel senza le mosche. Non si può cor la rosa senza pugnersi.* In quo proposito amantes cum Paronomasia: *Amore non è senza amaro.* His significamus nihil tam prosperè, uel facilè homini succedere, quin aliquid difficultatis, uel laboris admistum habeat. Quod Græci; οὐδὲν ἄνευ πόνου. i. Nihil sine labore. Eodem pertinet. *Chi ha polli, ha pipite.* Altera sententia est. *Dou'è roba, quiui è superbia.* i. Diuitiarum comes est superbia. Cui affinia. *Ou'è gran fuoco, iui è gran fummo.*

Abbondanza Vbi

Vicina è d'arroganza. Vnde Terentius.

Vbi paulum accessit pecuniæ, sublati animi sunt.

Qui locus alibi perpenditur. Res secundæ insolentiam pariunt. Sallust. de Bello Iugur. εὐδαιμονί' εἴωθεν ὑπερηφανίας ποιεῖν. Fœlicitas solet excitare superbiam. Quod etiam Phocilides optimè.

ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει. i.

Superbum reddunt multæ diuitiæ, & contumeliam incitant.

27 Illud quoque uulgatum ex Lucilio, & Plauto: Ad incitas redactus est: dupliciter a parœmiographis exponitur. Aut.n. significat; extremâ laborat inopiâ. *Egli è condotto, doue il buon pan si uende. E ridotto al lastrico.* Quod αἰνιγματωδῶς ualet illud Hesiodi; λεπτῇ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζει. i. Macilentâ manu crassum pedem premit. Et breuiùs, uenustiúsque; Macilentâ manu crassum pedem. Aut significat; adeo claris coargutus est argumentis, ut iam nihil habeat, quod respondere possit. In publicis Italiæ gymnasijs dici solet. *Egli è confitto. E' nel sacco.* Quod Latinè sic etiam potest efferri. In laqueum inductus est. Ex Quintiliano. In casseis incidit. Ex Ouidio.

E' condotto doue il buō pan si uēde

28 De homine, qui seriis pariter, ac iocis se accommodare nouit, dicere solemus. *Egli è da bosco, e da riuiera. Ha cimiere a ogni elmetto. Ha unguento per ogni piaga. E' a tutta botta. Ha sacco da ogni formento.* Omnium horarum homo. Parœmiogr. Homo commodus. Horatius ex Ennio, ut apud Agellium lib. 12. cap. 4. Suarum uerò horarum homo appellatur a Latinis, quem nos; *Huomo de suoi comodi. Tutto per se.*

E' da bosco e da riuiera.

29 Qui eisdem commodis, atque incommodis obnoxij sunt, dicuntur a nobis; *Esser nelle medesime peste.* Esse in eâdem naui. Cice. quò pertinet illud Aristæne. lib. 1. Epist. 17. in fi. κοινὴ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος. i. Communi naui commune discrimen. Ab hoc non longè distat illud è Plauti Casinâ. Eodem poculo bibere. Nos. *Correr la medesima fortuna.*

E' nelle medesime peste.

30 Si e.c. in foro plures sint circuli, in quorum uno de aliquo uerba fiant, hoc ei alter significans, inquit. *E' si legge sul suo libro.* Tuum fertum nunc in igni est. Seneca in libello ludicro de morte Claudij.

Leggersi sul libro d'uno.

31 Quando rixantur duo, moribus, atque improbitate pares, quadrant illæ parœmiæ. *Ella va tra Baiante, e Ferrante; Fra barcaruolo, e marinaro; Fra corsale, e corsale.* Cum Bacchio Bithus; vel, Bithus contra Bacchium. Ex Horatio. Græci dicebant. ὁ κρὴς τὸν κρῆτα. i. Cretensis Cretensem. κρὴς πρὸς αἰγινήτην. Cretensis cū Aegînetâ. συνῆλθον ἀπαβάττε, καὶ νεμήνιος. Conuenerunt Attabas, & Numenius. Vide Parœmiogr.

Va fra Baiante, e Ferrante.

32 Videntes e. g. quempiam eum decipere velle, quem facilè, credamus, decipi non posse, immo alios ab ipso decipi solere censeamus, dicere consueuimus. *E' va a rubare a casa'l ladro.* In Cilicas piraticam exercet.

Andar a rubare, etc.

33 Maximam celeritatem hoc pacto significamus. *Piu presto, che dir mesci.*

Piu presto, che dir mesci.

Non

Non longè diuersè Plautus in Trinummo. Citiùs, quàm formicæ papauer. Augustus, vt refert Suetonius. Citiùs, quàm asparagi coquuntur. θᾶττον νοήματος. i. Citiùs cogitato; ut vertunt. Aristæne. lib. 1. Epist. 5. θᾶττον λόγου. i. Dicto citius. Gregorius Presby. Virgil. 1. Aeneid. Horatius Eclo. 2. lib. 2. Saty.

Le mosche si posano addosso, &c.

34 Homines miseros, atque infœliceis in rebus aduersis semper primas obtinere, hac parœmiâ significamus. *Le mosche si posano addosso a caua' magri*. A cuius sententiâ parùm distare existimo tritissimum illud. Canis pauperem peregrinum semper infestat.

E' alla porta co' sassi.

35 Pro eo, quod a Romanis dicebatur: Res est in cardine: cum significare volebant (referente Seruio in 1. Aeneid.) aliquod negocium iam esse in articulo, nec diutiùs procrastinari posse; dicimus nos, *Noi siemo alla porta co' sassi*.

Si piglia la rosa, e si lascia la spina.

36 Sunt nonnulli, qui e. g. sibi religioni vertunt profanos auctores interdum lectitare: putant enim grauiori damno vtilitatem admistam esse; quibus ita consulere possumus. *Si piglia la rosa, e si lascia la spina*. Aurũ ex stercore colligendum. Notat Gilber. Cognat. Et, quando significare volumus, alicuius virtutes esse imitandas, vitia verò detestanda, dicere solemus; *E' s'ha a pigliar la rosa, e non la spina*. Quod dictum optimè cógruit illi Iurecons. generaliter prolato: Mala exempla non sunt sequenda. Probant l. 1. in princ. π. ad Macedonia.

Troppo buon vino a sì cattiua botte.

37 Celeberrimum est dictum illud, quod a Florentinis acceptum refertur Magnifico Cosmo Mediceo, verè dignum sapientiâ tanti viri; *Troppo buon vino a' sì cattiua botte*: quo simul cuiusdam morum improbitatem perstrinxit, ac loquentis, seu disceptantis doctrinam agnouit. In hanc sententiam profert Parœmiographus. Anulus aureus in nare suilla. Ex Sapientis prouerbijs cap. 11. Extat alterum huius generis prædicto non longè diuersum.

Matto per natura,
Sauio per iscrittura.

Apophthegma.

Dicitur etiam; *Vna gemma legata in piombo*. Quò pertinet vulgatissimũ Cynici apophthegma. ἰδὼν εὐπρεπῆ νεανίσκον ἀπρεπῶς λαλοῦντα, οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολυβδίνην ἕλκων μάχαιραν; i. Videns decorum adolescentem indecorè loquentem; Non erubescis, ait, ex eburneâ vaginâ plumbeum educens gladium? Laërti. in eius vitâ.

Tiene il piè in due staffe.

38 Quod apud Terentium dictum fuit a quopiam simpliciter; Duplici spe vti; prouerbialiter effertur a nobis; *Tenere il piè in due staffe*. Idémq; valet παροιμιῶδες. Duabus ancoris niti. Parœmiog. ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν. i. Duabus nisum in portu sedere; intelligitur ancoris. Extat apud Aristid. in Panathena.

39 Aenigmati simile est illud Plautinum in Aululariâ de seruo furace; Homo es trium literarum. Cui in eâdem, vel simili obscuritate versantia

tia

tia hæc nostra ex amussim respondent. *E' mette cinque, e lieua sei. Rassetta ogni cosa. Ha male mani. Dou'e' puo arriuar con le mani, non vi bisogna vncino. E' bestemmia con le mani. Va con le mani innanzi per non cadere.* Vnde Dant. Purg. cant. 19.

Se voi venite dal giacer sicuri,
E volete trouar la via piu tosto,
Le vostre destre sien sempre di furi.

Egli ha le mani a vncini. E nato di Gennaio. Ha mangiato peducci. Giuoca di mano. Vnde hoc;

Il giucar di mani
Dispiace insino a' cani.

Vbi *giucar di mani* accipitur pro percutere, plagisque afficere. Sed tamen permanet elegantia in ambiguitate. De fure nocturno obscurè etiam dicimus. *E ua 'l dì alla Mirandola, e la notte a Carpi.* Vbi uenustas consistit in dictionibus *Mirandola*, & *Carpi*: quæ non solùm significant loca quædam in Italiâ notissima, sed etiam ob oculos ponunt, *Mirare*, & *Carpire*, quæ nobis denotant; aspicere, seu obseruare, & rapere, seu furari. De his autem allusionibus abundè libro Nono.

40 Hæc omnia in eodem proposito usurpantur, quando scilicet quispiam aliquò ea defert, quorum illic maxima copia est; ut siquis quempiam docere uelit, quorum sit maximè peritus. *Portar l'acqua al mare. Portar le legne al bosco; mosche in Puglia; uasi a Samo; nottole a Atene; coccodrilli a Egitto.* Et quæ Florentinorum propria sunt; *Portar porri*, vel, *poponi a Legnaia*; *frasconi a Valembrosa; acqua ad Arno*; cum similibus. In mare deferre aquam. Paræmiogra. In syluam ligna ferre. Horatius. Sydera cœlo, vel, Arboribus folia addere. Ouidius. εἰς αἴγυπτον ἄγειν σῖτον. i. In Aegyptũ deferre fruges. εἰς κιλικίαν ἄγειν κρόκον. i. In Ciliciam deferre crocum. Vtraque citantur a Suidâ. γλαῦκας εἰς ἀθήνας. i. Vlulas Athenas. Inter alios utitur Cicero ad Torquatum; & nos supra monuimus. *Portar l'acqua al mare.*

41 Ἀντὶ τῆς Pili non facio. Assis; Nauci; Teruncij; Flocci non facio. Quatuor obolis non æstimo. Et huiusmodi, quæ apud Romanos scriptores præcipuè Comicos passim reperiuntur; nos quoque dicimus. *Io non lo stimo vn pelo; vn pistacchio; un baiocco; un fico; un bagattino; un soldo; una chiarabaldana; un zero cancellato; un puntal di stringa.* *Non lo stimo un pelo.*

42 Ex prædictis orta deinde sunt hæc, quæ de re uili, nullóque quamuis minimo precio digna dicuntur. *Non glene darei un pistacchio. Non glene darei vn bagattino; Vn fil di paglia; vn fico marcio*; & cæ. passim uulgò iactata. Vitiosâ nuce non emerim. Cassâ nuce non emerim. Plautus. Et Aristophanes. οὐ πριαίμην οὐδ' ἰσχάδος μιᾶς. i. Non emerim nec unicâ quidem nuce. *Io non glene darei un pistacchio.*

43 Audiui sæpius, qui literas norunt, significare uolenteis, nihil prodesse ætatem ad effugiendam uel immaturam mortem, hoc ex Horatio citare.

Mista senum, ac iuuenum densantur funera; nullum
Sæua caput Proserpina fugit.

Idio-

Muor così delle pecore giouani, &c.

Idiotas uerò παροιμιακῶς. *Muor così delle pecore giouani, come delle vecchie.*

Dio non paga il Sabato.

44 Aliquem ad bonam frugem adhortantes, inculcando, nullum unquam sceleratum impunè abijsse, sed, seriùs, ocyus, meritas dedisse pœnas, dicere solemus; *Dio non paga il Sabato.* Romani in hanc, uel simillimam sententiam; Dij laneos pedes habent. De quo, ipsiúsque origine Macrobius cumulatè in 1. Saturna. cap. 6. Deus non est uelox ad pœnam. Chrys. in Homi. 5. de Pœnitent. Dicimus etiam; *La spada del ciel non taglia in fretta.* Ex eo Dantis;

La spada di quassù non taglia in fretta. Paradi. Cant. 22.

Cunctabundus naturâ Deus. μέλλει τὸ θεῖον, ἐστὶ δ' ἐν τοιοῦτον φύσει. i. Cunctatio almo numini usque propria. Extat apud Plutarc. ut notat Melchior Neipius in nouâ Adagi. Appendice.

Il mal si de' portare in palma di mano.

45 A sententiâ illâ; Stultorum incurata pudor malus ulcera celat; qua tacitè admonemur, ulcera, uel animi morbos non esse celandos; parùm distat, quod dicimus. *Il mal si de' portare in palma di mano.*

Mandare a parlar' a Caronte.

46 Dedit eum manibus, dixit Ti. Liuius adagialiter pro eo, quod est, eum peremit, ipsum interfecit. Nostra lingua præsertim in ore plebis quàm maximè huiusmodi flosculis abundat. Vulgò in hoc sensu iactatur. *E'l ha mandato a parlare a Caronte; a veder ballar l'orso; a Patrasso; a guardar l'oche al Prete.*

Non ha bisogno della balia.

47 Quod nos inculcamus illis, qui v. g. eò intelligentiæ peruenerunt, ut præceptore non amplius indigeant, sed per se studijs operam nauare possint; *Non hai più bisogno della balia*; illi respondere uidetur; Nare potes sine cortice. Ex Hora.

Gatta ci coua.

48 Quando timemus, ne nobis occultæ insidiæ instructæ sint, seu clanculum aliqua impostura præparetur, dicere consueuimus; *Gatta ci coua. Trama c'è.* Plebecula uerò; *C'è sotto catta.* Et ἁπλῶς. *C'è sotto magagna.* Equus Troianus; nempe, intus est. Cicero.

Impiccarsi i ladrucci, &c.

49 Si forte humili loco natus, quíque suis operis quotidie sibi uictum quæritet, pro minimo delicto dedisse pœnas grauissimas; vir autem nobilis, ac locuples pro maximâ culpâ impunè abijsse uideatur, tunc uulgò susurrari audias. *S'impiccano i ladrucci, e non i ladroni.* Pro quo Galli Cisalpini; *Gli stracci uann' all aria.*

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas. Iuuena.

E' come dare un pugno, &c.

50 De re, in qua tentandâ magnum insit periculum, nec ullâ ratione uideatur posse succedere, *Sarebbe come dare un pugno in cielo.* Lupo agnum eripere postulas. Plaut. Faciliùs clauam Herculi extorqueas. Ex noto Virg. apophthegmate contra Zoilum quemdam. In hanc sententiam, uel similem Persius.

Sambucam citiùs caloni aptaueris alto.

Idem

51 Idem valet Terentianum illud; Hinc illæ lacrymæ; ab Horatio in Epistolis παροιμιῶδες vsurpatum; atque hæc nostra prouerbia. *Cossi mi casiò l'ago; Quest'è'l mal, ch'io mi sentiua. Quest'è la chiaue del mellonaio.*

Cossi mi casiò l'ago.

52 Siquis adeò dissolutis fuerit moribus, vt ex opulentissimâ conditione ad extremam redactus sit mendicitatem, de eo dicere solemus. *Egli ha fatto del resto. Ha fatto di tutti. Ha fatto affatto.* Et pueri Florentini quasi αἰνιγματῶδες. *Egli ha soffiato nel benduccio.* Proteruiam fecit. Catonis dictum in Albidium quemdam discinctum nepotem. Macrobi. Hecate sacrificauit. Parœmiogra. in Adagio; Lari sacrificant.

Far del resto.

53 De eo, qui, commutato vitæ instituto, ad meliora studia conuersus est; *Egli è tornato a Maria; a segno; a bomba; Egli ha preso il sale.* Ad bonam frugem redijt. Cice.

Tornare a Maria.

54 Hæc sententia; *L'allegrezze de' tristi duran poco;* Quæ per hanc quoque parœmiam effertur; *Sempre non ride la moglie del ladro;* Publiano mimo examussim respondere videtur.

Citò improborum læta in perniciem cadunt. Quod alij. Malorum fœlicitas non est diuturna. Flagitiorum turpis exitus. Parœmiogra. ex Home.

Sempre nõ ride la moglie del ladro.

55 Quod Parœmiographus ex Homero inquit; In discrimine appâret, qui uir; non longè ab hoc nostro distare uidetur; *Alla pruoua si scortica l'asino.* Nec indignum, quod hìc apponatur distichum,

Chi asino è, e ceruio esser si crede,
Al saltar della fossa se n'auuede. i.
Qui piger est asinus, velóxque per ampla videri
Prata cupit ceruus, saliens se denique nouit.

Alla pruoua si scortica l'asino.

56 † Quò etiam spectat illud Græcorum; αὐτὸ δείξει. i. Ipsa res indicabit; quod nos; *Alla biacca cen'auuedremo.* Cum enim, vt inquit Ouidius, exitus acta probet, atque ex euentu optimè cognoscantur, quæ præcesserint, id tali dicto significamus. Cui, si non erro, æquipollet hoc apud Diomedem Grammaticum; Cocta numerabimus exta. Prædictis idem. *La sperienza chiarisce.* Nec longiùs abest parœmia. *L'oro, e'l argento si conoscono al paragone.* Dantes etiam iuxta vulgatum dictum; Experientia est rerum magistra; ita cecinit Para. Cant. 2.

Da questa instanzia puo diliberarti
Esperienza, se giammai la pruoui,
Ch'esser suol fonte a' riui di vostre arti.

Alla biacca ce n'auuedremo.

57 *Il troppo, e'l poco*
Guasta'l giuoco. Item.
Il troppo guasta,
E'l poco non basta.

Et simpliciter; *Tanto è'l troppo, quant'è'l poco. Ogni estremo è uizioso.*

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citráque nequit consistere rectum.

ἔπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον. i. Consentaneus est in unaquâque re modus. Pinda. Olymp. Ode 13. Romani de bibendi normâ: Est modus matulæ; Varro in Saty. Et Aristoteles in quarto Ethicor. Nicomach. de veritate agens; καὶ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονικόν. i. Et plus satis, & minus satis ad arrogantiam pertinent. Si uis, adde pro corollario dictum non admodum superioribus dissimile, quod in artificum officinis persæpe iterari audias.

Chi troppo mangia, la pancia gli duole;
E chi non mangia, lauorar non puole.

58 Prædictis simile; uel potius prædictorum regula est:

Tra la briglia, & lo sprone, etc.

Tra la briglia, e lo sprone
Consiste la ragione.

Virtus est medium uitiorum vtrinque reductum. Horat.

Nostrum fortasse originem duxit ab Apophthegmate illo Aristotelis notissimo de Ephoro, & Theopompo; quorum alter stimuli, alter verò freni indigebat. Ipsi certè admodum congruit.

59 Adde superioribus etiam hæc.

Il souerchio rõpe il coperchio.

Il souerchio
Rompe il coperchio.

Et simpliciter; *Ogni troppo si uersa;*

Omne superuacuum pleno de pectore manat. Horat.

μηδὲν ἄγαν. Pittacus. Nequid nimis. Terent.

Nec omnino distat; *Chi uuol piu, che pieno il corpo, scoppia:* quando aliquis iusto, & æquo non acquiescit.

60 Hoc adagio significamus, non meritum, sed tempus inspiciendum in re quapiam tradendâ.

Chi prima giugne, etc.

Chi prima giugne,
Prima pugne.

Tertullianus in hanc sententiam. Quasi locum in balneis. Dicimus etiam; *Chi prima arriua, prima macina.* Quod parœmiographus ad uerbum. Qui primus uenerit, primus molet. Extat quoq; de hoc uulgatum Iurecoss. axioma. Qui prior est tempore, potior est iure. Probat Imperator in Tit. Cod. Qui potio. in pigno. habean. multis legibus, ut l. Si fundum. l. Si generaliter, &c. Probatur etiam per c. 54. de Reg. iu. in 6.

61 Fratrum concordia quouis muro tutior.

Vulgò sententiam hanc acceptam referunt Antistheni Philosopho: a qua non longiùs abesse uidetur hæc nostra, certè illi admodũ similis est.

Tre fratelli, tre castelli.

Tre fratelli,
Tre castelli.

L'abito nõ fa'l monaco.

62 *L'Abito non fa'l Monaco.* Valet propriè, non ex humili ornatu, sed ex purâ mentis syncetitate diiudicandam esse hominis integritatem. Interdum verò longiùs transfertur, ut generaliter significet, nõ omnem, qui alicuius facultatis insignia gestat, habendum esse peritum professorem.

fessorem. In quam sententiam uidetur dixisse Varro de Re rusti. lib. 2. c. 1. Non omnes, qui habent citharam, sunt citharædi. Et Plutarchus: οὔτι φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι ποιοῦσιν. i. Barba non facit Philosophum. Nec longiùs abest illud Chrysosto. Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes. i. Multi in nomine, & pauci in opere. Notat Godofre. Si nostri sensum rectè animaduertas, statues, nisi fallor, ab ipso non multùm distare hoc D. Bernardi. Sub quauis ueste bene colitur pietas. In Episto.

63 Eamdem sententiam habere uidetur apud nos; *Chi non uuol mandi, e chi uuol, vadia da se*; vel breuiùs; *Chi vuol vadia*; atque apud Latinos, quod ex Catone de Re rustica rusticis tristissimum erat; Frons occipitio prior. Notat Plin. lib. 8. c. 5. Dicimus etiam; *Chi ua lecca, &c.*

Non è più bel messo,
Che se stesso. Nec absimile: [illegible]
Chi va, lecca,
E, chi sta, si secca.

Huc pertinet Æsopi apologus de Cassitâ. Vide Agellium in Nocti. Atti. lib. 2. cap. 29.

64 Qui fortunas suas uniuersas periclitantur, fortísque arbitrio committunt, dicuntur a nobis; *Metter si a rischio, o ventura*. Omnem iacere aleam. Parœmiog. A quo non longè distat illud Quintiliani. Vela uentis permittere. Græci in hanc sententiam. κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς. i. Mouere talum a sacrâ lineâ. Pollux. lib. 9. *Metter si a rischio, o uẽtura.*

65 Cui nihil est in censu, sed quotidianis operis, ac laboribus sibi necessaria parat, dicere solet. *Io compero insino il Sole*. Vel Solem argento emo. Ex eo, quod inquit Clearæta apud Plautum in Asinariâ; *Comperare in fino il Sole.*

Diem, aquam, solem, lunam, noctem hæc argento non emo.

66 Mulieres nostræ probare uolentes, non diu duraturas esse illas fortunas, quæ usuris, & huiusmodi facinoribus acquisitæ sunt, hac utuntur cantilenâ;

Cio, che uien di ruffa in raffa,
Se ne ua di buffa in baffa.

Malè parta, malè dilabuntur. Citat Festus ex Næuio in uoce Partus. Alij non Næuio, sed Ennio tribuunt. Vsurpauit quoque Cicero in secundâ Philippicâ. Et Plautinus Syncerastes in Pœnulo; Malè partum, malè disperit. De quo argumento extat Alciati Emblema. *Cio che uiẽ di ruffa in raffa, &c.*

Miluus edax, nimiæ quem nausea torserat escæ,
Hei mihi, mater, ait; uiscera ab ore fluunt.
Illa autem; quid fles? cur hæc tua uiscera credas,
Qui rapto uiuens, sola aliena vomis?

Dicimus etiam in hoc proposito: *Diauol reca, e Diauol porta*. Itémque, *La scimia ne caua l'acqua*. Ex fabellâ notissimâ, quæ extat apud antiquũ mythologistâ. Eodem pertinet Sophoclis sententia τὰ δόλῳ τε μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται. i. Dolo malo parta non seruantur. In Oedyp. Colon.

Spesso sotto rozza fronde, &c. 67 *Spesso sotto rozza fronde*
Suaue frutto si nasconde.
Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Cæcilius. Refert M. Tullius Tuscula. lib. 3. Pescettius huic confert;
Spesso sott'abito vile,
S'asconde un cuor gentile. i.
Sub ueste uili sæpe nobilis animus.

E' scritto pe' boccali. 68 De re, quæ apud omneis peruulgata sit, inquit vulgus; *E' scritta pe' boccali*. Et nostræ mulieres: *Lo sanno i pesciolini*. Quod Latini ex Horatij loco notissimo; Notum lippis, atque tonsoribus. Vnde illud,
Chi uuole udir nouelle.
Al barbier si dicon belle. Vide sup. pag. 3. in fi.

69 Quod apud Latinos frequentissimum erat ex historiâ celeberrimâ; Ne ultra crepidam sutor; eo consulenteis, nequis iudicare aggrederetur de illis, quæ ab ipsius arte, ac professione aliena essent; quod apertè dictum refertur ab Anacharse: De arte non iudicat, nisi artifex; optimè uidetur congruere his nostris:
Chi è dell'arte, &c. *Chi è dell'arte,*
Puo ragionar dell'arte. Et;
Niun riprenda,
Che non imenda.
Apophthegma. Huc pertinet, quod Stratonicus Minacco fabro, secum de musicâ disceptanti, dixit; Non animaduertis, te supra malleum loqui?

Ladroncel di stringhetta, &c. 70 *Ladroncel di stringhetta*
Al fin uiene alla borsetta.
Taurum tollet, qui uitulum substulerit. Parœmiographus in eius explicatione ita inquit. Commodè torqueri potest, si quando significabimus maiora peccaturū adultum, qui puer uitijs minoribus assueuerit. Vnde ego censeo, deduci etiam posse ad denotandum; Qui puer nummum substulerit, adultus aureis non parcet: quod valet nostrum. Idem auctor inibi eius originem affert ex Petronij Arbitri Fragmentis. Sed, omni obscœnitate remotâ, probabiliorē ipsi, ac certiorem ex Phauorino apud Stob. Ser. 29. tribuit Robertus Titius in suis locis Controuersis li. 2. c. 1.

Zezzo, becco. 71 Quod pueri nostri cursu certantes, clamant: *Zezzo, becco*; hac voce se ad cursum adhortantes, & quasi malè precantes ei, qui fuerit vltimus, non caret exemplo. Nam pueri quoque Romanorum sic vociferabantur: Extremum occupet scabies. Notant interpretes ad locum Horatij notissimum. Sunt & alia quamplurima huius farinæ dicta præcipuè in ore plebi. Quoniam verò instituti nostri non est omnia passim colligere, sed aliqua ex notioribus proferre exempli caussâ, iccirco hîc plura non congeram. Illud, quia nostri eloquij maximè proprium est, quamquam sit ex infimâ vulgi fæce, præterire nolo;
Chi non sa la Lungiana,
E figliuol di puttana.

Vbi

Vbi notari debent & ſententia,& verba. Valet igitur: Qui Lunæ diem feſtum non agit,eóq; die non feriatur,meretricis eſt filius. Ex cuius ſententiâ conijci poteſt,dictitari ſolitum ab humillimæ conditionis artificibus, qui ſuis opellis in diem ſibi victum quæritant. Vnde etiam vulgò talis iteratur cantilena;

Il Venerdì de' Beccai;
Il Sabato de gl' Ebrei;
La Domenica de' Christiani;
Il Lunedì de' Battilani.

Quoad verba, animaduerte, τὸ Lunæ diē appictū eſſe in voce *Lunigiana*: Quæ alioqui ſignificat regionem, non longè diſtantem ab vrbe Genuâ; vbi erat quondam Lunæ ciuitas illuſtriſſima, de qua meminit Martial. diſticho illo Epigramm. lib. 13.

Caſeus, Etruſcæ ſignatus imagine Lunæ,
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

Huius nomen finitima regio adhuc conſeruare videtur. Sed de his in Nono libro opportuniùs plura.

72 *L'orſo ſempre ſogna pere*. Qui amant, ſibi ſomnia fingunt'. Ex Virgil. *L'orſo ſempre ſogna pere.*

Amans, quod ſuſpicatur vigilans, ſomniat. Publius.

Noſtro ſimillimum illud Theocriti. πᾶσα κύων ἄρτως μαντέυεται. i. Omnis canis panem ſomniat. Citatur a Parœmiog. Sperant omnes, quæ cupiunt nimis. Cognatus.

73 *Vno ſconcio mi ha fatto vn' acconcio.* Perieram niſi perijſſem. Huc pertinet illud Aloyſij Pulcij. *Vno ſcōcio mi ha fatto vn accōcio.*

Speſſo di vn gran mal naſce vn gran bene. Vnde in Menand. frag.

--- μηδεὶς πρὸς θεῶν
πράττων κακῶς λίαν ἀθυμείτω ποτέ.
ἴσως γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόφασις γίνεται. i.
--- nullus diuinâ ſorte
Infortunatus, nimis vnquam triſtetur:
Hæc enim fortaſſe futuri boni eſt occaſio.

74 *Ogni Prete puo menare il Cherico*. i. Vnuſquiſque ſuam ſecum vmbram ducere poteſt. Quos enim nos in hoc propoſito Clericos appellamus, Horatius in Epiſto. ad Torquatum vocauit vmbras: *Ogni Prete puo menare il Cherico.*

--- locus eſt & pluribus vmbris:

a Græcis mutuatus, qui σκιὰς ipſos dicebant, vt teſtatur Parœmiogr.

75 *Doue va la naue, puo ire il brigantino*, vel, vt Venetijs, *Doue va la barca, puo ire il batello*. i. Pereunte naui, diſpereat ſimul ſcapha. Nempe, vt dicerent Iureconſulti; Si perit principale, pereant etiam acceſſoria. Huic ſimile; *La rouina non vuol miſeria.* *Doue va la naue, &c.*

76 Quando quis a ludo diſcedit, pecunijs amiſſis. *Egli era venuto per lana, e ſe n'è ito toſo.* i. *Venne per lana, e andoſſene toſo.*

Lanam petierat, ipſéq; tonſus abijt.

Le bugie hanno le gambe corte.

77 *Le bugie hanno le gambe corte.* i. Mendacia breueis habent tibias. Hac parœmiâ significamus, mendacibus non multa credi; &, si quid interdũ credatur, citò ipsorum fallacias patefieri.

78 In eos, qui ante despicatissimi, & imbecilli, nemini nocere poterant, opes, aut magistratum assecuti, quemlibet insectantur, nulliúsq; misereri volunt, prouerbij vice iactatur Claudiani uersus,

Asperius nihil est humili cum surgit in altum.

Notat Cogna. addítque, nõ dissimilis sententiæ esse uetustissimum illud;

Cum surgunt miseri, nolunt miseri misereri.

Itali in simili proposito;

Quando lo sterco monta in scanno, &c.

Quando lo sterco monta in scanno,
O' puzza, o' fa danno.

Piccola pioggia, &c.

79 *Piccola pioggia fa cessar gran vento.* i. Parua pluuia magnum sedat uentum. Notat Godofredus. Et nos sup. p. 247. Vtimur itaque significantes e. g. patris asperas minas paucis filij lacrymis superari, sedaríque. Iuxta illud Teren. in Andr. Pro peccato magno paululũ supplicij satis est patri.

Non guarda nessuno in viso.

80 *Non guarda nessuno in viso.* Neminem in os, uultúmq; respicit. Ita significant Itali seuerum aliquem, aut nimis durum hominem. Hæc Gilber. Cognat. ex Victo. qui ita inquit Var. lect. lib. 24. cap. 8. Cum uulgò aliquem seuerum esse, aut nimis durum significare uolumus, Neminem in os, uultúmq; respicere ipsum dicimus.

Farebbe a dormir co' Tassi.

81 In maxime somniculosum; *E' farebbe a dormir co' Tassi. Dormirebbe, quanto i sacconi.* Glire somnolentior. Notat Gilber. Cognat.

Vscir de' termini.

82 *Vscir de' termini.* Cum uidemus aliquem, iracundiâ elatum, quippiam non satis prudenter, & extra rem loqui, dicimus uulgò, ipsum exire è terminis. Quò pertinet illud Aristoph. in Batrachis, φέρεσθ' ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν. i. Extra oleas ferri. Notat Victo. Var. lect. lib. 31. cap. 10. Atque originem prouerbij deducit ex more ordinũ olearum in tuendis finibus. Vide ibi.

Qual asino da in parete, &c.

83 Si quis, quempiam lacessens, ab ipso læsus sit, uulgò ex Boccacio in eũ iactari solet; *Qual' asino da in parete, tal riceue.* Qui malum dat, malum accipit. Iuxta Beticorum dictum; Dedi malũ, & accepi; de quo Ammianus lib. 23. Et nos alibi.

Al nimico il põte d'oro.

84 Quod inquiunt Etrusci; *Al nimico il ponte d'oro*; optimè congruit illis, de quibus agit Vegetius lib. 3. percurrens dictum hoc eiusdem sententiæ, ac nostra parœmia; Via hostibus munienda, qua fugiant.

85 Transcripsi ex Parœmiographi Adagio; De alieno ludis corio. Circumfertur apud nostratium uulgus non absimile huic prouerbium, Ex alieno tergore lata secari lora. Quo quidem significant, unumquemque minus esse parcum in alieno, quàm in suo. Hactenus ille. Vulgus Italorũ;

Della pelle d'altri, &c.

Della pelle d'altri si fanno le coregge piu larghe.

Floren-

86 Florentini significare volentes, quod Iurecoss. intendunt per Regulã illam; Qui potest unum de contrarijs, potest etiam alterum; quæ probatur l. Qui damnare. π. de Re iudica. dicere solent; *Chi fa'l carro, lo può disfare.*

Chi fa'l carro, &c.

87 Audientes aliquem in oratione suâ frequenter uagari, longéque a proposito distantem, nugatorias res immiscere, dicere solemus. *E' mena il can per l'aia*. Erro est. Vlpia. in l. Quis sit. §. erronem π. de Aedili. edict. Talem etiam interdum appellant Iurecoss. Emansorem. Notat Alciat.

Menare il can per l'aia.

88 Apud eosdem cessit etiam in prouerbium versus ille Ouid.

A cane non magno sæpe tenetur aper. 2. de Rem. Amo.

Cui non est omnino absimile hoc nostrum. *Anche un pagliaio è grande, e se lo mangia un asinino*. Quo refertur versiculus

Picciola pietra gran carro riuersa.

Anche un pagliaio è grãde, &c.

89 Extat, referente Alciato, in Alberici Iurisconsi. Dictionario in uerbo Punctus hic versus, insulsus quidem, si uera sunt dicenda, non omnino tamen hoc in loco explodendus, cum iandiu in prouerbium cesserit, & ex eo hauriri possit sensus vulgatissimi nostri dicti.

Ob solum punctum caruit Robertus asello.

Nos. *Per vn punto Martin perdè la cappa*. Brunettus in Epitaphio;

Martin la cappa perdè per un punto.

Per vn punto Martino, &c.

90 Nihil timendos esse censores criminum ab illo, qui nullius culpæ sibi conscius sit, hoc adagio significat vulgus. *Piscia chiaro, e fa le fiche al medico.* uel apertiùs. *Piscia chiaro, e fatti beffe del medico*. Cuius sententia per illud Iurisconsi. dogma non obscurè, ut opinor, repræsentatur. A culpâ innoxius nulli est obnoxius. *Far le fiche* (ne hoc etiam prætereã) est contumeliosè irridere, & in contemptum, medium unguem, ut dicunt, uel medium ostendere digitum qui infamis uulgò existimatur. A Græcis dicitur καταδακτυλίζειν, & ἐνυβρίζειν, si Florenti Christiano credimus. Fit autem huiusmodi sanna, seu irrisio tali pacto. Interposito pollice inter medium, & indicem, manúque contractâ protenditur brachium contra illum, quem quis irridere uelit. Dantes Inf. cant. 25.

Al fine de le sue parole il ladro
Le mani alzò con ambedue le fiche,
Gridando: Togli Dio, ch'a te le squadro.

Nostræ mulieres libentiùs inquiunt; *Fare una castagna*, & antiquiores ex Brunetto; *Far castrafi:a*. Vnde cum fit huiusmodi irrisio, quandoque dicitur. *To' castrami questa*. In oppidis Casentini non, *Far le fiche*, sed *Far le lastrucce*, vulgò inquiunt.

Piscia chiaro, &c.

91 Precatus sum lectores nõ vno in loco, vt, siquid interdum affero, quod nimiùm uulgi fæcem redoleat, uolentes ignoscant; eorúmque auribus non semel honorem dixi, uerba parum honesta nominare coactus: quod & in præsentiâ factum uolo: hoc enim ex infima plebe uenustatum penitus ignarâ, non mediocriter tamen argutâ, depromptum est. Vtitur autem,

autem, quoties ea, quæ diuersa existimantur, eadem esse vult significare, inquiens. *Ella non è merda, ma'l can la cacò*. Tanti offa, quanti panis intinctus. Iason in l. Quæ extrinsecus π. de Verbo. Obligat. Nonnulli ad verbum; *Tanto zuppa, come pan molle*. A cuius sententiâ non longè uidentur abesse illa; ἀντὶ τυφλοῦ ἐξωμμάτωται. i. Pro cæco exoculatus est. Aristopha. & ἥλιος ἀπόλλων, ὁδ' ἐγ' ἀπόλλων ἥλιος. i. Sol est Apollo, & ipse Apollo Sol. Heracli. Pontic. Prædictis simile. *Tutt'è fava*.

Non è merda, &c.

92 Cum furiosus nullum negocium per se gerere possit, quippe qui non intelligat, quod agit §. Furiosus in Institut. de Inutili. Stipula. Nullámque dicatur habere uoluntatem l. 41. π. de Reg. Iuris; ipsa quoque Actiua, ut inquiunt Iurecoss. testamenti factio illi interdicta est. Hinc nos quasi αἰνιγματῶδες significare uolentes, aliquem non esse apud se, dicimus; *Costui non può far testamento*. l. Non tamen §. præterea π. Quibus non est permissum face. testa. Idem ualet illud Iuuena. Archigenis indiget.

Nō può far testamēto.

93 *Quel, che non è mio, sia di mogliama*, Hoc adagium ex Iurecoss. placitis originem traxisse uidetur: ipsi enim statuunt, quæ uxori relicta sunt, consequenti quadam ratione uirum quoque uti posse. Percipitur expressè ex §. Item is, qui. Institu. de Vsu, & habita. ubi in fine. Et conuenienter, si ad mulierem vsus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat. Vsurpatur autem, quoties significare volumus, siquid non relictum, uel datū sit nobis, nostrúmue non sit, sufficere, ut vel patri, uel alij, quo cum communi iure uiuamus, traditum, aut legatum sit, uel eorum quauis aliâ ratione sit in potestate.

Quel, che non è mio, &c.

94 Sic admonemus, fugiendas esse liteis, ac perniciosorum hominum disceptationes uel cum aliquo nostro detrimento; *Da del tuo al Diauolo, e mandal uia*. A quo non multùm distare censeo illa D. Augustini. Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Vetus Pœnorum adagium. Et alibi. Nummum quærit pestilentia; duos illi da, & ducat sese.

Da del tuo al Diauolo, &c.

95 Quod est apud Teren. Isthæc in me cudetur faba; idem ualet, atque hæc nostra. *La piena uerrà tutta addosso a me. Il mal raccattato sarò io. Tutta la rouina cadrà sopra di me. Il tristo sarò io. Tutta la broda si rouescerà addosso a me. Quest'acqua pioueră tutta sopr'alle mie spalle.*

Versar la broda, &c.

96 *Chi uuol dir de gli altri, sia netto di specchio.* Qui in alium paratus est dicere, omni culpâ carere debet. Cice. in Catil. Huc spectat Distichum Verini;

Aspiciat lucem, qui uult damnare tenebras:
Qui carpit mores, labe carere decet.

Chi uuol dir de gli altri, &c.

97 *Chi esce di commession, paga del suo.*
Mandatum excedens, in culpâ esse dicitur.

Prouerbium hoc optimè congruere uidetur sententiæ paragraphi, ut uocant, Institutionum Iustiniani Titu. Manda. Eius uerba sunt hæc. Is, qui exequitur mandatum, non debet excedere fineis mandati. Cætera uide ibi, & in l. Diligenter igitur. π. Eodem.

Chi esce di commessione, &c.

In

98 In stultũ, stolidúmq; hęc uulgo iactantur. *Babbuasso. Bue. Buaccio. Bufolo. Capo duro. Capo grosso. Capone. Intronato. Pecora. Pecorone*, & huiusmodi. In simili proposito ita Romani. Nicobulus apud Plaut. in Bacchi. *Babbuasso, &c.*

Quicunque ubique sunt, qui fuere, quique sunt posthac,
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omneis longè anteeo stultitiâ, & moribus indoctis.

Et Menedemus Terentianus in ἑαυτοντιμωρουμ.

— in me quiduis omnium horum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Meus stupor, dixit Catullus in Epigramm. ad Coloniam; Talis iste meus stupor nil uidet, nil audit. βοιωτικὸς νοῦς Græci; i. Bœoticũ ingenium. Vnde Hora. Bœotum in crasso iurares aëre natum. De quo nos alibi.

99 *Chi ha caual bianco, e bella moglie,*
Non istà mai senza doglie. *Chi ha caual bianco, &c.*

De equo albo sic Virgil. Georgicorum tertio; — color deterrimus albis. De uxore pulcrâ Chrysost. ad Populum Antiochenum Homi. 67. Vxor pulcra res est suspicionis plena. Nec longiùs distant a nostro proposito illa è Plauti Pœnulo.

Negoti sibi qui uolet uim parare,
Nauem, & mulierem, hæc duo comparato.

100 Quod nos dicimus, significantes, nullibi euitari posse mortem, ipsáque adueniente, vel in medio Tibure Sardiniam esse, ut dixit Martialis, *Per tutto si muore*, illi æquipollere videtur ab Ammiano lib. 16. παροιμιῶδες dicto: Romæ quoque homines moriuntur. Idem etiam similiter versiculo illo; *Morte ha teso la rete a tutti i varchi.* *Morte ha teso la rete, &c.*

101 De societatibus, & quomodo ineantur, extant in π. & Insti. Tituli notissimi. Vnde etiam elicitur, quomodo societates soluantur, ut in Institu. de Societ. §. Manet autem, & deinceps. Hoc verò nostrum adagiũ; *Morta la vacca, disfatta la soccita*. i. *Morta la vacca disfatta, &c.*

Vbi vacca periit, dirempta omnis societas; Quo significamus e.g. si filium beneuolentiâ prosequar patris caussa, mortuo patre, beneuolentiam illam extinctum iri; hoc, inquam, adagium traxisse originem uidetur ex doctrina, §. Soluitur adhuc. Institu. de Societate, vbi talia verba leguntur. Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negocio impositus est; finitur societas. In eandem ferè sententiam uidetur protulisse Damascenus in Sermone de Defunctis parœmiam illam; τῆς πανηγύρεως διαλυθείσης, οὐκ ἔστι πραγματείας ἐμπόρευμα. i. Nundinis dissolutis, non est negociationis commercium.

102 Quando aliquis incertus est, an incœptum aggrediatur, multas afferenti dubitationes inculcari solet; *Per la uia si acconcian le some*. Et Brunettus; *Per uia s'acconcia soma*. i. In itinere aptantur sarcinæ. *Per la uia si acconciã le some.*

103 Auris tinnit. Hodie per iocum aiunt, sibi dextram tinnuisse aurem, significantes, alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Gil-

ber. Cogna. Nostrum quoque uulgus dicere consueuit; *E' mi fischian gli orecchi*; significans, de se alicubi sermonē fieri. Et quandoq; dubitans, an cum laude, vel cum uituperio, addere solet; *Chi dice mal di me, Dio mal gli dia*. Huius generis sunt illa antiquorū; Scapulæ dissiliunt; Salit super ciliū; quorum frequens mentio apud Lati. Comi. pręcipuæ apud Plautū.

Fischiar gli orecchi.

104 Iuxta eā Hora. sniam; Cœlū, nō animū mutant, qui trās mare currūt. Pro qua, nos; *Col mutar paese, non si muta ceruello*. Et,

Est Vlubris, animus si te non deficit æquus. Vulgò inquiunt;
Sia buona Maria,
Che sempre è buona la uia. i,
Sit bona Maria; nam semper bona est uia.

Sia buona Maria, etc.

105 *Spesso le ciance*
Riescono a lance. i.
Persæpe iocus in serium conuertitur.

Spesso le ciance, etc.

Ad imitationem illius ex Plauti Pœnulo — si quid per iocum
Dixi, nolito in serium conuertere. Hinc non longè abest Distichum illud Gradationis (κλίμαξ a Græcis dicitur.)
Turpia verba furor: verbis ex turpibus exit
Rixa: ex hac oritur vulnus: de uulnere lethum.

106 *Tra carne, e ugna*
Non sia huom, che ui pugna.
Carnem inter, & unguem pungere nullus audeat.

Tra carne, e ugna, &c.

Hac parœmiâ admonemur, ne quis se interponat, cognatis, uel affinibus mutuò rixantibus, uel litigantibus; quia, si forte videatur alteri fauere, atque alterum vel minimâ afficere iniuriâ, id utrisque molestum fuerit, ac fortasse in eum omnis altercantium ira conuertetur. Hinc Bernius.
Imparando, che pazzo è quel, che pugne,
E che metter si uuol tra carni, e ugne. In Orlando.

107 Qui significare volunt, inter humanas miserias primum locum famem obtinere, sic inquiunt;
Ogni dolore è dolore;
Ma quel della tauola è'l maggiore. i.
Miseria quæuis angit, omnium sed maximè fames.
Ille miserrimus est, qui, cum esse cupit, quod edit, non habet.

Ogni dolore è dolore, &c.

Ergasilus Parasitus in Plauti Captei. Pro quo nostrum uulgus simpliciter; *La peggior cosa, che sia, è auer fame, e non auer che.*
λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ. i.
Fames maximus dolor est hominibus. Menan.
Huc pertinet, quæ inquit Vlyss. in Odyss. H. non longè a fine; ἐ γάρ τι συγερῇ &c. locus est notissimus.

108 *Pallidezza del nocchiero*
Di fortuna segno vero. i.
Pallor naucleri index mali certissimus.

Pallidezza del, etc.

Isti

Isti mihi optimè congruere uidetur, quod inquit Aristoteles in 3. Ethic. Nicomac. ubi agit de modis Fortitudinis non ueræ: δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα, ἀνδρεία τις εἶναι. ὅθεν καὶ ὁ σωκράτης ᾠήθη ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀνδρείαν. τοιοῦτοι δὲ ἄλλοι μὲν ἐν ἄλλοις: ἐν τοῖς πολεμικοῖς δ', οἱ στρατιῶται. δοκεῖ γὰρ εἶναι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, ἃ μάλιστα συνεωράκασιν οὗτοι. φαίνονται δὴ ἀνδρεῖοι, ὅτι οὐκ ἴσασιν οἱ ἄλλοι, οἷά ἐστιν. i. Videtur etiam & ipsa singularum rerum peritia fortitudo esse: ex quo Socrates fortitudinem scientiam esse putauit. Tales autem alij quidem in alijs sunt: in rebus verò bellicis milites: sunt enim in bello multa uana; quæ quidem maximè illis sunt nota; atque ideo fortes videntur, quia, qualia sint illa, alij nesciunt.

109 *Bene è frutta acerba, e dura*
Quella, che 'l tempo non matura.
Durum utique, & acerbum pomum, cuideniq; non sit maturitas. Quo adagio significamus, uix quempiam esse tam fero, diróque animo, qui temporis longinquitate non molliatur. Illud Leosthe. Coluandri non admodum dissimile; Nihil est tam durum, quod non emolliat assiduitas. *Ben è frutta acerba, &c.*

110 *Ama l'amico tuo*
Con il difetto suo.
Amicus cum vitijs ferendus. Conuenit cum eo vulgatissimo. Mores amici noueris, non oderis: non enim, inquit Chrysostomus, fratres tantùm sumus, sed & membra, & corpus unum. Ex Epito. Adagi. Ioan. Vlpij. *Ama l'amico tuo, &c.*

111 *Raglio d'asino non entrò mai in cielo.* Eamdem habet sententiam, ac dictum illud Sapientis; Maledictum frustra prolatum, venit super eum, qui misit illud. Citatur a Gratiano in Cau. 11. q. 3. c. Illud: Salomonis autem verba hæc sunt; ἀρὰ ματαία οὐκ ἐπελεύσεται οὐδενί. i. Imprecatio stulta, in neminem superueniet. Cap. 26. in princ. *Raglio d'asino, &c.*

112 *Arar con l'asino, e col bue.* i. Arare boue, & asino. s. Officia malè distribuere, vt si quis consulat in re graui leuiculum citharœdum, aut mulierem. Polyd. Virgil. Forsitan originem traxit ab eo dicto Deuteronomij, cap. 22. οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόσχῳ καὶ ὄνῳ ἐπὶ τὸ αὐτό. i. Non arabis in boue simul, & asino. Sic enim uulgò vertitur. Vt verè dicam, in Etruriâ longè alia est huius dicti sententia. *Arar con l'asino, etc.*

113 *Se n'è ito in fummo.* In fumum abijt. Sic Itali, & Galli (inquit Gilbertus Cognatus) rem notant repente è manibus elapsam, & Plautus Trinummo de argento decocto dixit, οἴχεται. In prouer. Brassicani; *Andarsene in fumo.*
Ratio apparet. sed argentum οἴχεται.
Ante hos notauerat Victo. Vari. Lecti. lib. 24. cap. 5.

114 Tres mulieres nundinas faciunt. Germanorum est prouerbium, teste Bebelio, ex loquacitate mulierum ortum, quarum garrulitas nundinis comparatur, vbi maximus est mercantium strepitus, lenitúsque. Earũ loquacitatem vide lepidè delineatam apud Iuuenalem Saty. 6. Hæc Gul.

Tre donne fann'una fiera.

Gentius in Sylloge Parœmiæ Iuris interpreti. Itali quoque inquiunt; *Tre donne fann'una fiera.*

Tal pera mangia'l padre, &c.

115 Significare uolentes, e.g. multa facinora a patribus committi, pro quibus a filijs pœnæ luuntur, dicere consueuimus; *Tal pera mangia'l padre, ch'al figliuolo allega i denti.* Ex eo Iezechielis cap. 18. ut arbitror; οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν. i. Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Hinc Dant. Parad. Cantic. 6.

Molte fiate già pianser li figli
Per la colpa del padre, &c.

Buona guida schifa ria ventura.

116 *Buona guida schifa ria ventura.* i.

Bonus dux infortunium expellit malum. Huc quodammodo pertinent illi versus Horatij, lib. 3. Od. 2.

—uetabo, qui Cereris sacrum
Vulgârit arcanæ, sub ijsdem
Sic trabibus, fragilémque mecum
Soluat faselum. Sæpe Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum. Prædicto similia;

Buona guardia schifa ria ventura.
Buona cura
Caccia ria uentura. Et illud Matthæi Villanij; *Buono studio vince ria fortuna.*

Non si getta il lardo a' cani.

117 Nec gratis, nec inaniter dilargiuntur opes. *Non si getta il lardo a' cani.* i. Non proijcitur aruina canibus.

N'uccide più la gola, &c.

118 *N'uccide più la gola che la spada.* i.

Plures gulæ uitio, quam gladio pereunt. Huc tendit illud Plinij; Cibo homo maximè perit. lib 26. Et quæ ex antiquorum historijs percurrit doctissimus Mercurialis in fronte suæ Gymnasticæ. Adde, quæ notat Brassicanus ad Adagium, Gula plureis, quam gladius perimit. Vbi inter cætera ex Michaële Verino;

Miraris subitò Franciscum funere raptum?
Crede mihi, ancipiti plus ferit ense gula.

Et ex Aloy. Luisini. lib. 2. De compescendis animi affectibus: Contra citandum adagium, quo plureis interfici crapulâ, quàm gladio monemur.

Ricordare il capestro, &c.

119 *Non ricordare il capestro in casa dello'mpiccato.* i.

Capistri ne memineris suspensi in domo. Hoc dicto præcipimus, antequam quis loquatur, perpendendum esse de quibus, & coram quibus loquatur, ne ex auditoribus quempiam offendat. De hoc argumento multa, & pulcra rudimenta traduntur in libello de Elocutione non longè a fine, Philippi exemplo, qui, cum altero oculo orbatus esset, irasci solitus erat, si quis vel Cyclopem uel oculum quidem, se præsente, appellâsset. Ibidémque narratur, Hermiam, qui Atarnei dominus fuit, quia eunuchus erat, non æquo animo passum fuisse, si quis cultri, uel sectio-

nis

nis mentionem fecisset. Idem valet illud planioris sententiæ; *Non dar che dolga, e non dir che dispiaccia.* De quo alibi. Nec valdè dissimile, quod alicubi in Italiâ; *Non ricordar la croce al Diauolo.*

120 *Chi uuol l'amor celato,*
Lo tenga bestemmiato.
Cupiens celatum amorem, amicæ detrahat.

Chi uuol l'amor celato, &c.

Vnde, siquis astutè, vel ex animo videatur mulierem, uel quiduis aliud criminari, eius calliditatem patefacientes, dicere solemus. *Chi biasima, vuol comperare.* Huc etiam referri potest.

Chi non sà tacere,
Non sà godere;

Et quod ex Horatio mutuò sumpsimus,

Il coruo per troppo gracchiare,
Del cibo si fa priuare.

Nam iuxta apologum, quem refert Apuleius in lib. de Deo Socratis, de coruo, & vulpæ, sic Scæuæ amico suo consulebat poëta circa uitā aulicā.

Sed, tacitus pasci si posset coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.

Nec longiùs a prædictis videtur abesse; *Asin, che ragghia, non mangia.*

121 *Tra Pasqua, e Pasqua,*
Non è vigilia fatta. i. Vt Christiani more loquar.
Inter Pascha, & Pascha non fiunt Vigiliæ.

Tra Pasqua, e Pasqua, &c.

Vide Distinctionem septuagesimam sextam, & præcipuè cap. Scire in fi. Atque inibi Ioannem de Turre Crematâ in Quæst. An in Vigiliâ Pentecostes sit ieiunandum.

122 De eo, qui, ut dixit Sallust. aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptum habet, ita dicere solemus.

In bocca ha'l mele,
Nel cuore ha l fiele. i.
Mel in ore præfefert, in corde fel gerit.

In bocca ha il mele, &c.

Quam nostram parœmiam illustrant uerba Dinarchi ita ancillæ loquentis apud Plau. in Trucul.

In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes,
Lactéque; corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.
E` linguis dicta dulcia datis, corde amarefacitis
Amanteis, siquidem non dant.

Ad hoc etiam propositum vsurpari solet versus ex Home. Ilia. I.

ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. i.
Aliud animo occultat, aliud ore profert.

123 Si forte diues a diuite hæres instituatur, uel aliâ ratione diuitijs augeatur, vulgò dici solet.

La roba
Và alla roba. i.
Pecuniæ pecunia accedit libens.

La roba ua alla roba.

Huc

Huc pertinet Distichum Martial. ad Aemilianum, lib. 5.

Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane;
Dantur opes nulli nunc, nisi diuitibus.

De hoc etiam, Getæ amici sui vicem dolens, querebatur Dauus Terentianus in Phormione.

Quàm iniquè comparatum est, ij, qui minus habent,
Vt super aliquid addant diuitioribus?

124 Quod à nobis non possidetur, nostrum dicendum non esse, rusticanâ illâ admoneinur parœmiâ.

Nõ dir quattro, se tu, &c.

Non dir quattro,
Se tu non l'hai nel sacco. i.
Tuum ne dixeris, quod manibus non tenes. Vel, Ne canas triumphum ante victoriam. Ex notissimo Græcorum prouerbio.

Quel sonata, Tal ballata.

125 *Qual sonata,*
Tal ballata. i.
Sic saltantis erit chorea, vt est lyræ sonus.

Et ἄπλῶς: *Ballare secondo il suono.* Liceat pro declaratione afferre Iurecons. vt vocant, Regulam, quamquam barbaris verbis sit expressa: huius enim parœmiæ sententiam, vt mihi videtur, ad amussim repræsentat. Onus secundum emolumentum regulatur. l. 1. π. ad Sen. Cons. Trebel. C. de Fur. in fi. §. cum in secundâ.

126 Seriùs irritant animos demissa per aureis,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus; inquit Horatius:

Cui videtur congruere, vel saltem non longiùs abesse nostrum illud, quo indicamus, homines procliuiores esse ad opē miseris ferendam, cum eos vident, quàm cum ipsorum miserias ab alijs recenseri audiunt. Nostra parœmia est hæc;

Qual che l'occhio nõ vede, &c.

Quel, che l'occhio non vede,
Il cuor non crede. i.
Non credit cor, quod ipse non cernit oculus. Item;
Se l'occhio non mira,
Il cuor non sospira.

Et simpliciter. *Dilunge da occhio, dilunge da cuore.*

Quantùm oculis, animo tam procul ibat amor. Propertius.

De nostro meminit D. Bernar. in Serm. Omnium Sanct. vulgò dicitur; Quod non videt oculus, cor non dolet.

Chi non da a Cristo, &c.

127 *Chi non da a Cristo,*
Da al fisco. i.
Quod non capit Christus, rapit fiscus.

De quo argumento Alciatus tale condidit Eblema.

Exprimit humenteis, quas iam madefecerat ante
Spongiolas cupidi Principis arcta manus.
Prouchit ad summum fures, quos deinde coërcet,
Vertat vt in fiscum, quæ malè parta, suum.

Huic

128 Huic vulgatissimæ querelæ; *Mal per chi ha padrone, &c.*

Mal per chi ha padrone,

Che abbia in man la morte, e la prigione; illud mihi satis respondere videtur. Heu quàm miserum est lædi ab illo, de quo nō possis queri.

129 Admonere volentes, qui gulæ non temperat, diutius non esse victurū, sic dicere solemus.

Chi piu mangia,

Manco mangia. i. Qui plus edit, minus edit. Idem valet αἰνιγματῶδες. *Poco viue, chi troppo sparecchia.* *Poco viue, chi troppo, &c.*

Immodicis breuis est ætas, & rara senectus. Martial. lib. 6.

130 *Tu hai la palla in mano.* Tua est pila. Quoties alicui significare volumus, in eius esse potestate e. g. improbum aliquem punire. *Ha la palla in mano.*

131 *Le buone parole acconciano i mafatti.* i. *Le buone parole, etc.*

Molli sermone hostilis ira frangitur.

Huc pertinent illa Sapientis; ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα ἀποστρέφει θυμόν. i. Responsio mollis frangit iram. cap. 15. Et cap. 25. γλῶσσα μαλακὴ συντρίβει ὀστᾶ. i. Lingua mollis confringit duritiam.

132 Si forte e. g. ministrorum incuriâ, vel malitiâ decoxerit homo tam frugi, vt potiùs sordidam, quàm parcam vitam degisse dici possit, tunc ipsi audias vulgò insultari.

Masseria, Masseria; *Masseria, Masseria, Viene il Diauolo, &c.*

Viene il Diauolo, e portala via. i. vt sensum adumbrem.

Diu parcenti sæpius cuncta pereunt.

In quam sententiam Græci. ἡ φάνου θύρα. i. Phani ostium. De hoc Phano siue vsurario, siue cæco, qui ostium ita obstruebat, vt sine strepitu non quiret aperiri. Vide Parœmiogra.

133 παροιμιακῶς dixit Boccacius; *Far caualcar la capra*; pro quo apud Latinos; Insuere in saccum. Insuere in culeum. i. circūuenire, vel illudere. *Far caualcar la capra.*

134 Quod prouerbiatiter dixit Seneca. Vasa colligere. Et Iurecoss. in l. 15. in fi. π. Ex quibus cau. ma. Sarcinulas componere; a Florentinis dicitur; *Far mazzo de' suoi falci.* In quam sententiam Dantes Inf. cant. 27. *Far mazzo de' suoi falci.*

Calar le vele, e raccoglier le sarte.

135 *Oue regna amore,* *Oue regna amore, &c.*

Non si conosce errore. i.

Nil penitus cernit in amicæ vitijs amans. Quod simpliciter Illustrissi. Douitius in suâ Calandrâ. *Chi ama, il ver non vede.* Et Bernius;

Come piu s'ama, si conosce meno. In Orlando.

Amore occhio ben san fa veder torto. Ex Petrarchâ. Nec absimile;

Affezione *Affezione Acceca ragione.*

Acciecaragione.

Huiusmodi sententiam pluribus exposuit Flaccus.

Illuc præuertamur: amatorem quòd amicæ
Turpia decipiunt cæcum uitia: aut etiam ipsa hæc
Delectant, &cæt. Saty. lib. 1. Eclo. 3.

Quo pertinent illa: ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν. ἀλλ' ἐρῶσα τυχὸν, σφάλλομαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου. καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. i. Is mihi quidem pulcher ur; sed fortè, amore percita, de amato non rectè iudico; fortè amor ui sum meũ frustratur. Aristæ. li. 1. Epis. 11. αἱ εὖνοιαι δειναὶ διαφθεῖραι τὰς κρίσεις. i. Beneuolentiæ mirè efficaces sunt ad iudicia adulterãda. Synes. Epist. 1.

136 *A testa bianca*
Spesso ceruel manca. i.
Canum caput sæpe sapientiâ caret. Huc pertinent.
οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν. i.
Canicies prudentiam non affert. In Græco. Collect.

A testa biã ca, &c.

Ingenio, non ætate adipiscitur sapientia. Plautus in Trinum:
Adde Distichum uulgatissimum:
Si promissa facit prudentem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato?

137 *Chi piu alto sale,*
Maggior colpo cade. i.
Altiùs ascendens, maiore ruinâ cadit.

Chi piu alto sale, etc.

Huc pertinent aurei Apollodori Comici versiculi.
ἐὰν πέσῃ τὶς ἐξ ἐλάττονος μέτρου,
ὁ περικάλυπτον ἔχει τὴν δυσπραξίαν.
ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται μέγα. i.
Si quis cadat ex minori statu,
Faciliùs suum circumtegit infortunium.
At molis magnæ ruina fit magna.

138 Iuxta Isocraticum illud ad Demonicum: μὴ γέλωτα προπετῆ στέργε, μανικὸν γάρ. i. Ne ames indecentem risum; est enim stultitiæ argumentum; iactatúmque uulgò apud Græcos; γέλως ἄκαιρος δεινὸν ἐν βροτοῖς κακόν. quod uidetur satis exprimere Catullus in Egnatium;
Risu inepto res ineptior nulla est: Iuxta hæc, inquã, dicitur a nobis;
Dal riso molto,
Conosci lo stolto. i.

Chi troppo ride, &c.

Intempestiuus risus stultitię argumẽtum est. Coluand. Cui germanum.
Dal continuo riso
Raro hai buono auuiso. Addo uersiculum Menandri;
γελᾷ δ' ὁ μωρὸς, κἄν τι μὴ γελοῖον ᾖ. i.
Ridet stultus, etiam si nihil ridendum cernat. Non laudamus tamen eos, qui nunquam rident, sed præcipimus, quemadmodum in cæteris, ita & in risu seruandum esse modum. s. nec nunquam, nec temerè ridendum esse. Hoc autẽ probat optimè illud, apud omneis peruulgatũ.
Chi troppo ride, ha natura di matto;
E, chi non ride, è di razza di gatto. i.
Qui nimiùm ridet, stultus; qui nunquam ferus.

139 *Chi non ha sdegno,*
Non ha' ngegno. i. *Chi non ha sdegno, etc.*
Qui nunquam irascitur, ingenio prorsus caret.
Hoc adagium consonum est illis, quæ tradit Aristot. in 4. Ethicor. Nicomach. ubi agit de Mansuetudine, extremísque ipsius. Sed libet eius uerba adscribere. ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τίς ἐστιν, εἴθ' ὅτι δήποτε, ψέγεται· οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι, ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι· καὶ οἱ μὴ δ' ὅ, τε, μηδὲ οἷς δεῖ. δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι. i. Defectio autem, siue sit quædam iræ uacuitas, siue aliquid aliud, uituperatur: qui nanque non irascuntur, pro quibus oportet, & ut oportet, & cum oportet, & quibus oportet, fatui esse uidentur: nam neque sentire, neque dolere uidentur. Vir non uidetur, qui irasci nescit. Cognatus ex Cice. Locus est in lib. 2. de Orat. Mentem non habet, qui non habet iram. Citatur ex Platone a Leuino Lemnio. De occultis naturæ miraculis, lib. 1. cap. 16.

140 Mobile mutatur semper cum principe vulgus;
Claudiani uersus sententię notissimæ; ex cuius ueluti quadam consequenti ratione inquiunt Etrusci.
Quando 'l capo duole, tutte le membra languono; i. *Quando 'l capo duole &c.*
Dum caput dolet, cætera membra dolent. Vertit Cognatus, & asserit Gallorum esse prouerbium. Græci in simili proposito pulcherrimè. ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται. i. Piscis primùm a capite fœtere incipit. Vulgò etiam dicitur; Quales principes, tales populi; vnde Verinus;
Si studia, & mores populi cognoscere curas:
Res facilis: vitam principis inspicias. Eodem pertinet;
E' non è mal, che non venga dal capo. Vide sup. p. 116. & 246. in fi.

141 Iuxta illud Dionysii Sinopensis;
ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε. i.
Aut dic aliquid silentio melius, aut sile. Dicitur a nobis;
Chi non sà tacere, impari a fauellare. i. *Chi non sa tacere impari, &c.*
Loqui percipiat, qui tacere non potest.

142 Frustra niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Sallu. de Bello Iugur. A cuius sententiâ non uidetur longiùs distare nostrum hoc adagium;
E' meglio indarno stare, *E', meglio indarno stare, &c.*
Che indarno lauorare. i.
Præstat non agere, quàm oleum & operam perdere.
Cui non omnino dissimilia;
τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην. i.
In ijs, quæ nihil prosunt, ne frustra labores. Menan.
πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά. i.
Stultitia ingens est inania persequi. Sopho. in Elect.

143 Homines gloriosos, vt introducitur Thraso Terentianus, extra periculum quidem feroceis verbis apparere, in minimo verò discrimine re ipsâ timidos, vecordeísque esse.

Chi piglia i leoni, &c.

Chi piglia i leoni in assenza,
Suol temer de' topi in presenza. i.
Absenteis qui capit leones, mureis præsenteis timet.
Quæ parœmia alijs rationibus quàm plurimis effertur, vt e. g.
Gran vantatore
Picciol facitore.
Raro è, che l'arrogante non sia vile. *Ou'è manco cuore, iui è più lingua.*
Lunga lingua, corta mano. Nec longiùs distat;
Credi al uantatore,
Come al mentitore.
Ex Græcis hæc in hanc sententiam obseruaui;
θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐν πολλῷ κακός. i.
Audax ante periculum, plerunque ignauus.
οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες. i.
Domi leones, sub dio vulpeculæ. Plutar. in comparatione Syllæ, & Lysandri. Meminit etiam Eustathi. in Ilia. Ω. Sed pro ἐν ὑπαίθρῳ δ', inquit, ἐν δὲ μάχῃ. i. in pugnâ. οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς δ' ἀφίστανται. i. Audaces quidem præcipites, & ante pericula; ipsorum cupidi sunt, in ipsis uerò tergiuersantur. Aristote. Ethicor. Nicomach. lib. 3. Effertur etiam; In pace leones, in prælio cerui;

Chi ha buona cappa, &c.

Apophthegma.

144 *Chi ha buona cappa,*
Facilmente scappa.
Precioso ornatus pallio, facilè effugit.
Huc pertinet illud apophthegma Solonis; τοὺς νόμους τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους: καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ τι κοῦφον, καὶ ἀσθενὲς, στέγειν: ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόψαν οἴχεσθαι. i. Leges aranearum telis esse simileis: illas enim, siquid leue, atq; imbecillum inciderit, contegere: si quid uerò maius, illis perruptis, abire. Laërti. in eius Vitâ. Meminit etiam Eustathi. in Ilia. N., tribuitque Platoni Comico. Dictum Solonis ab aliquibus in Italiâ effertur, *Le ragne son fatte per le mosche.*

Chi ha casa e podere, &c.

145 *Chi ha casa, e podere,*
Può tremar, ma non cadere. i.
Cui domus, ac prædium est, tremens, haud ceciderit.
Non omnino dissimile illis; ἀγρὸν λέγουσιν ἀμαλθείας κέρας εἶναι. i. Agrum dicunt esse Amaltheæ cornu. Phocyli. ἱκανὸν κτῆμ' ἀγρὸς τρέφων καλῶς. i. Ager, honestè nutriens, sat commoda possessio. In Menan. Frag.

146 Significare volentes, eum u. g. qui in aliquem malè affectus sit, non posse, non illi in quauis occasione obtrectare, uel conuitia ingerere, hoc dicere solemus;

Chi ha nel petto fiele, &c.

Chi ha nel petto fiele,
Non può sputar mele. i.
In pectore qui fel gestat, mel non expuit.
Extat apophthegma Pittaci Mitylenæi huic non dissimile. πιστὸν οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος λαλεῖ, διχόμυθον ἔχουσα κραδίης νόημα. i. Fidum nihil lingua per os promit, cum duplex sensus cordi inhæret. Laër. in eius Vitâ.

Multa

147 Multa sunt etiam apud nos adagia, quibus inferiores a potentiorum commercio deterrentur, ut illud;

Chi s'impaccia co' gran maestri,
E l'ultimo a tauola, e primo a' capestri. i.
Primoribus utens, ultimus ad mensam, ad capistra primus est. s.

Qui cum potentioribus uersatur, in rebus prosperis ultimas, in aduersis primas obtinet. Vt igitur vnusquisque æqualibus utatur, monet illud præceptum. ἄλευ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. i. Fuge procul a uiro maiore. Paræmiographus.

Chi s'impaccia co' gran maestri, &c.

148 Ex Iacobo Angelio Bargæo viro præclarissimo, atque omnium doctrinarum, vt dixit Eunapius, veluti quadam bibliothecâ animatâ, viuóque Museo, hoc tanquam vulgatissimum præceptum Pisis non semel audiui.

Chi non sa la Somma d'Azzo,
Non vadia in Palazzo. Eius sententiam vtcunque sic adumbro.
Ignoratâ Azonis Summâ, ne accedas ad Prætorium.

Chi non sa la Somma, &c.

149 *Il Re non litterato,*
E vn'asino incoronato. i.
Illiteratus rex cum stemmate asinus est.

Huc pertinent illa apophthegmata. Diogenes diuitem indoctum, sed splendidè vestitum, χρυσόμηλον appellauit. i. ouem aureo vellere. Quò allusit Demonactes: Cuidam enim, qui purpurâ indutus, sese insolentiùs ostentabat, in aurem dixit; Heus tu; Hoc ante te gestauit ouis, & ouis erat. Socrates etiam, si rectè memini, conspiciens hominem prædiuitẽ, sed nullâ virtute præditum, Hic, inquit, equus est, argento circumtectus.

Il Re non litterato, &c.
Apophthegmata.

150 Iuxta versiculos illos Horatij Ode 7. lib. 3.

Aetas parentum, peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem; quos ita vertit Bernius.

L'età de' padri, che peggiore è stata
Degli aui nostri, ha generato noi
Di lor gente piu trista, e peggio nata;
Così quei, che di noi nasceran poi
Saran turba peruersa, e scelerata,
Così piaciuto è, stelle, e cieli, a voi,
Anzi alla guasta pur nostra natura;
Che lungamente bene alcun non dura;

Iuxta hæc dicta, inquam, quando agitur e. g. de nouo Officiali, nouóque Magistratu eligendo, dicere solemus;

Dio ti guardi, Signore;
Che dopo questo ne verrà vn peggiore. i.
Seruet te Deus incolumem; nam tibi peior successerit.

Innuimus igitur, persæpe euenire, vt ministro moribus non omnino integris succedat longè deterior.

ETRVSCORVM PAROEMIAE
Latinorum Adagijs, vel Phrasibus expressæ, ac per Alphabeti ordinem digestæ.

A

A chi te la fa, fagliele. Ex Boccacio. Fidem violanti fides non seruanda. l. Cum proponas C. de Transact.

A chi vuol, non mancan modi. A chi vuol far, riesce ogni disegno.

A buona volontà,
Non manca facultà. i. Nihil difficile volenti. Illud Horat. huc pertinet, quamquam generalius sit; Nil mortalibus arduum est.

l'Acqua rouina i ponti. l'Acqua marcisce i pali. Perditur uinũ, infusâ aquâ.

Adagio a mà passi. In arduis cunctanter. fagas, uel quid simile. Idẽ ualet; *Pian Barbiere*: Quo usus est Brunet. in Epitaph. vtimúrq; etiam hodie, atque interdum pleniori sententiâ, dicentes; *Pian Barbiere, che'l ranno è caldo.*

Agio, e buio ci vuole. Opus est Zephyris, & hirundine multâ. In Append.

egli Aggiugne legne al fuoco. Oleum camino addit. Ex Horat. loco notissimo. Hinc Petrarcha;

Anima sconsolata? Che pur vai
Giugnendo legne al fuoco, oue tu ardi?

Al gusto infermo ogni buon cibo annoia. Lo'nfreddato non sente l'odore.

— malè uetum examinat omnis
Corruptus iudex. Horat. lib. 2. Saty. Eclog. 2.

Aegrotanti omnia amara. Parœmiogr.

All'asino non stà ben la sella. Asinum non decet ephippium. Quod aliqui cum Homœoteleuto.

Se metti all'asin la sella,
La cigna va per terra.
Al lume di lucerna
Ogni rustica par bella.

Nocte latẽt mendæ, uitióq; ignoscitur omni. Notat Pescettius. Vnde alterum illud.

Cio che di notte appare,
Di dì dispare.

Andare alla gatta pel lardo. Andare a casa'l lupo per la carne. A fele atuinã; A lupo carnem petere.

Arrosto, e non fummo. Dapem, non fumum uelim.

Assai sa, chi non sa, se tacer sa. i.
Multum scit indoctus, qui opportunè tacet.

A talora arriuasse la gragnuola. Serò post tempus uenis. Plaut. Nec longiùs abest. κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκεις. i. Post festum uenisti. Socra. in Gorgiâ Platon.

Auer corso, &c. Ho corso il mio aringo. Defunctus iam sum. Terent.

Auere il sasso della Vernia addosso. Onus Atho, aut Aethnâ grauius sustinere.

Auere i pulcin di Gennaio. i. Ianuario mense pullos habere gallinaceos. Dicitur de illis, quibus in grandiori ætate filij sunt paruuli.

B

Batt'il ferro, mentre ch'egli è caldo. Percute ferrum, dum calet. i. Quando adest occasio, ne eam dimittas. Quando fauetur in expediendo negocio, urge propositum.

Bisogn'esser prima garzone, e poi maestro. Oportet prius discere, quàm docere.

Bisognin fa trottar la vecchia. i. Necessitas anum currere facit. Matth. Villa. dixit; *Necessità fa vecchia trottare*. Huc pertinet illud Ouid. Metamor. 6.

--- Miseris uenit solertia rebus.

Vide Adagium; Necessitas rationum inuentrix; ubi plura.

In necessitatibus omnis senex est iuuenis. Coluan.

Buon vino, fauola lunga.

Fœcundi calices quem non fecere disertum? Horat.

C

la Carne non va senz'osso. Vinalia sine uino expediri non possunt. Varro in Præf. de Linguâ Lati. Non est triticum sine paleis. Parœmiogr.

Cauami d'oggi, e mettimi in domane. i.

Mihi uictum in diem suppetere sufficit.

Che da il mondo? Quid noui affert Africa? Parœmiogr.

Chi altri tribola, se non posa. i.

Quem iuuat alios turbare, quiescere non solet.

Chi chiama altrui crudel, debb'esser pio.

Quod alijs uitio uertas, ipse ne feceris.

Censor omni careat peccato. Gilb. Cognat. Reprensurus alios, a temeritate sit longissimus. Chrysost. contra Gentil.

Chi comincia, ha mezzo fatto. Et a tonsoribus. *Barba bagnata è mezza rasa.*

Dimidium facti, qui cœpit, habet. Horat.

Chi da spesa, non dia disagio. Qui est in iacturâ, non sit in morâ. Ex Terent.

Chi è imbrattato, si netti. Chi ha mangiato i baccelli, spazzi i gusci. Chi ha spago, aggomitoli.

Qui sibi criminis est conscius, fugam arripiat.

Chi fugge il giudizio, si condanna. i.

Iudicium fugiens, culpæ se affinem arguit.

Chi giuoca da motteggio, perde daddouero. i.

Ioco ludenti, serio perdi solet.

Chi ha delle brighe, ne puo dare. Ex quo sunt commoda, eius incommoda æquum est ferre. Terent. in Hecy.

Chi ha piu ceruel, piu n'adoperi. i.

Cui plus ingenij, plus adhibeat. Vide alibi.

Chi laua il capo all'asino, perde'l ranno, e'l sapone. i.

Qui benefacit ingrato, oleum perdit, & operam.

Chi lauora, da le spese, a chi si sta. i.

Negociosus ociosos educat.

Chi molto parla,

Spesso falla. i. Qui multum loquitur, errat sæpius. Pronus ad sermonem, pronus ad errorem. Vide etiam supra.

Chi

Chi non ha danari, non abbia voglie. i.
Cui deest pecunia, desint quoque libidines.
Chi non ha gustato l'amaro, non sa, che si sia dolce. i.
Gustato amaro, dulce tunc agnoscitur.
Chi non puo far, com'e' vuole, faccia, com'e' puo. i.
Cui, quæ uult, non licet, ea faciat, quæ potest.

Chi non puo esser Cantambanco, porti la valigia. Aulœdus fit, qui citharœdus esse non potest. Cicero pro Murænâ. εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον. i. Si nequeas bouem, asinum agito. Suidas.
Chi non sa fare,
Lascia stare.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. Hora.

Chi si caua il sonno, non si caua la fame. E' segnitie nascitur indigentia. Leosth. Coluan.

Chi si profferisce, è peggio'l terzo. Merces ultroneæ putent. D. Hieron.

Chi si sta, è lasciato stare. Egestatem affert manus ociosa. Coluan.
Chi stà a vedere, ha due parti del giuoco. i.
Spectans ludentem, longè plus dimidio habet.

Chi stà un'ora in ceruello, è pazzo. Sapientis est mutare consilium. l. Nunquam, C. de Collat. bono.

Chi ti domanda questi cinque soldi? Excusatio non petita accusatio manifesta.
Col poco si gode, e con l'assai si tribola.
Tuta mage est puppis, modico quæ flumine fertur.
Versus Catonis. Sententia satis elicitur ex toto Disticho.
Quod nimium est fugito; paruo gaudere memento:
Tuta mage, &c.

Come cauare un pelo a un bue. Vt si Crœso teruncium auferas. Ex Adag. Cræso ditior.

Come il cane inuecchia, la golpe gli piscia addosso. Annoso leoni, vel lepores insultant.

Come la serpe tra l'anguille. Vt simia inter asinos. Brunettus in epitaphio dixit. *La serpe è mescolata con l'anguille.*

Con le lesine bisogn'esser punteruolo. i. Contra tenaces sordidum esse conuenit. Huic simile; Cum vulpe vulpinandum.

Come portare una mosca in Puglia. Vt si Crœsi opibus teruncium addas. Ex loco Cice. 4. de Finib.

Corpo non è, che senza capo viua. Rege interempto, fugiunt satellites. Liu. Dec. 3. lib. 4.

Co' santi in Chiesa, e co' ghiotti in tauerna. Bonus cum probis, malus cum malis. Plau. De nostro ita grandior poëta Infer. cant. 22.
-- ma nella Chiesa
Co' santi, e in tauerna co' ghiottoni.

le Cose belle non vengon mai a noia. Bis, ac ter, quod pulcrum est. Parœmiagr.

Così a chi ne reca le nuoue. Vates secum auferat omen. Parœmiogr.

D

Da' cattiui costumi vengon le buone leggi. i. Leges bonæ ex malis moribus procreantur.

Dare ad intendere, &c. Mi vuol dare ad intendere lucciole per lanterne. Simile

illi

illi ex Decam. Bocaccij. *Mi mostra la Luna per lo Sole.* Nec aureis habeo, nec tango. Vide sup. p. 306.

Dare un cauallo, &c. *E' sarebbe da darmi un caual con le stadere.* Quouis supplicio dignus essem.

Datoci il dito, pigliamo il dito, e la mano. Deteriores omnes sumus licentiâ. Teren.

De suo' pari non se ne truoua a ogni uscio; non ne ua troppi attorno. Homo est per paucorum hominum. Teren.

Dio manda il gel secondo i panni. Eueniunt digna dignis. Plau. in Pœn.

ti Dirò il nome tuo. Tuis te pingam coloribus. D. Hierony. in Rufi.

gli Disse manco, che Messere. Plurima ingessit conuitia.

Distendersi piu, che'l lenzuol non è lungo. Maiores pennas nido extendere. Ex Hora.

Domand'all'oste, s'egli ha buon uino. Omnis artifex commendat opus suum. l. pri. ff. de In integr. restitu.

Dopo il cattiuo tẽpo ne uiene il buono. Post nubila Phœbus. Ver sequit' hyemẽ.

Dopo il dolce ne uien l'amaro. Post gaudium luctus. Nec longiùs illud; Extrema gaudij luctus occupat.

Dopo il giuoco così ua nel sacco il Re, come il Pedone. Aequa tellus pauperi recluditur, Regúmque pueris. Horat. Cui affine, quod aliquibus in ore est cum Homœoteleuto;

Ogni drappo fine
In capo all'anno ha fine.

Due ghiotti a un tagliere. Due corbi a un ramo. Duo' cani a un osso. Duo unum expetunt palumbem. Plau. in Bacchi. princ.

Due non accéson mai lume. Non bellè quędam faciunt duo. Ex Martia. lib. 5.

E

E' douere, che Berto beia. Et Brunettus in Ephitaph. *Egli è ragione, che Berto beia.* Ita fieri conuenit. Ita æquum est. Aequum postulat.

E fuor di Bologna. Apud se non est.

E' il cucco della mamma. Matris deliciæ. i. Ipsum præ cæteris filijs mater diligit. Matri in delicijs est.

E il morto su la bara, che occorre più parole? Vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est uerbis?

E male esser pouero, ma peggio esser'uccellato.

Nil habet, infœlix paupertas durius in se,
Quàm, quòd ridiculos homines facit. Iuu. Saty. 3.

E meglio arrossire, che impallidire. i.
Præstat rubore, quam pallore affici.

E piccolo, ma u'è tutto. Tydeus corpore, animo uerò Hercules. Ex Hom. loco notiss.

E poca fatica, aprir la bocca, e soffiare. Nihil est dictu facilius. Teren.

E rimasto nelle secche di Barberia. E' restato in bianco. Ad nihilum redactus est.

F

Fa il passo secondo la gamba. Tuâpte supellectile te metitor. Leosth. Nec longiùs absunt illa; μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα. i. Ne supra pedem calceus. Parœmiograph.

Quod potes, id tenta; nam litus carpere remis
Tutius est multo, quàm velum tendere in altum. Catonis.

Fanno, a chi le dice più marchiane. Mendaciȷs certant.

Fanno a farsela. Vn barbier tosa l'altro. Mutuum muli scabunt. Citatur a Nonio inter Titu. Menippearum M. Varro.

si Farà il suo douere a tutti fin' a un quattrino. Vt quisque meritus fuerit, pretium pro factis feret. Næuius in Danaë. Citat Nonius, inquiens, hoc in loco pretium pro præmio accipi.

Farebbe a ber co'nugoli. Alexandrum in bibendo superat.

Far la campana d'un pezzo. Totum negocium unicâ vice absoluere. Nec longè dissimile; *Far lo scoppio, e'l baleno.*

Fatta la festa, e corso il palio. Facta, transacta omnia. Teren.

Fatti da capo, e mondala con mano. Quod alius condiuit coquus, aliter condias. Ex Plaut.

Fu prima tristo, che grande. Et Pulcius in Morgante; *Fu cattiuo insin nell'nouo.* Cum lacte nutricis errorem suxit. Cice.

G

Gettare il manico dietro alla pala. Trarre il sacco dietro alle rape. Trar la cauezza dietro all'asino. Damnum damno cumulare. Varam cum vibiâ proiicere. Ex eo; Varam vibia sequitur; quod notauit Scaliger in Ausonianis lectionibus. Ad perditam securim abiicere manubrium; Dixit Bouillus,

I

Indugio piglia uizio. Mora semper obfuit. Ex Plaut.

s'Intende la casa coll'orto. i. Cum domo comprehenditur hortus. Principali. s. accessoria cedunt, idque sequuntur.

L

Ladro da'mpiccar senza processo. Fur trifurcifer. Plau. in Aulu. A Iurecoss. pro atroci latrone, ut notat Alcia. de Verbor. signific. dicebatur; Isauricus.

La soma.
La bestia doma. i. Iumentum sarcina domat.

Lega l'asin, doue vuole il padrone. Vt homo est, ita morem geras. Terent. ex Plaut. Mostell.

L'huom pensa,
E Dio dispensa. i.
Homo cogitat, peragit Deus.

M

Macina, mentre ch'e' pioue. Dum pluit, molendum. i. Caue, ne occasio præripiatur.

il Mal non istà sempre, dou'e' si posa. Venit post multos vna serena dies. Tibull. lib. 3. Eleg. 6. Huc pertinet Areosti versus.

Non però sempre il male influsso dura.

Manda ogni cosa a una; ogni cosa alla piana. Nescit capitis, & inguinis discrimen. Ex Iuue.

il Meglio ricolga il peggio. Sardi venales: alius alio nequior. Festus.

Mentre che'l can piscia, la lepre se ne ua. Quod alibi a rusticis. *Mentre che'l can caca, il lupo fugge.* Semper nocuit differre paratis. Lucre. lib. 1.

Mette-

Metterebbe fuoco nell'acqua. Ignem vel in aquam iniecerit. De seditioso.

Mettere il ceruello a partito. Consilij incertum facere. Teren. in Phorm.

Misura tre, e taglia una. Consulta diu, quod faciendum est semel. Ex Sallust. Huc pertinet; σπεῦδε βραδέως. i. Festina lentè. Parœmiogr.

> *Molti parenti,*
> *Molti tormenti.* i.
> Multi cognati, multę ærumnæ.

N

Ne sa, quant'un cauallo. E' ne sa, quant'un sasso. Nec sapit pueri instar. Catullus in Coloniam. i. νήπιός ἐστι, καὶ ἄφρων. Huic simile illud Nestoris contra Græcos Ilia. B. Non plus habet sapientiæ, quàm lapis. Plaut. Et nos supra.

Nettarsi il culo con la camicia d'altri. Suam culpam in alios deriuare.

Niun da quel, ch'e' non possiede. Chi non ha una cosa, non la può dare. Nemo dat, quod non habet. Vulgatiss.

Niuno ha auto del sangue mio a once, che io non abbia auto del suo a libbre. i. Nemo me tenuissime læsit, quin eum præuerterim. Ex Cice.

Non bisognaua nascerci. Noi siam qui per questo.

> Nascentes morimur, finísque ab origine pendet. Manilius.

Non dar, che dolga, e non dir, che dispiaccia. i.

> Nec re, nec verbis quempiam læseris.

Non è ancor sera a Prato. Florentinorum propria; quam Brunettus protulit; *Non è fatto sera a Prato.* Nondum euasit, quem sua manet pœna. Eodem pertinet; *Non è ancor ito a letto, chi ha a auer la mala notte.*

Non è erba del tuo orto. Non è farina del tuo sacco. Marte tuo non est. Ex Adag. Meo Marte. Vide etiam sup.

Non è nuoto da mie braccia. Onus impar meis viribus. Huc pertinent illa Petrarchæ;

> *Ma tati, grida il fin; che farle onore*
> *E d'altr'omeri soma, che da' tuoi.* Et alibi;
> *Ma truouo peso non dalle mie braccia,*
> *Ne opra da polir con la mia lima.*

Non è peggior lite, che tra sangue, e sangue. Acerba consanguineorum bella. Iuxta illud; Acerba bella fratrum; de quo Parœmiogra. & Aristote. Politic. lib. 7.

Non è tempo da dar fieno a oche; da stare a por porri; da dire al cul, vienne. Dormitandum non est. Cunctandum non est.

Non gli torcerei un pelo. Ne tenuissimè quidem læserim. Cice.

Non ha'l palio, chi non corre. Non coronatur, qui non certauit. Ex loco D. Pauli notiss.

Non intendo gerghi. Dauus sum, non Oedipus. Teren.

Non istà ben fare a' bambini. Quod semel placuit, ampliùs displicere non potest. Iureconsultorum axioma uulgatiss.

Non lasciò chiodo, ch'e' non ribattesse. Ad omnia sigillatim respondit.

Non l'empierebb' Arno. Dolium inexplebile.

Non lo caccereSti dell'orto. i. Ex horto non expellas. In simili sententiâ est apud Parœmiographum; σιληνὸς ἀλκιβιάδου. i. Silenus Alcibiadis. Alij Græco conferunt nostrum illud; *Brutto buono.*

Non lo camperebbe l'uouo dell'Assensione. Funditus perijt. De eo actum est.

Non l'ho su'l mio Calendario. Nec de facie quidem noui. Non est inter nos familiaritas.

Non lo vorrebbe veder dipinto. Ne nomen quidem eius audire velit.

Non mi morse mai cane, che io non hauessi del suo pelo .i.

Nemo impunè abijt, qui me ausus sit lædere.

Non se gli cauerebbe una lente per taglio. Pumex non æquè est aridus, atq; hic est. Plau. in Aulu.

Non si può dir peggio, che dire ingrato.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

Non si và in Paradiso col guancialino. Non est ad astra mollis è terris uia. Sene. Theocritus generatim; χαλεπὰ τὰ καλά. i. Difficilia, quæ pulcra.

Non sono ne carne, ne pesce. Factus sum vespertilio, neque in muribus planè, neque in volucribus. Noni. in u. Vespertilio. Nec animans, nec inanime. Parœmiogr. Item; Neque intus, neque foris. ex Irenæi lib. 1. cap. 9. vbi eius origo. Et in fine inquit. Simili figurâ dicunt hodie, neque caro est, neque piscis.

Non t'allego morti. Absenteis testes non memoro. Plau.

Non ti distender più, che l lenzuol non è lungo. Messetenus propriâ viue. Ex Persij Satyr. 6. *Fa il passo secondo la gamba*; pro eodem vsurpatur. Vide supra.

Non tiene a mente dalla bocca al naso. Proprij nominis obliuiscitur. Parœmiographus.

Non ti fidar del tempo sereno. Prosperitati ne fidas.

Non ui restò nè can, nè gatta. Ne Samnione quidem domi relicto. Ex Teren.

O

Ogni aiuto è buono. Multæ manus onus leuius reddunt. Parœmiogr.

Ogni dì non è festa. Non semper sunt Saturnalia. Sene.

Ogni huomo, che sà lettere, non è sauio. Extat etiam apud antiq. Mytholog. i.

Non sapiens est, quicunque nouit literas.

Ogni ritto ha il suo riuerso. Omnium rerum vicissitudo est. Teren.

Ognun ha rigoglio in casa sua. Gallus in suo sterquilinio plurimùm potest. Sene. in Ludicro.

Ognuno stà mal dell'arte sua. Suæ quemque fortunæ pœnitet. Cice. Nemo viuit suâ sorte contentus. Et in proposito non admodum dissimili.

Ognun ha buona moglie, e cattiu'arte.

Ognun ragiona volentieri, dell'arte sua. Tractant fabrilia fabri. Hora.

Nauta de ventis, de tauris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, pastor oues. Propertius lib. 2.

O serui, come seruo,
O fuggi come ceruo.
Aut serui, vt seruus, aut fuge, ut ceruus.

P

la Palla è balzata sul nostro tetto. Res in nostro foro uertitur.

la Pania non tenne. Dolus non successit. Insidiæ euanuerunt.

ne Parlo, come per arte. Io ne saprei leggere in cattedra. Et obscuriùs; *Chi uien dalla fossa, sà, che cosa, è l morto,* Et Florentiæ; *Chi è stato de' Consoli, sà, che cosa è l'arte.* Expertus loquor. Sene. in Thyeste.

il Pa-

il Pasciuto non crede al digiuno. Satur ieiuno non credit.

le Passioni accecano. i. Affectus animi mentis occæcat oculum. Hoc aliqui cum Homoteleuto speciatim;

Male il dritto, e ver mira.
Amor, sdegno, odio, & ira. De Amore Ouid. Epist. 5.
Quid deceat, non videt ullus amans.

il Peccato accieca. Scelera non habent consilium. Quintil. lib. 7.

Pel bel tempo sa ire ognuno. Tranquillo quilibet gubernator. Sene. in Epist.

Perduti i buoi serra la stalla. Re comesâ rationem putat. Plau. μετὰ τὰ πράγματα προμηθεύς. i. Post facta Prometheus. Apostolius. Clypeum post uulnera sumit. Ouidius.

tu Pianti una vigna. Aliam rem agis. Teren.

Pigliare a domar puledri, &c. Hai preso a domar puledri; a dirizzare il becco a gli sparbieri, a menar l'orso a Modana, a piallar quercinoli. Prouinciam cepisti duram. Teren.

Pigliare il panno pel verso. Tu hai preso il panno pel uerso. Scisti uti foro. Teren.

Pioueràֶ, pioueràֶ, e poi nascerà vn fungo. Ponza, ponza, e poi la farà femmina. Et in proposito non multùm dissimili. *Aprite Calimara.* (ab antiquis dicebatur *Calimala*) prouerbium Florentinum.

Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Hora.

Più astuto d'vn famiglio d'Otto. Dictum Florentinæ plebis. Versutior, quàm rota figularis. Plau. in Epid.

Più perduta, che l'anima del Giudeo. Tam periit, quàm extrema faba. Festus.

Più pouero di Don Vincenzio. Iro, uel, Codro pauperior. Parœmi.

la Pouertà guasta i disegni. Paupertas consilia dirimit.

la Prima scodella piace a ognuno. Quod ἀπλῶς. *A ognuno piace il comandare.*
Natura mortalium auida est imperij.

Può andar con il viso scoperto. Est homo integræ frontis. Ex l. Quæsitum. ff. de Testi.

Puoi dormire con gli occhi chiusi, con l'animo riposato. Potes in utramuis aurem dormire. Teren.

Q

Qualche santo ci aiuterà. Fata viam inuenient.

Quando tu hai la palla in mano, sappile dare. Cum res in tuo foro vertitur, rectè utere. Ex Plau.

Quel, che ha da esser, non può mancare. Fatum immutabile.

Quest'è vn'altro par di maniche. Quest'è un'altra minestra. Non est par ratio. Ex Iurecoss. dictis.

Quest'è un male, che si da a tutti. Vitium commune est omnium hominum. Teren. Nec longiùs abest illud Hora.

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem. Saty. li. 2. Ecl. 3.

Qui giace Nocco. Quest'è l chiodo, che bisogna battere.
Hoc opus, hic labor. Virgil.

R

Ragioniam d'Orlando. Missa hæc faciamus. Teren.

Rubar l'oca, e lasciar le penne. Nucleum sumere, pignori relinquere putamina. Ex eo Plau. in Captei. Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

S

Io Scriuerò in lettere d'oro. Clauo trabali istud beneficium figam.

Sempre si dice piu, che'l non è. Fama mendacio gaudet. Tertullianus. Et Ouid. 9. Metamorph. --- Fama veris addere falsa

Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

Senza l'aiuto di sopra non si puo far nulla. Sine ope diuinâ nihil valemus.

Se vuoi saper quel, che ha da essere, guarda quel, ch'è stato. Ex præteritis futura collige. Huc pertinet Distichum;

Quod sequitur, specta, quodq; imminet, antè videto.
Illum imitare Deum, partem qui spectat vtramque.

Si ha a render conto del tempo perduto. Tempus nullum infructuosè transigendum. Coluan. Aliqui in hoc proposito.

Il perder tempo, a chi piu sa, piu spiace. Ex Dant. Purg. Cant. 3.

T

Tanto và la gatta al lardo, ch'ella vi lascia la zampa.

Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit. Sen. in Herc. Fur.

Sed illud Sapientis clariùs fortasse nostri sententiam reddit. ἡ καταστροφὴ τῶν παρανόμων κακή. i. Exitus legem violantium malus est. Venetijs in simili proposito inquiunt; *Tanto va la zara al pozzo, ch'ella vi lascia il manico. Zara* ipsis est, quæ a Florentinis dicitur *Secchia*. i. Situla; a Bononiensibus *Calcedro*; de qua sup. pag. 30.

Tempo perduto non si racquista mai. i.

Frustra actum tempus recuperari non potest.

Tratto il sasso, coprir la mano. Infixo aculeo, fugere. Parœmiogra.

Trouò il Diauol nel catino. Cœna comesâ venit. Varro.

Truouomi a cattiuo partito. Sono in mal termine. Meæ copiæ in arctum coguntur. Terent.

Tutti i fiumi escono in mare. Omnes fluuij in mare egerunt. Nullus est fluuius, quem non recipiat mare. Ex eo Plauti in Curcul.

Quis nam hic fluuius est, quem non recipiat mare?

Tutti non possiamo esser Dottori. i. Mercurius è quouis ligno non fingitur. Ex Adag.

Tutti siam della medesima massa. Natura omneis homines æqualeis genuit. D. Gregor. Moral. lib. 21.

Tutti siam nella tramoggia. Omnium versatur vrna. Horat.

V

Vede di la da' monti. Lynceo perspicacior. Plin. lib. 2. cap. 27.

Vna noce in vn sacco non fa romore. Vnus homo non facit ciuitatẽ. Parœmiog.

Vn da se, non può far nulla. Vir vnus nihil insigne præstiterit. Vnus vir, nullus vir. Recenset Coluand.

Vn fa male a cento. Vnius peccatum tota ciuitas luit. Parœmiographus. Nec longiùs illud Publij Syri.

Ingratus vnus miseris omnibus nocet.

Vn peccato tira l'altro. Transgressio transgressionem trahit. Godofred.

Voglio cauarmi questa maschera. Certum est id experiri. Teren.

Vorrei esserne digiuno. Quod feci, factum nollem.

Vsa col buono, e sta ben col rio. i.

Vtere probis, nec sis inimicus improbis.

Vscir pel rotto della cuffia. Quod etiam Brunet. in Epitaph. *Vscir pel rotto del sacco.* Impunè abire. Teren.

Si quis horum maiorem partem pro Adagijs accipere nolit, accipiat corollarij uice; orichalcum enim pro auro venditare non est nostræ sententiæ.

Italorum Dicta Prouerbialia per Latinorum Adagia, vel Phraseis explicata.

Abbracciar S. Piero. Inficias ire.
A bello studio. Deditâ operâ. Consultò.
A bocca baciata. Obuiis ulnis. Vt si de merce dicamus; *Per tanto sarà presa a bocca baciata.* i. Tanti obuijs ulnis emetur. Notat Pescettius.
A capello. A corda. A penn', e calamaio. Ad amussim. Examussim. Ad unguem.
A dispetto di mare, e di vento. Dijs, hominibúsque inuitis.
A duo partiti. Et lusores; *Ti sarà giuoco forza.* Velis, nolis.
A gagliarde giornate. Firmo progressu (verba Cn. Pōpeij ex epistolâ quadam ad L. Domitium) locutio militaris est, ualétque Magnis itineribus. Nam firmus progressus μεταφορικῶς appellatus est, ut nos quoque patrio sermone, cum idem significare uolumus, *A gagliarde giornate* dicere consueuimus. Victo. varia. lect. lib. 4. cap. 15.
Aggirare uno. Aliquem circumuenire.
Aguzzare i suoi ferruzzi. Omneis neruos intendere.
Aiuto, e non consiglio. Re opitulandum, non uerbis.
Alla buona di Dio. More Romano.
Allegrezza di pan caldo. Pyraustæ gaudium.
Alzar la voce per nonnulla. In nugis Tragœdias agere.

Aspettare, e non venire;	Morari, qui non veniat;
Stare in letto, e non dormire;	Cubare, si non dormias;
Seruire, e non gradire,	Seruire, cui non placeas,
Son tre cose da morire. i.	Tria sunt molestissima.

De morâ hæc uulgò feruntur; Fames, & mora bilem in nasum conciunt. Plaut. Omnis mora, quantumuis pusilla, longissima videtur. Coluand.
Anche noi siamo stati scolari. Et nos manum ferulæ subduximus. Ex Iuue. Et alicubi in Galliâ Cisalpinâ. *Anche noi auiam mangiato il pan de putti.*
Andare alla mazza. Bellerophontem esse. Ex eo Plauti; Bellerophontem facere.
Andar col calzar del piombo. Sūmis ingredi pedibus. Antiquiores dicebant. *Andar co' calzari del piombo* Brune. in Epita. In hanc sententiam D. Chrysost. τὴν σπάρτην πρὸς τὸν λίθον ἄγειν. i. Funiculum ad lapidem admouere. Curam. s. omnem adhibere. Homi. 35. in priorem Epist. ad Corinth.
Andare alle Giubbette. Coruos in cruce pascere. Ex Horat. *Giubbette* utitur Dantes Infer. cant. 13. Est autem vox origine Gallica, ut testatur Perionius, inquiens; Furcas, & cruces, in quas sontes aguntur, *Gibet* nominamus.
Andar pezzendo. Quod Dant. Parad. c. 6. in fi. dixit, *Mendicare a frusto a frusto.* Ostiatim sibi victum quærere.
Andarsene preso alle grida. Andarsene con la piena. Vulgi rumorem sequi. Cum uulgo facere. Plurium sententiam sequi.

Aprir

Aprir la bocca secondo i bocconi. Scenæ inseruire. Cice.
Appiccar zana. Fucum facere. Terent. Nostro vtitur inter alios non semel antiquus Mythologista.
Appoggiarsi male. In caducum parietem inclinare.
A quattr'occhi. Sine arbitris. Gilb. Cogn. Remotis arbitris.
Ara diritto. Rectam insistes uiam.
A ogni piè sospinto. Tertio quoque verbo. Nostro utitur etiam Bruner.
Auere il suo intento. Sua sperata consequi. Plaut. in Astraba.
Auer delle taccherelle. Alicui culpæ affinem esse.
Auere scrupolo. Io ci ho scrupolo. Id mihi in religionem venit. Hoc mihi religioni uerto.
Auere in su la punta della lingua. Hærere in primoribus labijs. Versari in labris primoribus. Plaut. in Trin.
Auere in su le corna. E' l'ha in su le corna. De eo malam opinionem imbibit.
Auer la gambata. Excidere vxore. Teren.
Auer la zecca. Che pensi, che io abbi la zecca? Censes, me vicem ærarij præstare? Sallust. Hist. 3.
Auer le traueggole: quod etiam Brunet. in Epita. *Ha gli occhi fra' peli.* Lolio victitat. Plau. in Mili. glo. χροντκαὶ λῆμαι. i. Saturniæ lemæ. Parœmio.
Auer più in odio del mal del capo. Odisse æquè, atque angueis. Plau. in Merca.
Auer l'occhio a' mochi. Sibi rectè prospicere.
Auuezzo alla scarmaglia. Patiens pulueris, atque solis. Hora.
Banchetto da Re. Cœnæ Deorum. Hora.
Buio, come in gola. Cimmeriæ tenebræ. Lact. Diui. Insti. lib. 4.
Buon pasticcione. Tam placidus est, quàm est aqua. Plau. in Mostell.
Cader nella trappola. In laqueum incidere.
Calarla, Barbarla. Manticulari. i. Fucum facere. In aliquem tragulam inijcere.
Capone. Egli è un capone. Duræ ceruicis homo.
Cascar di collo a chichessia. Ex alicuius gratiâ excidere.
vn Ceruellino, una frasca. Plumâ leuior. Plau. in Men.
Chiacchiere, e baie. Ciancia fuscole. Brunet. in Epita. Tricæ, Apinæ. Siculæ nugæ. Gerræ. Hiberæ næniæ. D. Hierony. Persolæ nugę. Plau.
Chiantarla a uno. Alicui fucum facere.
Chiude gli occhi a ogni cosa. Omnibus dormit. Ad omnia conniuet.
Cimato, e bagnato. Mala mens, malus animus. Teren.
Col nome di Dio. Bonâ salute. Cato de Re rusti. Dijs auspicibus. Dijs fauentibus.
Comperar gatta in sacco. Merceis in folle emere. Ex Callistrato l. Cum seruus. π. de Conditi. & demonstrat.
Contr'al suo genio. Inuitâ Mineruâ. Horá.
Con l'arco dell'osso. Neruis omnibus. Manibus, pedibúsque. Cice. Teren.
Contrastar con la natura. Contra torrentem niti.
Correr dietro, a chi fugge. Volantia sectari.
Cose da dirle a ueggbia. Ancillarum lucubratione digna. Vide etiam sup.
Cose da forche. Capitale facinus. Plau. in Merca.
Che questo vino mi sia veleno. Sit hoc mihi Agamemnonium poculum. Ex Adag. Agamemnonium poculum.

Da

Da di ceffo in ogni cosa. Omnia naso suspendit adunco. Hora. De quo etiam Brunett.

gli Da il cuore. Gli basta l'animo. Gli basta la uista. Non gli crocchia il ferro. Animus valet. Sallu.

Danari Santo Padre. Ratio apparet, sed argentum deest.

Da poi che'l mondo è mondo. Post hominum memoriam.

Dar che dire alla brigata. Populo sermonem dare.

Darebbe fondo al Tesoro di S. Marco. Vel Croesi, seu Crassi diuitias prodigeret. Eodem pertinet; *Darebbe fondo a una naue di sughero.*

Dare in su le mani. Aliquid alicui interdicere.

Dar le prese. Optionem dare. Latini passim, mutuati a Græcis, qui inquiunt, αἵρεσιν δοῦναι, ut in secundo libro notatum est. p.88.

Dar nel plebeo. Dar nel basso. De fæce haurire.

Darsi alla disperazione. Impatientiæ manus dare. Boëth.

Darsi di monte Morel nel capo. Totâ viâ errare. Brunett. in Epitaphio dixit; *Darsi in testa di monte Morello.*

Darsi a uno in carne, e in ossa. Se alicui totum tradere. Cic.

Darui dentro. Tu ui hai dato dentro. Scopum attigisti. Rem ipsam putâsti. Teren. Rem acu tetigisti. Plau.

Di buona pasta. Oleo tranquillior. Plau.

Di buono inchiostro. De meliori notâ. Quod dictum quid sibi uelit, & vnde originem traxerit, explicat Turnebus in principio Aduersariorum.

la Dice in sei modi. Aliud stans, aliud sedens. Sallust. uel potius Pseudosallu. in Cicero.

Dio ce ne guardi. Deus mala auerruncassit. Lucil. lib. 26.

Dio ti dia a far bene. Deus tua uota secundet.

Dio ci aiuti, egli che può.
Votum secundet, qui potest, nostrum Deus. Senec.

Dire una carta di uillania. Dire una villania da cani. Dare una buona sbrigliatura. Risciacquare a uno il bucato. Brunet. *Cantare il vespro Ciciliano.* Mala multa ingerere. Grauibus contumelijs afficere. Malè verbis accipere. Pipulo aliquem differre. Plau. in Aulu.

Distendersi secondo i panni. Pro opibus mœnia efficere. Plau. in Sti.

Donna di mondo; di malaffare; di partito, Pudicitiam habet in propatulo.

Dormir con l'animo riposato. Sine omni curâ dormire. Plau. in Trin.

Douentare un'agnellino. Mansuetum reddi. Plau.

Ecci si buio? Dubiúmne id est? Teren.

Ecco lo scompiglia. Insana laurus adest. Parœmiog. ex Plin.

E' in frega. Satyrion bibit. Petroni. Arbiter.

Entrare in battaglia. In arenam descendere.

Era ordinata così. Auea a andar così. Sic erat in fatis.

Essere in su'l materassino. Stare in extremâ tegulâ. Sene. De summè periclitantibus.

Esser nelle medesime peste. In eodem ualetudinario iacere. Vide sup.

Esser nel pecoreccio. In fermento iacere. Plau. in Merca.

Esser per la buona. Rectam uiam instare.

Esser l'oca. Tu se l'oca. Ilicet. De te actum est. Perijsti. Teren.

Essere

Essere a buon porto. Noi siamo a buon porto. Res est in uado. γῆν ὁρῶ. i. Terram video. Brassica. & Parœmiog. ex Diogene Cynico.
Esser vna bestia. Tu se vna bestia. Nullus in te sensus humanitatis.
Fa il brauo a noto. Extra periculum ferox.
Fai sopr'alla tua pelle. De tuo ludis corio. Ex Apuleij Asino.
Fai per te. Tibi aras, tibi occas. Plau. in Merca.
Far capolino. Ex insidijs clanculum aucupare. Plau. in Asina.
Fare a coccarsi. Latrunculis ludere. Sibi mutua conuitia ingerere.
Fare a gioua gioua. De suo iure aliquid remittere. Non agere summo iure.
Far le lustre. Fingere; simulare. Antiquiores dixerunt; *Far la lustra.* Brunett. in Epitaphio.
Fare il suo douere insino a un quattrino. Ornare aliquem ex suis uirtutibus. Terent. sup. p. 316.
Far risentire il gusto; L'appetito. Saliuam mouere. Sene.
Farsi la ragion con l'accetta. Lege manuum ius dicere.
Ficcare il chiodo. Gradum figere. Parœmiog.
Fiuta ogni cosa. Canis uenaticus.
Far tempone. Indulgere genio. Persi. & alij. Parœmiogr.
Far fardello. Conclamare vasa. Conuasare. Cœli. Rhodigi.
Fuggire il ranno caldo. Laborem subterfugere. Cornifici. ad Herenn.
Gettare il guanto. Quod simpliciter; *Sfidare.* Mappam mittere. Sueton. in Nero.
Gettarsi alla disperata. Extremam fortunam experiri.
Giuoco di poche tauole. Negocium curæ non longioris.
Gola d'acquaio. Charybdis, Barathrum.
Gridare a uoto. Frustra clamare; Incassum vociferari. Vtitur etiam Dant.

Flegias, Flegias, tu gridi a uoto. Inf. cant. 8.

Guastando s'impara. Errando discitur.
Guastarsi sul buono. In medio cursu subsistere. Pescettius.
Guidare, vel, *Mandare alla Mazza.* Bellerophontem facere. Plaut. in Bacchid. In transennam inducere. Idem.
Guarda la gamba. Nullâ ratione. Nequaquam. Deus auertat. Vox recusantis aliquid facere.
Iddio dà, Iddio toglie. Deus utramque paginam facit. Ex Plinij loco de Fortunâ lib. 2. c. 7.
Imbecherare. Subornare. Varchius in Herculano.
Infilzarsi da se. Sibi mali fontem parere.
Io ne tengo. Emendus, cui imperes. Plau.
Lasciar nelle peste. Sub cultro linquere. Ex Horat.
Leuar dal mondo. Leuar dal libro de' uiuenti. Ex fastis euellere. Cice. Pro P. Sextio.
Mancar per via. Cadere in cursu. Tulli.
Mandare a gambe leuate. Funditus perdere. A stirpe euertere. Sallu. in Histo.
Mangiu la notte. Dicitur ad idiotis in eodẽ proposito, ac diceretur a literatis;

Millia frumenti tua triuerit area centum;
Non tuus hoc capiet uenter plus, quàm meus. Hora.

Menar la mazza tonda. Nullius rationem habere. Nemini parcere.

Merita mille forche. Non uno culleo dignus.

ti s'è Messo a bottega. Ad negocium toto pectore incumbit.

Mettere in un mazzo ogni cosa. Vno fasce omnia complecti.

Metter mano in pasta. Ad aliquam rem aggredi.

Metter' una pulce nell'orecchio. Alicui scrupulum inijcere. Teren. Nostro etiam vtitur Brunet. in Epitaph.

Miglior huomo del mondo. Omni exceptione maior. Iurecosſ. passim.

Mostrare a dito. Medio demonstrare.

Musica de' Diauoli. Zolfa de gli Ermini. Symphonia discors. Ex Hora.

Nato nella Falterona. E quercubus, vel, E saxis natus. Pescett.

Non ha due spanne di terra. Pedem vbi ponat, non habet.

Non c' è niente di rotto. Omnia integra.

Non c' è paragone. Nihil ad Persium.

Non esser per la buona. Extra callem esse. Dantes non dissimiliter

-- *la traccia nostra è fuor di strada.* Para. cant. 8. in fi.

Non fui de gli eletti. Non eram in hoc albo. Plin.

Non ho a cauarne ne ben, ne male. Mihi isthic nec seritur, nec metitur. Plaut.

Non ho, che perdere. Ne tempestas quidem nocere possit. Cice.

Non ne trouar ne capo, ne coda. Non ne trouerebbe il bandolo Vacquattù. Lex Africani. Vsurpat Iason in l. Quæ dotis. ff. Solu. Matri.

Non ne va se non danari. Non capitis, sed pecuniæ res agitur.

Non portar groppa. Et Brunettus; *Non tener groppa.* Iniurias pati non posse. Ex Teren.

Non sa, ch' io sia al mondo. Me natum non nouit.

Non si puo piu credere à nessuno. Nusquam tuta fides. Virgil.

Non son di ferro. Caro mea non est ænea. Iob. 6.

Non sono ancor morto. Io sono ancor qui. Nondum omnium dierum sol occidit.

Non ti direbbe una torta parola. Ne grauiori quidem verbo te appellârit.

Non vale un pel di puttana. Ignauior muliere. Plau.

Iactator absque errore non potest loqui.

Non fare a me
Quel, che non vuoi per te. i.
Quod tibi fieri non vis, mihi ne feceris.

Non flagellare il morto,
Non litigare il torto. i.
Ne insultes mortuum; ne iniusta litiges.

Græci etiam dicebant νεκρὸν μαστίζειν. i. Mortuum flagellare; si quis vitâ defunctum insectaretur, ac laceraret. Notat Paræmiograph.

Non metter bocca,
Doue non ti tocca. i.
Ne tractes de illis, quæ nihil ad te attinent.

Huic affine illud è Terentij Hecyrâ in curiosum percontatorem.
Tua quod nihil referat, percontari desinas.

Non si glorij pria l soldato,
Che abbia scinto la spada da lato. i.
Ne glorietur miles, quoad ensem gerit.

Si quis doloribus, vel curis grauibus immersus, e. g. in aliquo commercio ab amicis oretur, vt cum alijs hilariter genio indulgeat; ipse, qui maximè se afflictari sentit, omnem mæstitiæ culpam tribuens curis, ita respondere solet;

Non si puo cantar bene,
Se dal cuor non viene. i.
Dolente corde, alacriter non potest cani.

Hoc vtique primitus inuentum, ac prolatum fuit ab aliquo, qui diu liteis magnâ fortasse cum suâ iacturâ, sine dubio cum molestiâ non mediocri exercuerat.

Notai, birri, e messi,
Non t'impacciar con essi. i.
Viator, scriba, lictor absint tibi procul.

Nozze, e magistrato

Dal cielo è destinato. i.

Vxor, magistratúsq; dantur cœlitus. **O**

Odi, vedi, e taci,

Se vuoi viuere in pace. i.

Audita, visáq; taceas, volens quietè viuere.

Quòd verò in dictionibus, *taci*, & *pace*, antiquitus esset Homœoteleuton, probant clarissimi viri in suis Adnotationibus ad Decame. Boccacij in Fab. 20. Adde si vis, ex Gilb. Cognato. Lucianus ἐν ἄλλῳ: ἄκουε, σίγα. i. Audi, tace. Zeno Citticus adolescentem, multa temerè garrientem hoc dicto corripuit. Ob id binas habemus aureis, os vnicum, vt plurima audiamus, loquamur paucissima. Et alium: Aures tuæ in linguā defluxere. Submonens sapientis esse audire multa, loqui pauca. Cætera vide ibi.

Apophthegma.

Oggi in figura,

Domane in sepoltura. i.

Vt flos stamus hodie, vt vmbra cras iacebimus.

Ogni nuoua Signoria

Porta seco gelosia. i.

Omne nouum regnum suspicionem secum habet.

Ogni fiore

Al fin perde l'odore. i.

Odore tandem flos omnis destituitur.

Ogni ver detto

Non è ben detto. i.

Non omnia, quæ sunt vera, rectè dixeris.

Effertur etiam breuiùs. *Ogni ver non è ben detto.*

Onestà di bocca

Assai vale, e poco costa. i.

Est parui honesta loqui, prodéstq; plurimùm.

Onor con danno

Al Diauol l'accomando. i.

Honorem cum iacturâ nequaquàm probo. **P**

Padoua grassa,

Bologna la passa. i.

Patauium opulentum: opulentior Bononia.

Patto chiaro,

Amico caro. i.

Cum fiunt pacta clara, amicitia manet.

Hinc prouerbiale præceptum.

Con ognun fa patto,

Ma con l'amico quattro. Item;

Conti chiari, amicizia lunga.

In eos, qui suis impensis, vel laboribus populo delectationem afferre gaudent, Comœdias, Tragœdias, aut publicos ludos agenteis, a quibusdam seuerioribus iaci solet hoc dictum.

Pazzo è colui,

Che strazia se, per dar diletto altrui. i.

Stultus vtique est, qui se angit, vt alteri voluptatem afferat.

Eodem

Eodem pertinet;

I pazzi fanno le feste, e' sani le godono.

Peccato celato,

E mezzo perdonato. i.

Peccati occulti dimidium remittitur.

Peccato confessato,

E' mezzo perdonato. i.

Culpam fatendo pœnæ dimidium auferas. Eodem pertinet;

Toglie rigore il confessar la colpa.

Pena patire per bella parere. Et cum Homœoteleuto.

Chi vuol bella parere,

La pelle del viso gli conuien dolere. i.

Volens videri faciem pulcra, genas dolet. Item;

Grand'e grossa mi faccia Dio,

Che bianca, e rossa mi farò io.

Sunt utique ista (non inficias eo) quarundam Italarum mulierum dicta. Sed quantùm vel a vulgi fæce huiusmodi instituta, morésque probētur, ex his, quæ in vilissimis cerdonum tabernis ab humillimo popello passim iactantur, cognoscas, licet;

Femmina d'abito adorno,

Balestro attorno.

Donna, che si liscia,

Vuol far altro, che la piscia.

Et planiùs: *Ch'imbianca la casa, la vuole appigionare.* Quibus optimè, congruit dictum illud Aristippi; γυνὴ τὸ πρόσωπον κοσμουμένη, τὴν τῆς ψυχῆς ἀμορφίαν ἐμφαίνει. i. Mulier os exornans, animum deformem indicat. Recenset Antoni. Mona. Nec longiùs abesse videtur parœmia, a Synesio non semel vsurpata; οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψιλίζεται. i. Nemo comatus, qui non præciditur. Vide Parœmiographos. Hoc dixi, ne omnibus crimini detur, quod aliquibus peculiare est. Nam iniurium fuit, scriptorē illum mihi ἄῤῥητον tali uitio omneis mulieres Italas insimulâsse. Ei tamen suo carmine occinere possum:

Parcito paucarum diffundere crimen in omneis.

Penna, e stola

Presto viene, e presto vola. i.

Penna, stoláque citò venit, citóque abit.

Poca brigata,

Vita beata. i.

Vbi pauca familia, ibi uita beatissima.

Hac parœmiâ significamus, maxima beneficiâ deleri minimâ iniuriâ;

Poco fiele,

Fa amaro molto mele. i.

Parum fellis, multum mellis amarum efficit.

Eodem spectat; *Vn oncia d'Aloè fa amaro dieci libbre di mele.*

Pouertà

Madre di sanità. i.

Ex pauperie orta, illinc seruatur sanitas.

Extat etiam in Epitome Adagiorū Ioannis Vlpij. Indigentia mater sani-

tatis. A medicis sumptum, qui parsimoniam, & ciborum parcitatem cōmendant. Chrysostomus ad animam trahit, qui non corpora solùm ieiunio roborari, sed & animam a uitijs expurgari docet.

Processo, tauerna, e orinale,
Mandan l'huomo allo spedale. i.
Lis, caupo, medicus redigunt nos ad incitas.

Prosperità umana
Sospetta, e vana. i.
Humana prosperitas suspecta, vanáque est. Dicimus etiam.

Di gran prosperità
Poca sicurtà. i.

Q

Videmus plerósque [vacillantis cerebri homines] vernis mensibus, ubi culmi fabacei florere incipiunt, mente alienari, multáque absurda, ac ridicula proferre; quibus nonnunquam sic incrudescit delirium, ut uinculis coërcendi sint. Siquidem, ineunte uere, humores restagnare incipiunt, densísque fumis, ac uaporibus cerebrum afficere, quos cum redolentes fabarum flosculi exacuunt, mentem corripi delirio, furiísque agitari contingit. Hæc Gilb. Cogna. Vnde nostrum adagium;

Quando le faue sono in fiore,
I pazzi sono in vigore. i.
Cum florent fabæ, insanus maximè furit.

Quando Dio vuole,
A ogni vento pioue. i.
Si Deus annuerit, quouis vento pluerit.

Quando la superbia galoppa,
La vergogna siede in groppa. i.
Superbum post equitem humilis sedet pudor.

Quando'l pesce viene a riua,
Chi nol prende, e' torna uia. i.
Cum piscis venit ad ripam, nî capis effugit.

Quanto maggiore e'l figliuolo,
Tanto maggiore e'l duolo. i.
Quo maior filius, eo maior est dolor,

Vide parœmiam; *Chi disse figliuoli*, &c. p. 141.

Iuxta uulgatum dictum, quod Zenodotus citat ex Euripide; πενία τὴν σοφίαν ἔλαχε. i. Pauperies sortita est sapientiam; dicimus etiam nos,

R

Ricchezza, e scienza
Non hanno insieme residenza. i.
Scientia cum diuitijs non bene conuenit.

Ricchezza mal disposta
A pouertà s'accosta. i.
Opes malè dispositæ similes sunt inopiæ.

S

Sauiamente si gouerna,
Chi fugge la tauerna. i.
Sapienter se gerit, qui cauponam fugit.

Se cattiua man non prende,
Canton di casa rende. i.
Malus si fur non rapuit, reddit angulus.

Incerti,

Incerti, an tale quidpiam, cuius exitus propediem expectetur, nobis prosperè, uel infœliciter successurum sit, significantes, id paulo post palàm factum iri, sic dicere solemus;

S' ell' è rosa, ella fiorirà;
S' ell' è spina, ella pugnerà. i.
Floruerit, si rosa est; si spina, punxerit.

Sempre stenta
Chi mai non si contenta. i.
Cui nullus est quærendi finis, nullus est miseriæ modus.

Sen ua la capra zoppa,
Se'l lupo non la'ntoppa. i.
Vel clauda capella abit, in lupum non incidens.

Seruo d'altrui si fa,
Chi dice il suo secreto, a chi nol sa. i.
Sua conferens arcana ignoranti, seruum se illius efficit.

Se tu uuoi uiuer lieto,
Non ti guardar dinanzi, ma di dietro. i.
Si uis læto animo uiuere, retrò respice.

Præceptum hoc subobscurè attigit Horat. Saty. li. 1. Eclog. 1. non longè a fine. Eodem tendunt aurei Philistionis versiculi, de quibus meminit Maximus Mona. in sermone περὶ εὐτυχίας, καὶ δυστυχίας. i. De bonâ, & malâ fortunâ.

λύουσιν ἡμῶν συμφοραὶ τὰς συμφοράς,
παρηγοροῦνται τὰ κακὰ δι' ἑτέρων κακῶν. i.
Calamitates nostræ calamitatibus soluuntur,
Dum aliena mala sunt nostris solatio.

Si come tu farai,
Così aurai.
Qualem sementem, talem messem feceris;

Pittacus hoc filiis monumentum tradidit non longè a nostro diuersum; ἅπερ αὐτὸς τοῖς γονεῦσι δράσεις, τὰ αὐτὰ προσδέχου πάσχειν καὶ αὐτόν. i. Qualem gratiam retuleris parentibus tuis, talem expecta a tuis liberis. Simile cõsilium fert etiam Isocrates Demonico: & Nicocles suis ciuibus in fine suæ orationis. Prædicto affine illud vulgò tritissimum;

Chi ben farà,
Bene aurà;
Ciò per auuiso il Porcellan ui dà.

Siedi, e sgambetta,
E uedrai tua uendetta. i.
Sede, & oscita, cadentémque hostem uideris. Idem valet;

Chi uuol giusta uendetta,
In Dio la rimetta. Et ἁπλῶς, *Chi ha pacienza, vede le sue uendette.* Item de nobis speciatim;

Fiorenza non si muoue,
Se tutta non si duole.

Confer, obsecro, nostra hæc adagia cum illis, quæ generaliter de Italis inquit notus auctor in Præfatione sui libelli. Vel iniuriam, vel conuicium dixeris.

Si uolgon le leggi,
Oue uogliono i Regi. i.
Illuc uertuntur iura, quò reges uolunt.
Suocera, e nuora,
Tempesta, e granuola. i. vt sententiam exprimam.
Nurum inter, & socrum semper odium viget.
Ex Terentij loco notiss. Omnes socrus oderunt nurus.

T

Tal mi ride in bocca,
Chi dietro me l'accocca. i.
Me multi coram laudant, qui clam detrahunt.

Aliquem exhortantes, ut foris potius in corporis ornatu, quàm domi in cubiculorum apparatu elegantiam usurpet, hoc dicto uti solemus;

Tal ti uede il petto,
Che non ti uede il letto. i.
Multi videntes pectus, lectum non uident.
Idem simpliciter; *Tal ti guarda la cappa, che non ti uede la borsa.*
Tante tramute,
Tante cadute. i.
Toties cecideris, quoties immutaueris. Huic non longè dissimile.
Chi baratta,
Imbratta. De quo alibi.

Impensas, quæ bene collocantur, non sumptum, sed quæstum esse, innuit senex Plautinus in Mili. Glori. inquiens -- morus es.

Nam in malâ vxore, atque inimico, si quid sumas, sumptus est.
In bono hospite, atque amico quæstus est, quod sumitur.
Et quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est.
Nos etiam simile quidpiam hoc adagio intelligimus;
Tanto è mio,
Quanto io godo, e do per Dio. i.
Quo fruor ego, vel Dei do gratiâ, id meum est.
Tra la ncudine, e'l marcello
Man non mette, chi ha ceruello. i.
Inter malleum, & incudem, qui sapit, non extendit manum.
Trist'a colui, che crede ristorarsi,
Quando i capei cominciano a'mbiancarsi. i.
Miser, qui se uicturum in ocio putat,
Cum iam senectâ debile caput albicat.
Trist'a colui,
Che da essemplo altrui. i.
Væ illi, cuius exemplum monet alios.
Trist'a colui
Che sta alle mercè altrui. i.
Væ illi, qui alieno pascendus est cibo.

Si quis, aliquam rem nobis pollicitus, fidem fregerit: hoc se purgante, multásque afferente caussas, quas non probemus, uulgò dici solet:

Trist'a quella Musa,
Che non sa trouare scusa. i.
Væ illi Musæ, cui deest commentatio.

Tu mi conoscerai,
Quando non m'aurai. i.
Tunc me cognoueris, cum me non habueris.
Tutte le bocche
Son sirocchie. i.
Nulli palato displicent suaues cibi.

V

Venezia
Chi non la vede, non l'apprezia. i.
Videns Venetias, non stupere non potest.

In quod argumentum ego oculatus testis, hoc Hexastichum de improuiso exaraui.

Non Spartam, aut Ephesum quisquam, diteisve Mycenas,
Contulerit sapiens, Adria celsa, tibi.
Clara hæc diuitijs, templis ea, legibus ista;
Vna opibus, templis, legibus ipsa nites.
Iure igitur de te concors gens Itala iactat;
Venetias cernens, nemo stupore vacat.

Vnione
Più forte di bastione. i.
Concordia magno quouis aggere tutior.
Vn vizio non punito
Suol crescere in infinito. i.
Impunitas parere solet insolentiam.
Vouo senza sale
Non fa ne ben, ne male. i.
Ouum salis expers neque prodest, neque officit.

Hoc uulgi dictum nihil amplius valet, quàm quod verba simpliciter sonant.

Præter adagia, quę supra de infrascriptis argumentis alia alibi sparsim prolata, atque explicata sunt, uulgò iactantur etiam hæc, quæ pauca ex innumeris modò afferam ad ostendendam speciminis gratiâ in omni argumento ingentem Italici sermonis vbertatem.

Prouerbia, quæ pertinent ad Annum, & ipsius parteis cum Præceptis Agriculturæ, ac tempestatum Prognosticis.

A

Agli vlivi vn sauio da pie', e vn pazzo da capo. Huic aliquâ ex parte respondet illud Columellæ lib. 6. vt paroemia iactatum; Qui arat oliuetum, rogat fructum; qui stercorat, exorat; qui cædit, cogit.

Alla prima acqua d'Agosto
Pouero gentil'uomo or ti conosco,

Sexti-

Sextilis imber primus, index pauperis.

Anno fungato,
Anno tribolato. i.
Copia fungorum, certa malorum copia.

Anno ghiandoso,
Anno cancroso. i.
Glandibus abundans annus, execrationes excitat.

Anno neuoso,
Anno fruttuoso. i.
Niuosus annus multos fructus indicat.

Aprile,
Dolce dormire. i.
Aprili mense somnus est dulcissimus.

Aprile piouoso,
Maggio ventoso,
Anno fruttuoso. i.
Aprilis pluuius, ventosúsque Maius copiam indicant.

Arco da sera
Buon tempo mena;
Arco da mattina
Riempie la marina.i.
Vespere serenum, mane Iris pluuiam indicat.

Optimè congruit nostrum hoc prouerbium cum illis, quæ tradit Gratarolus, vbi agit de Iridis, siue arcus prognosticis. Si circa occasum refulserit, tonabit, & leuiter pluet: si ab ortu circa vesperum surrexerit, serena promittit.

Aria rossa,
O'lla piscia, o'lla soffia. i.
Aër rubeus aut imbrem, aut ventos indicat.

De hoc Plinius lib. 18. cap. 35. agens de præsagijs, quæ a sole capiuntur. Concauus oriens, pluuias prædicit; item ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt: quòd si & nigræ rubentibus interueniant, & pluuias.

A San Bernabà,
Il più lungo dì della stà. i.
Longissimus anni festus Barnabæ dies.

A San Bernabà,
La falce al prà. i.
Secantur prata festo Diui Barnabæ.

A Sant'Vrbano
Il formento ha fatto'l grano. i.
Vrbani festo granum emisit triticum.

A San Valentino,
Primauera è uicino. i.
Festo die Valentini prope ver adest.

B

Babbo di faua, e figliuol di lino, non fu mai buono. i.
Nec patrem fabæ, lini nec probo filium.

Bruma oscura
Tre dì dura;
Se vien di trotto,
Dura più d'otto. i.
Obscura bruma tribus diebus permanet;
Veniens citò, longiori durat tempore.

C

Chi dorme d'Agosto,
Dorme a suo costo. i.
Qui mense Augusti dormit, cum suâ iacturâ dormit.

Hesiodi præceptum optimè congruit huic nostro dicto:

φεύγειν δὲ σκιερὸς θώκους, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον
ὥρῃ ἐν ἀμητῦ, &c. i.
Fugito verò vmbrosas tauernas, & ad auroram cubile
Tempore messis.

Chi pone, e non custode
Spende, tribola, e poco gode. i.
Qui posita non custodit, impensis exhaustus angitur.

Chi pone il cauol d'Aprile,
Tutto l'anno se ne ride.

Palladius non omnino reprobat serere brassicam mense Aprili; sed magis approbat Septembri. De Aprili lib.5. Hoc etiam mense ultimo, & prope uerè transacto brassicam serere possumus, quæ cauli seruiet, quia cymæ tempus amisit. De Septembri lib.10. Tempore hoc brassicam seres utiliùs, ut plantas eius Nouembri inchoante transponas: de quibus & hyeme olus, & uere possit cyma produci.

Chi vuole auer del mosto,
Zappi le viti d'Agosto. i.
Sextili fodiat viteis, qui vinum cupit.

Chi uuole il buon rapuglio,
Lo semini di Luglio.

De hoc Palladius lib.8. Hoc mense (agit de Iulio) loco irriguo napos seremus, & rapa solo putri, & soluto, nec spisso.

Chi vuole 'ngannare il suo vicino,
Ponga l'uliuo grosso, e'l fico piccolino. Sententia est;
Ponatur olea crassa, ficúsque paruula.

D

Di buona terra to' la vigna,
Di buona madre to' la figlia. i.
Eme bonæ terræ uineam, iunge bonæ matris filiam.

Di Settembre,
La notte, e'l dì contende. i.
Aequalis nocti mense Septembri dies.

F

Fango di Maggio, spighe d'Agosto. i.
Sextili metitur, mense si Maio pluit.

Faua, e mela
Con l'acqua allega. i.

Fabæ, malíque satio gaudet imbribus.

Fra le tre, e le quattro
Il tempo è guasto. Et pleniori sententiâ;
Se'l gallo canta fra le tre, e le quattro,
Il tempo è guasto.

Galli cantus in nocte citiùs, quàm soleat, mutationem aëris, aut ventum ostendit. Gratar.

G

Gennaio, e Febbraio
O empie, o vota'l Granaio. i.
Ianus, Februúsque implent, vel vacuant horreum.

Gennaio fa'l peccato,
E Maggio n'è ncolpato. i.
Ianuarius errat, Maio culpa tribuitur.

Gennaio fa'l ponte,
E Febbraio lo rompe. i.
Pons mense Iani factus, Februi rumpitur.

Gennaio
Ouaio. i.
Innumera mense Iani ouorum copia. Efferunt etiam;

Il mese di Gennaio
Non lascia gallina a pollaio.

Giugno,
La falce in pugno. i.
Stringuntur ubique falces mense Iunio.

L

L'acqua d'Aprile, il bue ingrassa, e'l porco uccide,
E la pecora se ne ride. i.
Aprilis aquâ pinguescit bos, perimitur sus, emicat ouis,

La nebbia lascia'l tempo, ch'ella truoua. i.
Nebula tale relinquit tempus, quale inuenit.

La prim'acqua d'Aprile
Vale vn carro d'oro con tutto l'assile. Sententia hæc est;
Prima Aprilis aqua maximo digna precio.

Loda'l monte, e attienti a'l piano. i.
Laudato montana loca, planiciem colito.

M

Maggio
Non ha paraggio. i.
Maio non alius mensis conferri potest.

Ex hoc adagio puto, deductum esse alterum illud; quando quis propè ad incitas redactus esse videtur; *Egli aurebbe bisogno d'un Maggio di diciotto mesi.*

Maggio ortolano,
Assai paglia, e poco grano. i.
Herbosus Maius paleæ multum, frumenti parum indicat.

Marz'alido,
April'umido. i.

Sit

Sit Martius aridus, sit Aprilis humidus.

Marzo, mala fede,
Quando piagne, e quando ride. i.
Martius infidus modò ridet, modò lacrymat. Dr̄ etiā de Aprili.

Aprile
Or piagne, or ride. Et apertiùs;

Aprile,
Vna cocciola per die.

Marzo molle,
Lin per le donne;

Marz' asciutto,
Gran per tutto. i.
Martius aquosus lini, aridus index fruméti copiæ. Eodē pertinet.

Quando Marzo va secco,
Il gran fa cesto, e'l lin capecchio.

Non fu mai pioggia senza vento.
Non fu mai uento senza pioggia.

Pluuia, aut nix, quia rarò absque vento cessare, abigíque solet, iccirco utraque, si insignis erit, flatuosum aërem non procul abesse testabitur. Gratar.

Vitis ipsa de se loquitur;

Non mi dare, e non mi torre;
Non mi toccare, quand'io son molle. i.
Nil des, adimásve, nec tangas, cum imbre madeo.

Vide quæ tradit Columella de Re rusti. li. 4. ca. 24. Alij sic efferunt;

Se tu uuoi della uite trionfare,
Non gli torre, e non gli dare;
E più di due volte non la legare.

P

Per San Bernabà
L'uua uiene, e ua. i.
Matura satis est vua festo Barnabæ.

Pioggia di Febbraio
Empie'l granaio. i.
Imber Februarij complet granaria.

Poco mosto
Vil d' Agosto. i.
Augusti mense perrarò vile est merum.

Prima 'l uento, e poi la brina,
L'acqua 'n terra l'altra mattina. i.
Pruina post ventum index certorum imbrium.

Q

Quand e' canta il botto,
Rasciuga più in vn dì, ch'e' non pioue in otto. i.
Quo tempore canit bufo, citò arescit uel imber maximus.

Quando canta 'l cucco,
Vn'ora bagna, e l'altra è asciutto. i.
Canente cuculo, quæ modò madent, mox arescunt omnia.

Quando la state il gallo beue,
Che subito pioua creder si deue. i.
Cum bibit æstatę gallus, continuò pluit.
Quando'l grano, è ne' campi,
Egli è di Dio, e de' Santi. i.
Dum triticum est in agris, forti subiacet.

Hyberno puluere, uerno luto, grandia farra, Camille, metas. Citat Festus. Quibus verbis, inquit Parœmiographus, arbitror significatum; far, si seminetur serenâ hyeme, & succedat uer humidum, copiosius prouenire. Vnde non longè abest illud Virgil. Georg. 1.

Humida solstitia, atque hyemes optate serenas,
Agricolæ: hyberno lætissima puluere farra;
Lætus ager: nullo tantùm se Mæsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messeis.

Nos simile quidpiam dictis illis innuimus.

Gennaio secco,
Lo villan ricco,
Poluere di Gennaio
Carica il solaio.
Quando Gennaio fa poluere,
Il gran si fa da rouere. Vel;
Quando si semina nella poluere,
Bisogna fare i granai di rouere.
Secc'annata
Non è affamata.

R

Rossor da sera
Buon tempo mena;
Ma s'è s'innalza,
Non gli auer fidanza.
Sero rubens cœlum mane indicat esse serenum. Grata.

S

Secondo i Calendi
A quello attendi. i.
Kalendæ mensis index sunt certissimus.
Se Febbraio non febbreggia,
Marzo campeggia. i.
Si Februo non friget, Martio sunt herbæ plurimæ.
Semina la faua nel poluer accio,
E'l grano nel fangaccio.

Frumentum in lutosâ, & humidâ terrâ seminandum est: in tali enim magis augescit. Cassius Dionys. Vticen. de Agricult. lib. 2. c. 11.

S'e non passasse de gli auannotti, le cicogne la farebbon male. i.
Si pisciculi non essent, malè ageretur cum ciconijs.

Hac parœmiâ indicamus e.g. malè actum iri cum uenditoribus, si omnes emptores callidi essent, ac mercium periti.

Se ogni mese mangia carne,
Ogni Sterpo mena ghiande. i.
Si editur caro omni mense, glandium maxima erit copia.

S'è pioue a San Lorenzo,
Ella uiene, a otta, e tempo. i.
Si pluit Augusti Idibus, opportunè pluit.
Sole d'alta leuata
Non è di durata. i.
Sol tardè apparens, abscondi citò solet.
Sott'acqua fame,
E sotto neue pane.
Niues permultæ è cœlo peropportunè descendentes, frugum terræ copiam significant. Grataro. Quod etiam innuit Aratus in Phænomenis non longè a fine.

T

Terra nera
Buon pan mena;
Terra bianca
Tosto stanca.
De nigrâ sic Vticensis ex Beritio lib. 2. c. 8. Optimum solum terræ nigræ est, & ab omnibus præ alijs laudatum. De albâ Palladius lib. 1. c. 5. In terris verò quærenda fœcunditas. Ne alba, & nuda sit gleba [Et paulo post] Sed gleba putris, & ferè nigra.
Trenta dì ha Nouembre, Aprile, Giugno, e Settembre;
Di vent otto ce n'è uno;
Tutti gli altri son trentuno.
Iunius, Aprilis, Septémque, Nouémque tricenos;
Vnum plus reliqui; Februus tenet octo uicenos. Gram. Latini.
Trist'a quella state,
Che ha saggina, e rape. i.
Rapa, & sagina pessimam æstatem indicant.

POLITICA, OECONOMICA, & Artium Præcepta, vel simplicia Dicta.

A buona derrata pensaui. i.
Caue in emendo, ne te decipiat vilitas.
Al seruo pacienza,
E al padron prudenza. i.
In seruo patientia, & in hero prudentia.
Al tuo figlio,
Scienza, grado, e buon consiglio. i.
Honor, scientia, bonum consilium tuo ex te filio.
Amatista
Fra le gemme la piu trista. i.
Amethystus inter omneis gemmas vilior.
Amico del tuo vino
Non abbi per vicino. i.
Si quis tuum amet vinum, eius fuge viciniam.
Amico vecchio, e casa nuoua. i.
Veteres amici laudantur, domus nouæ.

B

Bue, cauallo, e porco
Vogliono auer gran corpo. i.

Bos, equus, & porcus crasso tumeant corpore.

Buon soldato
Esce dal prato. i.
E prato strenui parantur milites.

C

Cacio cieco, e pane alluminato. i.
Sit panis oculatus, cæcúsq; caseus. Effertur etiam;

Pan con gli occhi,
Cacio senz occhi,
Vin, che ti salti a gli occhi.

Can mogio, e caual desto. i.
Canis probatur mœstus, & equus gestiens.

Capra, becco, e can
Fanno buon cordouan. i.
Canis, hirci, pellísq; capræ fit corium optimum.

Casa fatta,
Possession disfatta. i.
Sit perfecta domus, diruta sit possessio.

Iuxta eam Nili sententiam; *βίος ἡσύχιος χρημάτων πολλῶν περιφανέστερος.* i. Vita quieta multis pecunijs anteponenda est; dicitur a nostrâ plebeculâ quasi *αἰνιγματικῶς.*

Casa mia, e donna mia;
Pane, e cipolle è vita mia.

Chi baratta,
Imbratta. Sententia talis est;
Lucrosa non est vlla permutatio. Vnde præceptum;
Guardati da baratto,
E da villan disfatto.

Chi ben guerreggia,
Ben patteggia. i.
Ex iusto bello pacta iusta prodeunt.

Chi crede senza pegno,
Non ha ingegno. i.
Sine pignore credens, prorsus ingenio caret.

Chi di paglia fuoco fa,
Piglia summo, e altro non ha.
Ex palearum igne nil, nisi fumum ceperis.

Chi fa mercanzia, e non la conosce.
I suo danari gli doventan mosche. Hæc ferè sententia est;
Ignarus artis pro lucro damnum accipit.

Chi mangia pane, e cacio,
Non si vede mai sazio. i.
Cum pane qui caseum edit, nunquam fit satur.

Chi mura d'inuerno,
Mura in eterno. i.
Hyeme constructa moles æternùm manet.

Chi non cura sua magione,
Non è huomo di ragione. i.

Fatuus

Fatuus est vtique, cui non curæ sua domus.

Chi pesca a canna,

Perde piu, ch'e' non guadagna. i.

Arundine piscans, pro damno lucrum accipit.

Chi piu spende,

Manco spende. i.

Is minus impenderit, qui plus impenderit.

Hoc adagio significamus, emẽdas esse potius res optimas maximo, quàm pessimas, vel mediocreis minimo, vel minori precio

Chi troppo si fida,

Spesso grida. i.

Nimia fiducia sæpe liteis excitat.

Città affamata

Tosto espugnata. i.

Oppressa fame, citò expugnatur ciuitas.

Conti spessi, amicizia lunga. M. etiam Cato de Re rusticâ, cap. 5. id consulit villico esse faciendum. Rationem cum Domino crebrò putet.

Conuiene star suegliato, accorto, e attento,

Ch'vn disordin, che nasca, ne fa cento.

Huc mihi procul dubio spectare videtur verbum illud a Coliandro recensitum.

Parua scintilla contempta maximum excitat incendium.

D

Da cattiuo debitore,

O aceto, o vin cercone. i.

Ex debitore malo vel acetum, vel vinum pessimum.

Dice il porco; dammi, dammi;

Non mi contar ne mesi, ne anni. i.

Pascito me vberrimè, inquit sus, nec annos, menseisve numeres.

Dice ogni linguaggio;

Chi troppo parla, non è saggio. i.

Stulti est multa loqui; dictum commune omnium.

Disauuantaggio

Muta pensier nel saggio. i.

Peior conditio mutat sapientis animum. Huic affine;

Il costo fa perdere il gusto.

Donne, asini, e noci

Voglion le mani atroci. i.

Nux, asinus, mulier nil rectè faciunt, si uerbera cessent.

Nolui hoc Distichũ, quod toto terrarum orbe cantatissimũ est, negligere.

Nux, asinus, mulier, simile sunt lege ligati:

Hæc tria nil rectè faciunt, si uerbera cessent. Hæc Gilbert. Cognat. qui tale dictum comprobat auctoritatibus Plutarchi, Ciceronis, & Ouidij, ut per eum. Alij ita ferè ad uerbum;

Nux, asinus, mulier uerbere opus habent.

F

Fa bene a' tuoi, e poi a' tuoi;

Poi a gli altri, se tu puoi. i.

Bene-

Benefac tuis, deinde tuis; alijs deinde, si facere potes.

Faccia, chi puo, prima, che'l ciel si mute;
Che tutte le lasciate son perdute. i.
Quælibet omissa lucra sunt deperdita.

Et sententia, & opportunitas vtendi satis elicitur ex dicto Latino.

Far bene non è inganno;
Buttar via il suo non è guadagno. i.
Qui benefacit, non fallit, nec lucratur, qui sua proijcit.

Femmina, vino, e cauallo,
Mercatantia di fallo. i.
Mercator equorum, fœminæ, vini persæpe fallitur.

Fuoco di cammino
Non fe mai nessun meschino. i.
Igni camini nemo pauper redditur.

G

Gallina vecchia fa buon brodo. i.
Ex vetere gallinâ efficitur ius optimum. Eodem pertinet;

Vecchia gallina
Ingrassa la cucina.

Guadagno sotto'l tetto,
Guadagno benedetto. i.
Quod fit domi lucrum, lucrum est suauissimum.

I

Il bel del giuoco,
Far di fatti, e parlar poco. i.
Tutissimum illud, re peragere, parùm loqui.

Il buon fuoco
Aiuta il cuoco. i.
Coquo est honori, non modica ignis copia.

Il buon giudice spess'vdienza,
Raro credenza. i.
Sæpe audito, bone iudex, rarò credito.

Il comprare insegna vendere;
E'l guadagnare insegna spendere. i.
Emendo vendere, lucrando impendere discitur.

Il lauorare
E' vn mezzo orare. i.
Operatio ferè idem est, atque oratio.

Il risparmio
E'l primo guadagno. Huc spectat versus Lucretij lib. 5.
Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè.

Il vino al sapere,
E'l pane al colore. i.
Vini sapor, panis color index optimus.

De vino sic Schola Salernitana cap. 10. de Conser. valetud.
Vina probantur odore, sapore, nitore, colore.

L

La guerra
Molti atterra. i.
Quàm plurimos euertit bellum funditus.

La pernice è perduta,
Se calda non è pasciuta. i.
Est perdita perdix, quę calida non comeditur.
La viuanda vera,
E l animo, e la cera. i.
Animus, & uultus hospitis veræ dapes.
Lauora, Come tu auessi a campare ogni ora.
Adora, Come tu auessi a morire allora.
Hinc non longiùs abest illud Democriti; οὕτω πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον, καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος. i. Sic institue uitam, quasi & paulùm, & diu sis uicturus.
Lauor fatto danari aspetta. i.
Expectat emptorem suum confectum opus. Cui affine;
Metti la roba in un cantone;
Ch' e' uerrà tempo, ch' ella aurà stagione.

N

Ne a torto, ne a ragione,
Non ti mettere in prigione.
Nec iure, nec iniuriâ te coniicias in carcerem.
Idem ἁπλῶς *Egli è meglio essere uccel di campagna, che di gabbia*; Et plebecula; *E meglio sentir cantare il lusignuolo, che rodere i topi.*
Ne donna, ne gioia, ne tela,
Non pigliare al lume di candela. i.
Nec gemma, nec vxor, nec tela parentur nocturno tempore.
Nel marito prudenza,
Nella moglie pacienza. i.
Prudentia in viro, in vxore patientia.
Nel mese di Maggio,
Fornisciti di legne, e di formaggio. i.
Paranda mense Maio ligna, caseus.
Ne mulo, ne mulino,
Ne fiume per vicino. i.
Mulum, pistrinum, flumen fugito longiùs.
Ne per galla, ne stienella,
Non restar di metter sella.
Galla, & *Stienella* sunt equorum morbi, qui tamen ipsis parùm officiunt. Valet igitur adagium, nihilo minoris faciendos esse equos, qui uitijs istis laborant, ac si omnino sani essent.
Non ti mettere a giucare,
Se non vuoi pericolare. i.
Ne ludas, rem tuam nolens in discrimen adducere.

O

Ordine mezzo, e ragione
Gouerni ogni magione. i.
Modus, ordo, regula regat omnem familiam.
In Palatio Serenissimi Venetiarum Principis inter alia præcepta extat hoc, in columnæ capitulo insculptum. *Ordine, numero, e misura*. q.d.
Ordo, mensura, numerus omnium optimum.

Orzo, e paglia,
Caual da battaglia .i.
Paleâ pastus, & ordeo equus fit validissimus.

P

Pan leggiero, e graue formaggio
Piglia sempre, se se saggio .i.
Panem probato leuem, grauémque caseum.
Per far uita pura
Conuiene arte, e misura.i.
Ad vitam puram modus, & ars requiritur.
Porco d'vn mese, e oca di tre
E' vn vero mangiar da re, i.
Sus menstruus, ansérque trimestris cibus optimus.
De porco sic Horatius Ode 17. lib.3.
-- cras Genium mero
Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.
Et Martia. lib.13. Epigram.41.
Lacte mero pastum pigræ mihi matris alumnum
Ponat: & Aetolo de sue diues edat.

Q

Quando Gennaio mett'erba;
Se tu hai granò, e tu lo'serba. i.
Si herbescit Ianuarius, conde triticum.
Quando'l fico serba il fico,
Mal villan serba il panico. i.
Seruante ficum ficu, panicum seruato, rustice.
Quando mette la querciuola,
E tu semini la cicerchiuola.
Ianuario mense iubet seri Palladius. lib.2. Cicercula hoc mense seritur loco læto, cœlo humido: ex Columella, qui lib.2. inquit. Cicercula mense Ianuario, aut Februario seri debet læto loco, cœlo humido.

T

Tempo vende merce .i.
Merx omnis suo tempore venditur.
Tre cose son cattiue magre,
Oche, femmine, e capre.
Tria sunt mala macra, anser, fœmina, capra,
Triaca vecchia, e confezion nuoua. i.
Theriaca vetus, tragemata probantur noua.
Trist'a quello auere,
Che'l suo signor non vede. i.
Væ fundo, quem dominus quotidie non uidet.
Troppo grattar cuoce,
Troppo parlar nuoce.i.
Scabere nimis angit, officit nimis loqui.

V

Hoc dicto significat multitudo, sua cuique esse curanda, nec de quopiam bene,

bene, vel malè loquendum, siquis cupiat sine curis, aut rixis uiuere;

Va in piazza, e odi;
Torn'a casa, e godi. i.
Profectus in forum, audito; reuersus domum, hilaris uiuito.

Vegghiare alla luna, e dormire al sole,
Non fa ne pro, ne onore. i.
Qui nocte vigilat, dormítque die, nihil inde capit commodi.

Alij efferunt; *Non è onore,*
Lauorare al lume, e dormire al sole.

Viuer sobriamente
Arricchisce la gente.
Parsimonia summum uectigal. Gilb Cogn. Huic germanum;

Quattrin risparmiato
Due uolte guadagnato.

Hæc videntur esse deprompta ex Physiologiæ, seu Physiognomiæ, vel Medicinæ dogmatibus: ad ipsa proculdubio pertinent.

A

All'Aue Maria,
A casa, o per la via. i.

Cauendum est matutinum, & vespertinum frigus. Ita consulit Celsus lib. 1. c. 11. Et Ficinus li. 2. c. 8. de Vitâ produc. Frigus, aërémque nocturnum lethiferum sibi putent. Agit de Dietâ senum.

Aria di finestra
Colpo di balestra. i.
Aër fenestræ, ictus ballistæ, pessima.

Aria sottile
Ingegno sottile. Hinc Horatius Epist. 1. lib. 2.
Bœotum in crasso iurares aëre natum. Cum quo facit optimè Cicero de Fato. Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani. Et Iuuenalis in stupidos, & insulsos;
Veruecum in patriâ, crassóque sub aëre natos.

Asciutto 'l piede, calda la testa,
E del resto viui da bestia. Itémque,
Piedi, stomaco, e testa;
Tieni 'l resto, com'una bestia. i.
Curato pedes, stomachum, caput, cætera nihil.

B

Bellezza, e follia
Souente in compagnia. i.

Forma raram misturam cum sapientiâ facit. s. Forma corporis non nisi rarò habet cum sapientiâ commercium, eo quòd, qui ferè pulcri sunt, ingenium non excolant. Nec me latet, ambiguitate vocis [raram] elici posse sententiam illi similem;

Gratior & pulcro veniens in corpore virtus.

Extat in nouis Adagi. Collect. ex Petron. Arbit. Eodem pertinet;

Senza virtù e viso bello;
Bella testa non ha ceruello. Item de Muliere;
Bella donna, cattiua testa;
Bella mula, pessima bestia. Vnde Ouidi.
Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam.

C

Carne fa carne, Vino fa sangue; pane mantiene.

Caro est cibus confortans corpus, & magis propinquæ conuersionis in sanguinem. Auicenna. Et Paulus Aegineta de uini uiribus lib. 1. cap. 95. *καθάπαξ δὲ ὁ οἶνος ἀναζωπυρεῖ τὸ ἐν ἡμῖν θερμόν. καὶ διὰ τοῦτο αἱ πέψεις ἀμείνους γίνονται, καὶ τὸ αἷμα χρηστόν.* i. Cæterum uinum calorem genuinum refocillat, vnde concoctio melior, & sanguis probus euadit.

Carne fa carne, Pesce fa nesce.

De piscibus ita Medici. Piscium usus pro sanitate seruandâ fugiendus est: etenim pauci, & parui sunt alimenti, multásque superfluitates relinquunt in corpore, & corrumpuntur facilè.

Chi cresce in capelli, e in vgna,
Non cresce in nulla. i.
Cui crescunt vngues, crinésque, nihil proficit.
Chi del uino è amico,
Di se stesso è nimico. i.
Qui vina nimis amat, odit seipsum nimis.
Chi dorme nel lato manco,
Il cuore è franco. i.
Læuo cubantis latere corda gestiunt.
Chi dorme nel lato ritto,
Il cuore è afflitto. i.
Cubans in latere dextro tristis angitur.
Chi ha'l neo, e non lo vede,
Ha'l buon anno, e non lo crede. i.
Cui neuus est, nec cernitur, huic prospera sors est, nec creditur.
Chi ha'l neo sopr'alla cintura,
Ha gran ventura. i.
Cui neuus est super ilibus, huic fortuna valdè prospera.
Chi ha rogna,
Altro mal non gli bisogna. i.
Laborans scabie, morborum Iliade premitur.

Alij scabiei addunt tussim hoc pacto;

Chi ha tosse, e rogna,
Altro mal non gli bisogna.
Chi mangia cacio, e pesce,
La uita gli rincresce.

Celsus inter res mali succi enumerat caseum veterem, & pisceis omneis, qui ex tenerrimo genere sunt; & rursus, qui nimiùm duri, virosique sunt, ut ferè quos stagna, lacus, limosive riui ferunt, quiue in nimiam magnitudinem excesserunt. Vide lib. 2. c. 21. Sed optimè congruunt cũ

hoc

hoc adagio, quæ tradit Aegineta lib. 1. c. 89. & 90. πᾶς μὲν τυρὸς δριμύς τε, καὶ διψώδης, καὶ δύσπεπτος, καὶ κακόχυμος, καὶ λίθων γεννητικός. i. Omnis caseus acris est, sitim facit, ægrè concoquitur, uitiosos succos, calculósque generat. Et de piscibus. ὅτι μὲν πᾶς ἰχθὺς ψυχροτέρας τε, καὶ ὑγροτέρας ἐστὶ κράσεως, εὔδηλον i. Omneis pisceis frigidioris, humidiorisq; temperamenti esse, nulli non constat. De caseo meminit etiam Galenus: Comm. 4. in lib. Hippoc. de Vict. rat. in mor. acu. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἄλλως οὐκ ἀγαθὸν ἔδεσμα τυρὸς, ὡς ἂν παχύχυμος, καὶ δύσπεπτος ὑπάρχων. i. Neque aliàs bonum est edulium caseus, utpote qui crassum succum, & coctu difficilē pariat. Et Symeon Sethi; οἱ τυροὶ πάντες κακοὶ, δύσπεπτοί τε, καὶ ὀξυρεγμώδεις, καὶ φύσης ἐμπιμπλῶσι τὴν γαστέρα, &c. i. Casei omnes mali; nam difficulter concoquuntur, & acidum ructum faciunt, ac flatū ventriculum replēt. Addo Distichum Georgij Pictorij.

Si nouus, impinguat, siccat vetus; attamen ambo
Et capiti, & stomacho, pectoribúsque nocent.

Chi mette presto i denti,
Presto lascia i suo' parenti.
Cui dentes nascuntur citò, citò mortem obit.

Chi non fa, come l'oca,
La sua uita è breue, e poca.
Breue vitæ spacium non imitantis anserem.

Chi si parte dal castrone,
Si parte dalla ragione.

De veruece ita Platina lib. 4. de Honest. Volupt. Quos in numerum veruecum referri volunt, eosdem non minores quinque mensium castrare oportet. Horum caro salubris est; & agninâ melior. Cætera uide ibi: & si placet, confer, quæ inquit de castratis Paulus Ægineta lib. 1. c. 84. satis enim conueniunt. Pictorius.

Veruex, qui paucos uiduatus testibus annos
Enumerat, mensæ conuenit ecce satis.

Chi vuol morire,
Si laui'l capo la sera, e vadia a dormire.
Obire cupiens, loto capite, cubitum eat.

D

Da mattina alla montagnetta,
Da sera alla fontanetta.
Mane ad montem, vespere ad fontem. Alij sic efferunt.

Da mattina al monte,
Da sera al ponte.
Mane altum montem, uicinum vespere pontem.

Dell'oca
Mangiane poca.

ὑγρότατον μὲν κρέας χηνός. Humidissima est caro anseris. Hippocr. de Dietâ lib. 2. Et Symeon Sethi; ἡ τῶν χηνῶν σάρξ περιττωματική ἐστι, καὶ δύσπεπτος, καὶ πασῶν τῶν κατοικιδίων ὀρνέων παχυμερεστέρα, καὶ θερμοτέρα, καὶ ὑγροτέρα, &c. i. Anserum caro excrementorum productrix est, & difficulter coquitur crassiórque est cunctis auibus domesticis, & calidior, & humidior. Vnde Pictorius.

Et

E realidam, & siccam reddit fluuiatilis anser
Carnem, quam ventri credimus esse malam.
De pileo, seu capitio gestando;

Di notte, quanto puoi;
Di giorno, quanto vuoi. i.
Quantum queas noctu, interdiu, quantum velis.

Doglia di testa
Vuol minestra. Vel
Duol di capo vuol mangiare. i.
Quiuis edendo tollitur capitis dolor.

Donna barbuta
Co' sassi la saluta. De hac Physiognomici. Mulier barbata luxuriosa. Barbata eminus salutanda. Italorum est adagium, inquit Gilbertus Cognatus, qui fœminæ præter naturam barbatæ occursum ominosum putant. Sed, vt verè dicã, longè nobis alia mens est. Nec enim monemus, fugiendum esse barbatæ mulieris occursum tanquã mali ominis, sed ex mulieris barbâ indicium capimus malæ ipsius mentis.

Donna brunetta
Di natura netta. i.
Color mulieris fuscus cor purum indicat.

Dopo desinare
Non camminare;
Dopo cena
Con dolce lena. i.
Post prandium stabis; post cœnam molle meabis.

Galenus in lib. de cib. boni, & mali succi affirmat, quemlibet motum a cibo factum, esse perniciosissimum.

Doue tu nasci,
Quiui ti pasci. i.
Vbi natus es, ibi degito.

F

Faccia rara
Mente auara.
Deformis facies rarò arguit bonos mores.
Distortum vultum sequitur distantia morum. Physiogno.
οἵα γὰρ ἡ μορφὴ, τοιάδε καὶ ἡ ψυχή. i. Qualis enim forma, talis & anima. Planu. in Vitâ Æsopi.

Febbre Autunnale,
O ell'è lunga, o ell'è mortale. i.
Febris Autumnalis aut longa, aut mortalis.

Febbre quartana
I vecchi vccide, e' giouani sana. i.
Quartana senes interimit, sanátq; iuuenes.

Quòd quartana sit securissima, & maximas vtilitates afferat, auctores habeo Hippocratem, & Platonem. Hippocrates hoc inquit lib. 1. de morbis vulgaribus; atque inibi idem non semel confirmat Galen. Cõment. 3. De Platonis loco meminit Agellius lib. 17. cap. 12. Sed in febris laudibus testem etiã Platonem produxit (loquitur de Phauorino philosopho)

quem

quem scripsisse ait: Qui, quartanam passus, conualuerit, virésq; integras recuperauerit, fideliùs, constantiúsq; postea valiturum.

Febbre quartana
Non se mai sonar campana.

Quartana neminem iugulat. Celsus lib.3.c.15. in fi. Cum quo concordat Hippocrates non vno in loco: sed omnium maximè Galenus ἐν τῷ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν ά. ibi ἀκίνδυνος, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ὁ τεταρταῖος. i. Quartana, quantùm in ipsa est, haudquaquam periculosa. Nonus etiã cap.140. de ipsâ agens, ita concludit; ἔστι δὲ τὸ νόσημα χρόνιον, θανατῶδες δὲ οὔ. s. vt vertit Hieremias Martius; Est enim hic morbus longus quidẽ, sed neminem iugulat. Alij ad verbum; Pro quartanâ non pulsatur campana.

Fuggi presto, da lungi, e torna tardi;
Ma fa patto con Dio, che te ne guardi.

Præceptum de peste fugiendâ. Marsilius Ficinus capiti vltimo de Epidemiarum Antidoto præfigit hoc dictum; Fuge citò, procul, ac tardè reuertaris. Atque ibi optimè latissiméq; explicat. Gilb. Cognat. adnotat; Gallorum quoque esse prouerbium, atque ita concisè proponit. Citò, procul, tardè.

G

Hoc sibi coniuges tollant memores sanitatis gratiâ.

Giugno, Luglio, e Agosto,
Moglie mia, stammi discosto. i.
Vxor, mihi absis procul æstiuo tempore.

Cuius dicti hanc uidetur rationem afferre Hesiodus in Ergis τῆμος. i. tunc, &c. agit de tempore æstiuo.

Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
Εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα Σείριος ἄζει,
αὐαλέες δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. i.
Et salacissimæ mulieres, & uiri imbecillissimi
Sunt, siquidem caput, & genua Sirius exiccat,
Præq; æstu aridum est corpus.

Prædicto germanum;

Giugno, Luglio, e Agosto,
Ne donna, ne acqua, ne mosto.

Gotta nell'ossa
Dura fino alla fossa.

Id optimè comprobat locus Hippocratis in lib. de Affection. ubi agit de podagrâ; inquit igitur: ὅσῳ δὲ ἐν λεπτοτάτοισιν ᾖ φλεβίοισιν, καὶ ἐν ἀνάγκῃ πεφυκόσι πλείστῃ τοῦ σώματος, καὶ ἐν νεύροισι, καὶ ὀστέοισι πολλοῖσί τε καὶ πυκνοῖσι, τοσούτῳ δὴ παραμονιμώτατόν τε ἐστὶ τὸ νόσημα, καὶ δυσαπαλλακτότατον. i. Quanto autem in tenuioribus fuerit uenulis, & in plurimâ corporis necessitate constitutis, & in neruis, & ossibus multis, ac densis; tanto sanè durabilior est morbus, & qui ægerrimè depelli possit.

Guardati dal crudo,
E da andar col piè gnudo.

Illud præterea monendum est, ne crudiores cibi edantur, sed omnia diligenti artificio, & coctione parentur. Grataro. in libello de Literatorum conser. ualetud.

Huom

H

Huom rosso, e can lanuto
Piu tosto morto, che consciuto.

Physiognomici. Capilli rubei cũ intensione rubedinis insidiatorẽ, amentẽ, cholericum, iracundũm, furiosúmq; absque ratione ostendunt. Notũ est Distich. Martial. lib. 12. Epigr. 54. in Zoilũ; & nos alibi meminimus:
Crine ruber, &c. Efferunt etiam;

Huom rosso, e donna barbuta
Co' sassi gli saluta.

De muliere barbatâ paulò supra.

Huom peloso,
O matto, o auenturoso. i.
Homo pilosus aut fœlix, aut stultus est.

De his Adamantius: γαστέρα, καὶ στήθη ἐπὶ πολὺ κομῶντας, κιβδήλους, καὶ ἀλλοπροσάλλους, καὶ ἀσελγεῖς λέγε. i. Qui ventrem, & pectora valdè pilosa habent, inconstanteis, & versipelleis, & petulanteis dicito. Quod etiã Polemon ex amussim profert. Et Grataroluss; Cum omne corpus contectũ est pilis asperis, & densis, animum quadrupedis potius, quàm hominis indicant.

I

Il dormir dopo desinar fa male.
Non bonus est somnus homini de prandio. Plaut. in Mostell.
Et Marsilius Ficinus; Somnus diutnus, nisi admodum necessarius, nequaquam bonus. De vitâ producendâ, cap. 6. Vnde præceptum Scho. Salern. cap. 1. Somnum fuge meridianum.

Il formaggio è sano,
Se vien da auara mano.
Caseus ille bonus, quem dat auara manus. Schola Salernitana cap. 7. in Comment.

Il mal viene a libbre, e vassene a once. Sententia talis est.
Citò, multúmq; aggreditur morbi, serò, parúmq; deserit.
Meminimus etiam lib. 1. pag. 42.

Il sangue vna volta l'anno;
Il bagno vna volta'l mese;
Il mangiare vna volta'l giorno. i.
Semel in anno sanguinem detrahe;
Semel in mense petito balneum;
Semel in die sumito cibum.

I sogni non son veri, e' pensier non riescono. i.
Neque somnia succedunt, nec, quæ quis cogitat.

L

La bocca ne porta le gambe. i.
Ore feruntur tibiæ.

L'acqua fa male,
E'l vin fa cantare.

Aqua omnium imbecillissima est. Celsus lib. 2. cap. 18.
Et auctor Scholæ Salernitanæ, cap. 18.
Potus aquæ sumptus comedenti incommoda præstat.
Hinc friget stomachus, crudus & inde cibus.

καθέλκ

καθόλυ πᾶν ὕδωρ βραδύπορον, δύσπεπτον, φυσῶδες, καὶ κατόῤῥουν ποιητικόν. i. In vniuersum omnis aqua tardi transitus, difficilis concoctu, inflans, distillationis creatrix. Simeon Sethi. Et de vino; τὸ δὲ εὐφραίνειν τὴν ψυχὴν, τινὲς μὲν λέγουσι τὸ λεπτύνειν αὐτὸν τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν, οἱ δὲ τὸ ἐξαπλοῦν, καὶ εὔρυν ποιεῖν τὸ αἷμα, &c. i. Quòd autem uinum animum exilaret, id in causâ nonnulli esse dixerunt, quòd melancholicum humorem attenuet; alij, quòd sanguinem ipsum fundat; ac fluidum reddat. Ac paulo post affert Homeri versus ex Odyss. 13. quorum sententia talis est.

Compulit ut uinum prudentem promere carmen,
Dulceq; ridere, atque agili saltare chorea.

Quibus addere potes ex Athenæi Dipnosophi. lib. 10.

οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. i.
Vinum uel senem nolentem saltare compellit.

La febbre atterra i lioni.
Leones ipsos dira febris atterit.

La gotta
Non vuol nigotta.
Tollere nodosam nescit medicina podagram. Ouid. 1. de Pon. Elegiâ quartâ.

La pesca vuole il vino, e'l fico l'acqua.
Post persica bibe uinum, post ficus aquam.

La midolla.
Satolla;
La corteccia
Empie la peccia.

Si fiat illatio ex Iuriscons. more, optimè, ut arbitror, conueniet locus hic Hippocratis cum prædicto adagio: αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων οἱ μέγιστοι· τροφιμώτατοι, διότι ἥκιστα ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ὑγρόν. Καὶ οἱ ἰπνῖται ἄρτοι, τροφιμώτεροι τῶν ἐσχαριτῶν, καὶ ὀβελιῶν, διότι ἧσσον ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρός. i. Ex ipsis autem panibus maximi maximè alunt, propterea quòd minimè exuritur humiditas ab igne: & furnacei panes magis alunt, quàm focarij, & ueruarij, propterea quòd minus exuruntur ab igne. lib. 2. de Diætâ.

De crustâ sic auctor Scholæ Salernitanæ, cap. 24.

Ne comedas crustam, choleram quia gignit adustam.

Latte sopra'l vino, veleno. i.
Post uinum lac, uenenum.

L'infermo regola, e'l medico grazia.

De Medici institutione extat inter alia liber Hippocratis: & obiter tractatur a Galeno in Comment. 4. non longè a principio ad lib. 6. Hippo. de Morbis uulgaribus.

L'orina fa onore al medico. i.
Vrina, qualis sit medicus, pulcrè arguit.

M

Mangia poco, e beui meno,
E a lussuria poni il freno. i.
Ede parum, bibito minus, compesce libidinem.

O

Occhio bello,
Animo bello. i.

Pulcher oculus pulchrum indicat animum.
ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. i.
Vt aspectus in oculo, sic mens in animo. Menan.

Ogni becco torto uiue di preda.
Quibus est aduncum rostrum, his præda uiuitur.

Ogni cattiuo cane ha gran coda. i.
Omni malo cani cauda oblonga trahitur.

Ogni pesce è flemma;
Ogni giuoco postema.

Pisces recentes generant phlegma, & mollificant uentriculum, nec nisi ualdè calidis uentriculis concessi sunt: quoniam frigidi, & humidi admodum sunt. Grata. ex sententiâ Galeni. De Literato. conseruan. Valetu. Idem asserit etiam Simeon Sethi; οἱ ἰχθύες πάντες ψυχροί εἰσι, καὶ ὑγρᾶς κράσεως. i. Pisces omnes sunt frigidæ, & humidæ temperaturæ. De Cibariorum facultatibus.

P

Pillole di gallina;
Sciloppi di cantina;
Porta'l cappello,
E manda'l medico al bordello.

Quòd oua sint boni succi, elicitur ex Galeni lib. περὶ εὐπορίστων, ubi agit de remedijs ad uomitum bilis nigræ. ἔστι δὲ εὔχυμος τροφὴ διά τε τῶν ὠῶν, καὶ ἄλικος, καὶ ζωμῶν, οἷς ἐνέψητε ἢ ὀρνίθια, ἢ ὄνυχες χοίρων, ἢ φασιανοῦ κρέας, ἢ νεάρου πέρδικος, καὶ πάντων τῶν τούτοις ὁμοίων. i. Cibus boni succi est, ut oua, alica, & iuscula, utpote auicularum, extremarum porci partium, phasiani, iuuenis perdicis, aliorúmque omnium his similium. Vini etiam utilitates affert idem auctor lib. 8. de Compo. Pharm. secundum locos. ὁ οἶνος, καὶ τρέφει, καὶ πέπτει, καὶ τονοῖ, καὶ σηπεδόσιν ἀνθίσταται, κἂν δυσκρασία τύχῃ γεγονυῖα καθ' ὑγρότητα, καὶ ψύξιν, ἀλύπως τε, καὶ ἀσφαλῶς αὐτὴν ἰᾶται. i. Vinum & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni resistit, &, si intemperies ex humiditate facta sit, & frigiditate, eam citra omnem molestiam, ac securè persanat.

Poca barba, e mal colore;
Sotto'l ciel non è'l peggiore. i.
Breuis barba, malusque color pessimum indicant.

Q

Quando'l tempo si muta,
La bestia starnuta.

Est idem prognosticum, atque illud Arati;
καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο,
οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο. i.
Et bos suspiciens cœlum, mirabile visu,
Naribus aërium patulis decerpit odorem.

Ita uertit Atacinus Varro. Et Rufus Festus Auienus;
Imber erit, totis cum bucula naribus auras
Concipit, & latè pluuijs sola cuncta madebunt.

Quem locum reddidit quoque Virgi. Georg. 1.
— aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras.

Gulicl.

Gulielmus etiam enumerat inter prognostica tempestatum. Si bos, in cœlum respiciens, olfacit, aquam portendit: Et alibi: Vacca in cœlum suspiciens, & captans naribus auras, pluuiam præsagit.

Quiete, mente lieta,
E moderata dieta. i.
Quies, mens læta, dietæque mediocritas.

R.

Rane
Mal sane.

Notat Hieronymus Mercurialis ad lib. Hippocratis de Inter. Affectionum. 9. rarissimam inueniri apud scriptores de ranis, tanquam de cibis mentionem, quandoquidem in mensâ non recipiebantur præsertim apud Græcos, qui usque in hodiernam diem opprobrij quoddam genus putant Italos appellare βατραχοφάγους. Hæc Mercuria.

S

Sbadigliar non uuol mentire;
O egli ha fame, ò uuol dormire;
O egli ha cosa, ch'e' non uuol dire. i.
Somnum, faméinve, aut mœsti præfert quidpiam oscitatio.

V

Vgni, e frega,
Ch'ogni mal si dilegua. i.
Vnge, & frica: sic morbus omnis tollitur.
Vino amaro
Tienlo caro. i.
Amarum uinum facere debes plurimi.
Vn uouo allora nato
Vale vn ducato.

οὐ σμικρὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἐστὶν ὑπεροχὴ καὶ τῶν νέων πρὸς τὰ παλαιά. κάλλιστα μὲν γὰρ τὰ νεώτατα, χείριστα δὲ τὰ παλαιότατα. i. Non parua autem in ipsis [ouis] est præualentia recentium veteribus. optima enim recentissima, pessima uerò uetustissima. Gale. περὶ τροφῶν δυνάμεως lib. γ'. Quod etiam repetit Paulus Aegineta lib. 1. cap. 83. Et Schola Saler. de Conser. Valet. c. 32.

Si sumas ouum, molle sit, atque nouum.

Adde illud Simeonis Sethi; τὰ νεώτερα, καὶ κρείττονα: ἀρίστη γὰρ ἡ τούτων ἐργασία. Recentia meliora sunt: optima enim eorum operatio.

FLORIS
ITALICAE LINGVAE
LIBER NONVS.

AD ANDREAM MORELLIVM PATRITIVM FLORENTINVM.

QVOI *dono lepidum nouum libellum,*
Arida modò pumice expolitum?
MORELLI, *tibi.*

Cur enim uersiculis istis non utar? præsertim cum pulcherrimè centonem consuere possim: *namq; tu solebas,*

Meas esse aliquid putare nugas.

Iam tum, cum Iurisprudentiæ Oceanum simul Pisis percurrere cœpimus,

Vastum, *Iupiter, & laboriosum.*

Si quando enim uirium resumendi, uel animi gratiâ quidpiam ad humaniores literas pertinens lectitabamus, solebas tu, quæ tua est humanitas, & omnia sciendi cupiditas, hauriens cuncta auidissimis auribus, & probare, & utroque pollice, ut fertur, dilaudare:

Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est
Qualecunque.

Cætera uenustissimi poëtæ proferre non ausim, cognoscens, *lepidum,* & *expolitum* fortasse longiùs a meis scriptis abesse. Tu tamen, æquitatem amplexus, remisso iure mecum agas; atque hoc pusillum meæ erga te beneuolentię argumentum hilari uultu accipiens, si uidetur, quod ego, deterrente Inuidiâ, facere non audeo, pete faustis auibus,

Plus uno maneat perenne sæclo.

VSvs Ænigmatum, seu Griphorum (scirpi etiã a doctioribus dicuntur) qui in antiquorum conuiuijs, ut multi referunt, celeberrimus erat, apud nos ẽt adhuc aliquâ ex parte durat; de quo opportuniori occasione plura dicemus. Sufficiet in præsentiâ, cæteris omissis, aliquot scriptorum Italorum cum Græcis, ac Latinis exempla conferre; ut inde etiam pateant amplæ Italici sermonis diuitiæ. Idem quoque efficietur circa dicta prouerbialia per Etymologiam, siue Allusionem, quibus Florentina lingua, quatenus conijcere potui, omnium maximè abundat, ut planè percipi possit, ista nec nouum, nec omnino plebeium esse inuentum, quod nõnulli existimare videntur. Tertio denique loco de Parechesi nonnulla proferam: & omnia tractabuntur quàm paucissimis fieri poterit.

Vide Casaubo. in Athena. li. 10 c. 15. & deinceps.

Aenigmatum, seu Griphorum collatio.

Quemadmodum in definitione Parœmiæ nõ facio cum Iulio Scaligero, ita vtrisque vlnis, vt aiunt, amplector, quæ ipse tradit de Aenigmate in suâ Ideâ. Aenigma est narratio ficta, quæ, ad veritatem relata, erit fabula. Amplector etiam, quoniam instituti nostri non est hoc in loco ista exactiùs perquirere, quæ de Gripho inquit Clearchus Solensis Peripateticus, qui ipsum apud Athenæ. lib. 10. ita describit. *γρῖφος πρόβλημά ἐστι παιστικὸν, προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς, ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον.* i. Griphus est problema ludicrum, quod imperat, ut per inquisitionem mentis inueniatur, quod quæsitum est, honoris, vel multæ gratiâ in medium prolatum. Hæc enim descriptio usui nostrorum Aenigmatum valdè accommodata est; quin etiam inde uulgò appellantur *Indouinelli*. Sed antequam huius generis nostra cum Græcis, uel Latinis conferam, nonnulla afferre libet, quæ propriè ænigmata dici possunt.

Dantes Purgat. Cant. 23.

Paren l'occhiaie anella senza gemme:
Chi nel uiso de gli huomini legge omo,
Ben auria quiui conosciuto l'emme.

Considerauit poëta in facie hominis supra modum macilenti, qualeis supra descripserat eos, de quibus agit, expressè inspici figuram hanc .i. *omo* nempe ob cauum oculorum, ac temporum, superciliorum, nasique prominens.

Huic simillimum mihi videtur illud ex Primo Anthologiæ Auctoris incerti;

ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται: αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς. i.
Sex horæ laboribus accommodatissimæ: quæ verò post has,
Elementis monstrantur, viue, dicunt hominibus.

Versibus ita reddidit Volaterranus,

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis,
Viuéque post illas, litera Zeta monet.

Quemadmodum nos numeris notamus nostrorum solariorum loca, quò vbi gnomonis vmbra peruenit, intelligimus, quota hora sit; sic & Græci suis numeris notabant; qui ordinatim tales erant. *α. β. γ. δ. ε. ς. ζ. η. θ. ι.*

θ. ι. &c. ſignificabat itaque ς. ſextam diei horam, quouſque commodè; ut inquit Epigrammatis auctor, laborare datur. Poſtea ſubſequuntur. ζ. η. θ. ι. quæ ſi colligantur, fit dictio ζῆθι, quæ ualet Viue. Quòd autem uerbum hoc apud Græcos ſignificet, lætam uitam agere, ac Genio indulgere, vt Viuere apud Plautum, & alios Latinos, teſtes ſunt Agathias; *πῖνε, γέρον, ζῆθι.* i. Bibe, ſenex, viue. Antiphanes Comicus; -- *τὸ δὲ ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐστι; τὸ πίνειν, φήμ' ἐγώ.* i. Dic autem hoc mihi; quid eſt vinere? bibere, opinor ego. Citat Euſtath. in Odyſſ. 9. Et Menander *γνωμικῶς.*

βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος.
βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν. i.
Vita, vitæ indigens, non eſt vita.
Vita eſt, ſi quis viuens vitâ gaudeat.

Idem poëta in Paradiſo facit Cacciaguidam ita loquentem, ubi inquit;

Diſſemi; Da quel che di, che fu detto Aue
Al parto, in che mia madre, ch'è or ſanta,
S'alleuiò di me, ond'era graue;
Al ſui Leon cinquecento cinquanta,
E tre fiate venne queſto foco
A rinfiammarſi ſotto la ſua pianta. Cant. 16.

Intelligit autem, ſe natum eſſe Anno ſalutis Humanæ CIↃ CVI. Mars enim, quem denotat a die Incarnationis Chriſti ad eum, in quo ipſe editus fuit, ad Leonem reuerſum eſſe quingenties quinquagies ter, ſuum naturalem curſum peragit duobus annis Solaribus. Talis igitur numerus duplicatus efficiet prædictam ſummam. De veritate huius contextus uide Notam noſtræ Academiæ in hoc loco.

Cum prædicto non modicam congruentiam mihi uidetur habere illud Euclidis apud idem Maximi Planudis Florilegium: quod adhuc a nemine in impreſſis Anthologijs rectè expoſitum inueni.

ἡμίονος, καὶ ὄνος φορέουσαι οἶνον ἔβαινον:
αὐτὰρ ὄνος στενάχιζεν ἐπ' ἄχθεϊ φορτίου οἷο:
τὴν δὲ βαρυστενάχουσαν ἰδοῦσ' ἐρέεινεν ἐκείνη.
μῆτερ, τί κλαίουσ' ὀλοφύρεαι ἠΰτε κούρη;
εἰ μέτρον ἕν μοι δοίης, διπλάσιον σέθεν ἦρα:
εἰ δ' ἓν ἀντιλάβοις, πάντως ἰσότητα φυλάξεις.
εἰπὲ τὸ μέτρον, ἄριστε γεωμετρίης ἐπιίστορ. i.
Mula, & aſina, ferentes uinum, ibant:
Sed aſina ingemiſcebat ſub pondere oneris ſui.
Hanc grauiter ingemiſcentem videns, interrogauit illa.
Mater, quid lugens quereris tanquam paruula?
Si menſuram unam mihi dederis, duplum te ſubſtulerim:
Sin autem tu contra unam capias, omnino æqualitatem ſeruabis.
Dic menſuram, optime Geometriæ cognitor.

Mula ſeptē, & aſina quinque geſtabat menſuras; non *ἀνὰ γ.* i. ſingulæ tres, ut in impreſſis ſubſcriptum eſt: ſic enim una tantùm conditio uera eſſet, ex noſtrâ uerò expoſitione ambę complentur.

Verſibus ita reddidit Ioachimus Heller.

Mulus portabat uinum, comitatus aſellâ;
Hæc oneris queritur pondere uaſta ſui.

Ille

Ille graues matris gemitus miratus, & inquit;
Cur adeò lacrymis lumina mœsta fluunt?
Mollities teneras, mater, decet illa puellas,
Quas premit insuetus, debilitátq; labor.
Vnam mensuram si nostros fundis in utres,
Ipse tui uini pondera dupla feram:
Sin unam contra nostro de fasce leuabis
Partem, tunc æquum pondus uterque feret.
Dic mihi mensuras, ò docte Geometer, istas;
Non aliter Phœbi nomine dignus eris.

Ænigma mundi.

ἐστι ναὸς μέγας, καὶ ἐν αὐτῷ στῦλος, δώδεκα πόλεις ἔχων, ὧν ἑκάστη τριάκοντα δοκοῖς ἐστέγαται. τούτους δὲ περιΐασι δύο γυναῖκες. Est templum ingens, & in eo columna, duodecim vrbeis continens, quarum singulę triginta trabibus fulciuntur, quas circumcurrunt duæ mulieres. *In vita Aesopi a Maximo Planudecõpilata.*

Adolphi Occonis.

Magnificum quoddam templum, & spectabile noui,
Iurabis mecum, pulcrius esse nihil.
Effulget mediâ prælustris in æde columna,
Bis senas vrbeis & statua illa tenet.
Ter denis trabibus fulcitur quælibet harum,
Non vna his species, nec color vnus adest.
Has circum geminæ currunt, vt credo, sorores,
Et properant passu non faciente sonum.

Ioannis Francisci Straparolij.

Dentro vn giardin di vaghi fiori adorno
Corre vn fior rosso, & vna bianca rosa;
Ne si stancano mai notte, ne giorno;
E splende, e luce sopr' ogni altra cosa.
Dodici rami cinge d'ogni intorno
Vna gran quercia, che nel mezzo posa.
E d'ogni ramo grande, e grosso, ch'hà
Quattro sole, e non piu ghiande ci dà.

Anni.

εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα: τῶν δὲ ἑκάστῳ
παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖται μέλαιναι:
ἀθάνατοι δέ τε οὖσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι. i. vt vertit Iacob. Pontan. *Apud Laertium in vita Cleobuli.*

Est vnus genitor, cuius sunt pignora bis sex;
His quoque triginta natæ, sed dispare formâ,
Aspectu hinc niueæ, nigris sunt vultibus inde:
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Iulij Cæsaris a Cruce.

Padre son io di dodici figliuoli,
I quali ad vno ad vn vado uccidendo;
E gli faccio sentir gli vltimi duoli,
Mentre l'vn dietro l'altro vien nascendo.
Il ciel vuol poi, che l'vltimo m'inuoli

La

La vita, per tal fatto empio, & orrendo;
Ma non sì toſto ſon di quella priuo,
Ch'io prendo nuoua forma, e torno viuo.

Nauis. Ex Symphoſio.

Longa feror velox, formoſæ filia ſyluæ,
Innumerâ pariter comitum ſtipante cateruâ;
Curro vias multas, veſtigia nulla relinquens.

Straparolij.

Vn nero alto deſtrier con ali bianche
Nell'andar vola, e mai non tocca terra:
Tien dietro il freno, e ſpeſſo par, che ſtanche
L'huomo, e nel petto valor grande ſerra.
Battendo or l'ali, & or le penne franche,
Corre così da pace, qual da guerra.
Ha due grand'occhi, e nulla però vede,
Ma ſpeſſo ſcorge l'huom, dou'ei non crede.

Serræ. Ex Symphoſio.

Dentibus innumeris toto ſum corpore plena:
Frondicomam ſobolem morſu depaſcor acuto:
Mando tamen fruſtra, quæ reſpuo præmia dentis.

Cæſaris a Cruce.

Ho denti, e non ho bocca, e doue attacco
Il dente, tiro via, quanto ne prendo;
Ne giammai dalla coſa io mi diſtacco,
Fin che reciſa, e tronca non la rendo:
Ma, ſe bene aſſai mangio, nulla inſacco,
Che da buſto, o da capo non dipendo;
Pur mangi quel, ch'io vogli, o poco, o aſſai,
Lo getto fuori, e nol trangugio mai.

Cum inter claros linguæ Latinæ amatores, & qui bene proximis temporibus de Repub. literariâ meriti ſunt, iure optimo numerentur Iulius Scaliger, & Iacobus Pontanus, atque vtrique in hoc Poëmati genere laborauerint, non poſſum non conferre etiam cum ipſorum, corollarij vice, aliquot ex noſtris.

Solis. Ex Iulio Scaligero.

Quale animal, dic, eſſe putes, quod nobile totum
Eſt oculus, neque pars præterea vlla manet?
Quottidie gignit † natum ſine matre creatum, † i. diem.
Qui tamen vnâ ipsâ hac interit ille die.
Cuius item † ſoror abſente eſt genitore creata, † i. nox.
Partita imperium fratris, & interitum.

Cæſaris a Cruce.

Cammino ſopra l'acqua, e non mi bagno,
E ſopra l fango corro, e non m'imbratto;
E vado ſolo ſenz'altro compagno,
E tanto ſeruo il ſauio, quanto il matto;
Corro 'n poſta, ne d'oſte mai mi lagno,
E mai ronzin, ne ſella non baratto;

Così

Così girando vo souente attorno,
E sempre sono in sella al far del giorno.

Campanæ. Ex Iacobo Pontano.

Excubat os nitidum patulo mihi semper hiatu,
Sacra ministerio ferrea lingua Dei est.
Nunquam sponte loquar; nunquam, nisi iussa, tacebo;
Excutere at vocem verbera sola solent.

Si vis, adde illud incerti auctoris.

Funera plango:
Fulgura frango:
Sabbatha pango:
Excito lentos:
Dissipo ventos:
Paco cruentos.

Herculis Monannij.

Sono 'mpiccata sopra vn'alta rocca;
Ed ho legato i piedi, e non la gola:
Ho piu del corpo assai larga la bocca;
Fa voce, e non scolpisce mai parola.
Quando la lingua nelle labbra tocca,
Tutta mi scuote, e'l grido al ciel sen' vola;
Com' piu mi tocca, piu la voce ingrossa,
E fo correr' altrui, se son percossa.

Tritici. Ex Iulio Scaligero.

Defosso, vt uiuam; cæso post † funera, iuncto, † — † i. messeis.
Verberibus † tuso quod mihi carcer erit? — † i. manipulos.
Vt depromar item, lanier & dentibus † albis: — † i. tritura.
Impositum in naui † me necet intus aqua. — † i. mola.
— † in alueo ad panem.

Straparolij.

Non so, qual mia disgrazia, o mia sciagura
Spesso m'induca a sì maluagio porto,
Che di maschio, ch'io son, cangio natura,
E di vil femminella il nome porto;
Di busse, e di punzon fuor di misura
Ognun mi carca sì, ch'al fin son scorto;
Ma peggio ancor m'auuien, ch'a tempo, e loco
Per la vita d'altrui patisco il foco.

Cæsaris a Cruce.

Vedete in quante foggie mi tramuto;
Prima son maschio, e viuo sotterrato;
Di nuouo nasco, e'n femmina mi muto,
Poi tagliato a trauerso, e bastonato
Maschio ritorno; e quindi ancor premuto,
E fatto in polue in femmina cangiato
Mi truouo, & annegato, e messo al foco,
Ritorno maschio, e cangio abito, e loco.

Sed ne diutiùs in hac nugarum parte immorer, aliud pcopono Florentini cuiusdam, pulcherrimum quidem, ut mihi uidetur, & cui multa simi-

lia apud huiuſmodi auctores reperiuntur.

Ditemi, donne, com'ell'è chiamata,
Coſa ne' boſchi nata
Fra le ſpine pungenti,
Che tien due uolte in ſe quattro elementi,
De quai gli vltimi tre leuati via,
Di mille a pena una tra noi ne ſia.

Nux caſtanea eſt iſta, quæ a nobis dicitur *Caſtagna*: conſtat autem dictio hæc ex octo elementis, quorum tribus ultimis detractis, ſupereſt *Caſta*: Vnde conuicium in mulieres. Huius ſententia expreſſa eſt illo Diſticho quod circumfertur nomine Ludouici Areoſti.

Arbor ineſt ſyluis, quæ ſcribitur octo figuris,
Fine tribus demtis, vix vnam è mille videbis.

Eiuſdem generis ſunt hæc; In Plauti Rudente Actu 5. Sc. 2.

Gripus piſcator. Labrax leno.
G. quid tu? num medicus, quæſo, es?
L. Immò ædepol vnâ literâ plus ſum, quàm medicus. G. num tu Mendicus es? L. tetigiſti acu.

Iulij Scaligeri Muſcatum ex veteri ænigmate.

Quod currit, *a* caput eſt; venter dabit additus alas. *b*
Graculus haud comedet ſex membra *c* externa guloſus.
Deme caput, metuent tria *d* prima: at iungitur hoſtis. *e*
Iunge extrema *f* epulis, acues ſine uentre poëtam;
Cui caput *g* abſumas, ſic fit, malè qui ſibi dicit.
At cum uentre caput *h* nil ſunt, niſi tædia uitæ.

a i. mus. *b* i. muſca. *c* i. σκατὸν nempe merda. *d* i. Mus catum metuet. *e* i. Mus & catum. *f* i. Mus, & tum, fiet muſtum. *g* i. uſtum; dempto enim m, fit uſtum. *h* i. muſca.

Eodem pertinet Conradi Bredebachii Diſtichum.

Si caput eſt, currit: uentrem coniunge, uolabit:
Adde pedes, comedes: & ſine uentre bibes.

Nix. Iacobi Pontani.

Candidior cygni plumis ſum filia Brumę,
Dura minus glacie; ſed non minus algida; fungo
Rarior; ac fluidum in laticem tabeſco repente.
Signo nouem, fuerit ſi litera prima reciſa;
Cor mihi ſi iungas, non eſt auis atrior ulla.

Quod dicit [ſigno nouem &c.] hoc ita intelligendum eſt; ſi ſcribatur Nix, & dematur N, fore, ut ſignificet eius nomen numerum nouenarii, cuius hæc nota IX. Poſtremò ait, ſi ſyllaba Cor ſibi adijciatur, futurum nomen auis nigerrimę. i. Cornix.

Dado. i. cubus. Ex Luſibus cuiuſdam uiri doctiſſimi.

Non ti doler di me, s'io pungo & ardo;
Ch'altro non ſon, che ſenza cuore un dardo.

ἄλλως.

Cauami il cuor, ſe'l uer mi togli e'l uero;
Daddouer ſono, e ſarò daddouero,

Lin-

Lingua Etrusca, ut notum est, rythmi gratiâ pulcherrimè truncat dictiones. Ex quo idem nobis ualet, *Vero*, & *Ver*; unde lusus in alterâ gryphi parte. *Vero.*

Duo'terzi di tre quarti d'uno'ntero.
Son la metà del tutto, e'l tutto è vero.

Sed iam, dimissis alijs, quæ innumera afferri possent, deueniamus ad prouerbialia ænigmata: quod est nostrum principale propositum.

Cum pinguis caro citò satietatem, ac ferè nauseam afferat; inde importuno homini, uel qui alio suo uitio nobis molestus sit, dicere solemus; *Tu se carne grassa*; Dicimus etiam; *Tu hai di quel, che adoperano i legnaiuoli*; intelligentes, ut appellatur, *dello stucco*; in qua dictione consistit tota uis prouerbij. *E' carne grassa.*

Siqua uxor uiro suo fidem frangat, cum alióque commisceatur, hęc ipsi dicitur *Far le corna.* Cum uerò cornua obtorta sint, ęnigmaticè idem efferunt; *Far le fusa torte.* *Far le fusa torte.*

Qui in diem ex œnopolis sibi uinum comparant, dicuntur; *Imbottare all'arpione*; quippe qui non ligneas lagenas uino imbuant, sed uitreos œnophoros adhibeant, quos clauo, uel cardini appensos tenere solent. *Imbottare all'arpione.*

Qui agrorum diuites sunt, a plebeculâ dicuntur; *Auere il cul terroso: Auer della terra al Sole.* *Ha il cul terroso.*

Significare uolentes, cuipiam alicuius rei nihil dubij superesse, sed iam omnia rectè probata fuisse, dicere consueuimus: *E' si può 'mbottare a sua posta.* Quando enim iam defęcatum est uinum, quod nos appellamus *Chiaro*, arbitratu domini infundi potest: & ille, cui nihil est dubij, dicitur; *Esser chiaro.* *Potersi imbottare.*

Hoc facile est intellectu, atque explicatu; quod dicitur de eo, qui rectè ualeat, quíque firmâ sit ualetudine: *E' piglierebbe'l pollo senza pestare:* ęgrotis enim paratur, ut dicunt, *il pollo pesto.* Vnde contra, siquis grauiter ęgrotat, dicimus. *Egli è al pollo pesto.* *Pigliare il pollo, &c.*

Grammatici Latini asserunt, nuces dictas esse a nocendo, eo quod linguę noceant. Quò mihi quodammodo spectare videtur nostrum adagium in hominem, qui conuitia ingerat, & huic, & illi obtrectet. *Egli ha mangiato noci.* i. *Egli ha cattiua lingua.* Nec me latent Sannazarij versus. *Ha mangiato noci.*

Pastor la noce, che con l'ombre frigide.
Nuoce alle biade, &c. in Arcadiâ.

Ignarus homo pręter alias rationes μεταφορικῶς appellatur a nobis Bue. Vnde qui rem uerbis obscurare aliquantum uolunt, huiusmodi nominant, *Animal da carro:* uehicula enim a bobus uulgò trahuntur. *Animal da carro.*

De eo, qui triremi addictus fuit, inquit multitudo. *Egli è ito a bastonare i pesci:* quorum uerborum sententiam per se satis patere existimo. *Andare a bastonare i pesci.*

In efferendis ad sepulchrum cadaueribus, post funalia, quę portantur a uespillonibus, communi Christicolarum more Crux gestatur. Hinc, sicui e.g. ob agnatorum mortem grandes contigerint hæreditates, dici solet. *Santa Croce l'ha aiutato.* *S. Croce l'ha aiutato.*

Qui, astutè conantes ex aliquo quidpiam intelligere, nunc de hoc, nunc de illo non longè a suo proposito percontantur, dicuntur a nobis *Scalzare.* *Cauare i calcetti.*

Inter calceorum genera numerantur udones, calcei ſcilicet linei, qui uulgò appellantur *Calcetti*: Ex quo *Cauare i calcetti* ualet, quod ſupra dicebam, *Scalzare*. Siquis autem, audiens hunc interrogantem, rem ſentiat, illud iactare ſolet; *Tiralo sù, ch'egli affoga*.

Ha a darmi pochi quattrini.

Cui mutuata eſt a nobis pecunia, noſter eſt debitor, nóſque ipſius creditores appellamur, eoquòd ei talem pecuniam credidimus. Cum uerò credere etiam ſit, alicui fidem habere; ex hac ambiguâ loquendi ratione ortum eſt tale adagium. De eo enim, cui parùm credimus, dicitur. *E' m'ha a dar pochi quattrini*. Et ſiquis apud nos fidem perdiderit, dicere ſolemus. *E' mi ha dato il mio reſto*.

Ha il mal delle due milze.

De muliere, quam ſignificare volumus grauidam eſſe, αἰνιγματῶδες dicere ſolemus; *Ell' ha il mal delle due milze*.

Sciorre i bracchi.

Significare uolentes, aliquem ſeu morbo, ſeu ſenectute, aliáue cauſsâ delirare, nec eſſe apud ſe, dicimus; *Egli ha ſciolto i bracchi*. *Bracchi* ſunt canes illi uenatici, qui ferarum veſtigia naribus ſectantes, uel ipſas, uel ipſarum luſtra venatoribus indicant: quos copulâ diu detentos, ſi aliquando dimittas, huc, atque illuc curſitantes diutiùs uagantur: unde originem traxit noſtrum prouerbium.

Zucchero di tre cotte.

Quod uulgò dicitur *Zucchero di tre cotte*, ualet, *Finiſſimo*: quę uox ambigua eſt; nam, ſi e.g. panno addatur, ſignificat, eum eſſe ex ſubtili ſtamine conflatum; ſi uerò homo appelletur *Fine*; denotat, hunc callidum, uafrúmque eſſe. Vnde uulgò dicitur de calidiſſimo, uaferrimóque; *Zucchero di tre cotte*. Nec me fugit, quę a Petro Bungo ſcripta ſint: agens enim de numero ſeptenario, ita inquit. Vbi ſepties igne id [ſaccharum] examinaueris, percoxeriſque, nihil quidquam proficit ulteriùs; ſed lapideſcit omnino, ne ulteriùs eliquari poſſit. Adagium inde uſurpatum de re, quę ſummam adepta ſit perfectionem: Septimæ decoctionis ſaccharum, ubi ſagaciſſimum quempiam, atque uaferrimum hominem deſignamus. Hęc Bungus de Numerorum Myſterijs.

Ammazzar con vna lancia &c.

Ex puteo hauritur aqua, ſitulâ per funem demiſsâ, ut notum eſt. Fune etiã facinoroſis hominibus a carnifice intercluditur anima. Hinc, ſi quem populus obſcurè ſignificare uult, infami hoc ſupplicio affectum eſſe, inquit. *E' ſtato ammazzato con una lancia da pozzo*. Vbi τὸ *Lancia da pozzo* pro ipſo fune intelligi debet.

Le diſgrazie ſon come, &c.

Cum menſæ cauponum ſemper in promptu, paratæque ſint: Hinc plebecula, ſignificare volens, infortunia ſemper eſſe parata, dicere ſolet; *Le diſgrazie ſon come le tauole de gli oſti: ſempre apparecchiate*.

Viuer per fede.

Quidam ſignificare volentes, ſe ab alijs aliquam rem intellexiſſe, non autem ipſi affuiſſe, inquiunt; *Io uiuo per fede*. i. *Io credo*. quaſi dicant; Non interfui, ſed ex alijs illud accepi.

Sonar di randello.

Spianar le coſture valet, plagas infligere, percutere. Idem etiam valet, *Sonar di Randello*. Vbi verſetur ambiguitas, manifeſtum eſt.

E' di razza di can botolo.

Egli è di razza di can botolo. Iactatur in eum, qui ſit non admodum procerâ ſtaturâ, ſed maximè iracundus. Integrum enim ſic profertur. *Egli è di razza di can botolo: piccolo, e ſtizzoſo*. Huc alluſiſſe videtur Dantes, cum cecinit Purg. Cant. 14.

Botoli truoua poi, venendo giuſo,
Ringhioſi più, che non chiede lor poſſa, &c.

Popol.

Popellus Significare volens, non uerbis, sed pecuniâ opus esse ad rem peragendam, obscurè dicere solet. *Ci bisognan di que', che fanno cantare i cicchi.* Solent enim, qui oculis capti sunt, cantum, vel pias preces pro alijs fundendo, hoc pacto sibi uictum quæritare.

Bisogna di quei, &c.

Macchie apud nos, inter alia, duo significant, sordeis scilicet, quæ ex oleo, aliòve pingui liquore pannis contrahuntur; & saltus, seu dumeta, ubi retibus, vel visco volucribus tenduntur insidiæ. Ex hac dubiâ significantiâ originem traxit adagium; *Può uccellare sul suo*: quo αἰνιγματικῶς utimur, aliquem sordido, luridòque ornatu obsitum videntes.

Può uccellar sul suo.

Cùm die Veneris, ac Saturni carnes Christianis hominibus interdictæ sint, uulgò comeduntur olera, legumina, pisces, & huiusmodi, quibus nihil inest pinguedinis. Hinc Emendicata suffragia, ut inquiunt Iurecoss. & rationes parùm, aut nihil pollenteis, appellare solemus, *Ragioni del Venerdì .i. magre*, ut simpliciter dicuntur.

Ragioni del Venerdì.

Significare volentes, aliquem e.g. non diluculo, nec primâ luce è cubili surrexisse; sed sole iandiu exorto, obscuriùs dicere solemus; *All alba de' Visconti*. Cuius si quis caussam quærat, inquiunt; *Il Sole è a mezza gamba.* A uulgi fæce dicitur in eâdem sententiâ; *All' Alba delle mosche*; *All' Alba de' Tafani*.

All' Alba de' Visc̃oti.

In indocilem, & cui, ut fertur, Musarum portæ omnino clausæ sint, ab aliquibus iactatur. *E' nacque la notte di S. Vitale.*

Nacque la notte di S. Vitale.

Qui detinentur in carcere ob ferreos cancellos, qui carceris fenestræ appositi sunt, dicuntur, *Auere gli occhi di ferro*: qui cancelli cum quadratâ figurâ inter se distincti sint, alterius, idem penitus significantis occasionem dederunt; *Vedere il Sole a scacchi*. Idem ualent; *Le capre non lo posson cozzare*; *Egli è in domo Petri*; *E' s'è messo il giubbone di Beltramo.*

Ha gli occhi di ferro.

Non puoi dir, come il nibbio. i. Exempli gratiâ; Istud, quod manu geris, tuum non est: miluius enim, quando clamitat, uidetur exprimere hæc uerba *Mio mio.* i. meum meum; Vnde non desunt, qui censeant, inde a Latinis appellatum fuisse Miluium. Nõ potes igitur dicere; Hoc meum est.

Non può dir come il nibbio.

Erubescimus, inquit Philosophus, loqui absque ratione. Quæ sententia uulgatissima quoque est apud Iurecoss. Erubescimus loqui absq; lege, & usurpauit Lucianus in Episto. ad Sabinum. In summâ; stultitiæ, atq; ignorantiæ argumentum est non mediocre, si quis, de quo agat, rationem reddere nequeat. Sed nonnulli, si τὸ Quare interrogentur, respondere solent; *Perche sì*. Quam respondendi rationem vulgò appellare solemus. *La ragion delle donne.*

La ragion delle dõne.

Quos credimus siti, ac fame laborare, affirmantibus, modestiæ, vel alius caussæ gratiâ, se tantùm sitire, subdere solemus: *La sete del lupo*. i. Lupi sitis; nempe edendi, ac bibendi cupiditas.

La sete del lupo.

Quorum salus a medicis desperata est eos dicimus; *Essere spediti per lettere di Cambio.* i. De illis actum esse. Quod Græci παροιμιακῶς τοῦ σελίνου δεῖσθαι. i. Apio opus habere. Plutar. in Symposi. Sed nostra dicendi formula perplexa est: trapezitæ enim conficiunt tesseras collybisticas, quas appellamus *lettere di cambio*. Qui verò animam agunt, dicuntur; *Andarsene per le poste*; *Essere a' Confitemini*; Inter enim preces, quæ, ut dicitur, Pro animæ Commendatione funduntur, sunt plures Psalmi, qui inchoãtur a uerbo Confitemini. Et qui festinanter iter aliquod conficere debent,

Spedito per lettere, etc.

E' a' Confitemini. bent, veredo (a Græcis appellatur ἵππος ταχύδρομος, a nobis *Posta*) uti solent. Brunettus dixit; *Esser presso a Confitemini.*

Testimoni di S. Gennaio. Si quis affirmet, a se aliquid visum, vel auditum, quod nos certò sciamus, verum non esse, dicere solemus. *Testimoni di San Gennaio.* Narratur enim, hos, ut inquiunt Iureconsulti, de visu deponere uoluisse, cum vtrisque oculis essent capti.

La lancia d' Achille. *La lancia d' Achille.* i. Achillis lancea. Ex historiâ notissimâ Telephi, qui, cum obstaret, ne Græci, ad Troiam proficiscentes, per Mysiam iter facerent, ab Achille sauciatus fuit. Cui plagæ non inuento satis idoneo remedio, oraculum consultum respondit, eamdem hastam, qua fuerat uulneratus, eum esse sanaturam. Quod factum fuit. Dicitur ergo, quoties, unde iactura orta est, inde præstatur remedium. Responsum oraculi tale fuit. ὁ τρώσας, καὶ ἰάσεται. i. Qui sauciauit, & medebitur. Vide P. Vict. var. lect. lib. 5. c. 12. & lib. 24. c. 14. Dantes optimè. Infer. cant. 31. in princi.

> *Cosi od' io, che soleua la lancia*
> *D' Achille, e del suo padre esser cagione*
> *Prima di trista, e poi di buona mancia.*

Egli ha legato l' asino, &c. Si quis grauiori somno oppressus, maximè stertat, vel aliud signum profundi soporis præbeat, dicere solemus; *Egli ha legato l' Asino a buona cauiglia.* Vtitur Boccac. Fabu. 40.

Dottor della necessità. Iuxta illud uulgatum recentium Iurecons. dogma; Necessitas legem non habet; quando significare volumus, aliquem non esse iuris, legúmve admodum peritum, appellare solemus; *Dottor della Necessità: senza legge.*

E' un arca di Noè. In arcâ illâ, quæ Dei iussu a Noa constructa fuit, omnis generis animantia conclusa fuisse, palàm est omnibus. Hinc nos significantes, aliquem omnis generis virtutum præditum esse, dicimus: *Egli è un arca di Noè.* ζῶν πατῶν μουσεῖον. i. Viuum Musæum. βιβλιοθήκη ἔμψυχος. i. Bibliotheca animata. Virtutum thesaurus. Parœmiogra. Dicimus etiam παροιμιακῶς, *Egli ha piu virtu della Brettonica.* De quo libro secundo. Et apertiùs; *Egli è un'arca di scienza.*

Merita piu 'l limbo, che l'inferno. *Semplice* dicitur a nobis, & qui nullius uitij vel per ætatem, uel per integritatem sibi conscius est; & qui naturâ credulus, nihílque vafer haud difficulter a quouis decipi posset. Ex cuius verbi ambiguitate originem traxit hoc adagium. *E' merita più il limbo, che l' inferno.* In hominem qui facilè dolis opprimi possit. Sententiã verborũ satis per se patêre existimo.

Ha spento una lanterna. Qui obscurè significate vult, aliquem esse oculo captum inquit; *Egli ha spento una lanterna.* Quando verò distillatio, vel alius affectus oculum alicuius angit, adeò, ut telâ sericeâ, quemadmodum fieri solet, eum coopertum teneat, tunc dici solet; *Egli sta a sportello.*

Stare a sportello.

Ha le campane grosse. De eo, qui tardè, ac difficulter exaudit; *Egli ha le campane grosse.* Et Brunettus; *Egli ha male campane.*

Dare, doue si da al bossolo, &c. *Dare*, ut in primo libro notatum est, quandoque valet nobis verberare, siue percutere. Quid sit pyxis, ubi species conduntur; & quomodo ex ipsâ species emittantur, ut notissimum prætermitto. Quoties igitur inter duos ex popello orta fuerit rixa, quorum unus alteri nihil cedat; si iste plagas interminetur, hic, eius verba, minásquè nihilipendens, dicere solet. *Voglio, che tu mi dia, doue si da al bossolo da spezie.* Quando enim ex eâ

species

ſpecies efficere volumus, poſticam partem manu percutimus; ad quam in hoc prouerbio alludituir. Infantes verò, nutrici, vel matri non obedientes, ut in teneris parère aſſueſcant, tali pacto leuiter percuti ſolent.

Qui ſignificare vult, ſe vtique egere, ſed non laborare extremâ inopiâ, dicere ſolet; *Io non ſono alla catena:* quod prouerbium proculdubio deſumptum fuit a mancipijs, ſeu captiuis, qui, per Capitis diminutionem, ut inquiunt Iureconſulti, fortunis omnibus, ac libertate priuati catenâ etiam conſtricti ſunt. *E' alla catena.*

Vulgò dictitant, Orlandi matrem appellatam fuiſſe Bertam, ſiue Baiam: vnde origo talis adagij; *Dar la madre d'Orlando.* i. *Dar la Baia,* ſeu *la Berta.* quæ locutio valet, irridere, atque illudere. Dicitur etiam; *Soiare. Dar la ſoia;* Quæ Venetorum propria. *Dar la madre d'Orlãdo.*

Iunculi, ſcriblitæ, & huiuſmodi puerilia cruſtula fieri ſolent ex farinâ puriſſimâ. Hinc de eo, quem non omnino purum, culpáque uacuum cenſemus, dicitur; *E' non è farina da cialde.* Eodem ſpectat & illud, ſed non huius generis. *E' non è netta farina.* *Non è farina da cialde.*

Si e.g. canis in ędibus immodicè latret, hera indignata, interminans, niſi quieſcat, ſe eum foras per feneſtras deiecturum, dicere ſolet; *E' vuol far la uia delle rondini:* hirudines. n. per feneſtras ingrediūtur, & egrediuntur. *Far la uia delle rondini.*

Quod inquit Catullus in Coloniam; Nec ſapit pueri inſtar; de quo nos alibi, dicitur αἰνιγματωδῶς, *Se gli può dar nel capo.* Quaſi velimus; caput quidem habet, quod percutere queas, ſed cerebro caret: quod a nobis pro ingenio, ſapientiáque accipitur. Dicitur etiam in eodem propoſito, *Egli ha poco di quello, che'l bue ha troppo.* i. *del ceruello.* *Se gli può dar nel capo.*

Qui, quamcunque mulierem uideat, ſtatim deperit, uulgò dicitur; *Attaccare il Maio a ogni vſcio.* Solent enim amaſij pręcipuè in pagis, oppidiſque Kalen. Maij virideis arbuſculas, floribus ornatas (quas ab eo menſe, ut cenſeo *Mai* appellant) ruſticas canendo cantilenas, amaſiarum domibus in amoris ſignum affigere. Noſtro fortaſſe non longiùs abeſt illud è Clementis lib. 7. Stromatum; πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυνεῖ. i. Omnem lapidem nitidum adorat. *Attaccare il Maio a ogni vſcio.*

Eiuſdem notę (quo vtitur Seneca lib. 3. Epiſt. 24.) uel, Eiuſdem farinę (quod eſt apud Perſium in Quintâ Satyrâ) uidentur dicti a Latinis homines, qui iiſdem ſunt pręditi moribus: Hi uerò a nobis; *Della medeſima razza; Della medeſima pannina.* Et vulgus αἰνιγματῶδες: *Sono come i popon da Chioggia: tutti d'una buccia, e d'un ſapore.* Pro quo Aloyſius Pulcius; *Come i popon da Chioggia.*

Tutti ſiamo d'un pelo, e d'una buccia.

Tamburino eſt ille, quem Gręci τυμπανοτρίβην appellãt, qui ſcilicet in bellis tympanum pulſat. Hic, quaſi incertarum ſit partium, ſemper uictoribus fauere dicitur. Vnde nos, qui modò huic modò illi ex ſuâ libidine adhæret, dicimus; *Far come il Tamburino;* Duabus ſedere ſellis; ſcomma Laberij in Ciceronem apud Macrob. in Saturna. Qui uerò tali uitio affinis eſt, μεταφορικῶς appellamus *Tamburino;* & per alluſionem obſcuriùs; *Carta tamburina.* *Far come il tamburino.*

De muliere formoſâ quidem, ſed nequam pręditæ moribus, iactari ſolet a uulgo.

Bella 'n viſta,
Dentro triſta. Vel

Ell'è

Fatta come la caſtagna.

Ell'è fatta, come la caſtagna,

Bella di fuori, & dentro ha la magagna.

ἔνδοθι ἡ ἑκάβη, ἔκτοθι ἡ ἑλένη. i. Intus Hecuba, foris Helena. Nazian. aduerſus mulieres fucatas. ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος. i. In eburneâ uaginâ plumbeus gladius. Cynicus apud Laërt. In iuuenem honeſtâ formâ, ſed moribus inhoneſtis. Pro quo nos etiam; *In guaina d'oro, coltel di piombo.* Huc quadrat præceptum illud;

Μὴ κρῖν' ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον. i.

Ne iudices ex pulchritudinis aſpectu, ſed morum. In Græc. Col.

Come diſſe il cane alla broda.

Tal'è,

Qual'è. Vel ænigmaticè per apophthegma. *Come diſſe il cane alla broda: tal'è, qual'è.* i.

Hæc inter ulla non eſt differentia.

Nec longè diſſimile illud; *Ella va tra'l rotto, e lo ſtracciato.*

Far, come il caual Turco.

Quoties cernimus, aliquẽ pro beneficijs maleficia rependere, tunc dicimus. *E' fa come il caual Turco: mangiata la biada dè calci al vaglio.* Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν. i. Aries nutricationis mercedem perſoluit. Parœmiogra. Huc pertinet Gabriæ fabella.

ἔλαφον ἐξήλαυνον οἱ κυνηγέται,
ἥτις δασείαις ἀμπέλοις ἀπεκρύβη.
τὰ φύλλα βιβρώσκουσα δ' ἡ τῆς ἀμπέλου,
κυνηγέταισιν ἐνδίκως ἐθηράθη. i.
Ceruam perſequebantur uenatores,
Quæ denſis in uitibus delituit.
Sed folia uitium cum comederet,
Venatoribus iure præda fuit.

Vis congruentiæ conſiſtit in eo, quòd ceru a uite ſeruata, ipſius folia, pro beneficio maleficium rependens, comedere ingrata cœpit. Vnde, inquit Mythologiſta, iure optimo pœnas perſoluit.

Piacer come l'orſo

Vrſus beſtia notiſſima, eſt animal adeò deforme, ut, ſiue ambulet, ſiue ſtet, nihil uenuſtatis præſeferat. De homine igitur, qui, quicquid agat ſiue ſeriò, ſiue iocò, riſum excitet, dicere ſolemus. *E' piace, come l'orſo: per la ſua goffezza.*

Orcinol de' poueri.

In obſcœna effutientem iactat uulgus; *Egli è come l'orcinol de' poueri.* i. *sboccato:* Pauperes enim uiliſſimis utuntur ſupellectilibus, iiſq; obſoletis, ut eſt urceolus, qui non ſit integer, ſed in ore mancus, quod ualet *Sboccato.* Sed iuxta ſenſum ſignificat ἄσεμον, de qua uoce uide ſupra pag. 48.

Sol di Marzo.

In eum, qui, multa proponens, nihil peragit, dici ſolet. *E' fa, come il Sol di Marzo: muoue, e non riſolue.* Eo enim tempore incipit tellus emittere ſuos fructus; qui tamen ad maturitatem non illo, ſed alijs temporibus perducuntur.

Mangia come'l caual della carretta.

Carretta eſt nobis quoddam plauſtrum, quod uulgò ab uno trahitur equo. Hoc autem plauſtro, ſiue uehiculo præcipuè rudera, atque huiuſmodi quiſquilias ad urbis pomœria, uel aliò ex Aedilium iuſſu aſportantur. Dum igitur onera plauſtro imponuntur, ut equus ille uireis reficiat, ſolent agaſones furfurẽ, uel quid ſimile ſacco habere, interimq; caput equi in ſaccum immittere, ut comedat. Vnde ortum adagium; *Mangiar come il caual della Carretta: col capo nel ſacco.* Et dicitur de illis, qui nullam

domus

domus curam gerunt, ut nobiles filij familiâs; cum a patribus omnia curentur, ac ſuppeditentur. Eodem ſpectat etiam illud. *Mangiar a ſuon di campanuzzo.* De cœnobitis, & alijs, qui in ſacris familijs aluntur.

Campanili dicuntur a nobis turres illæ, ſacris ædibus iunctæ, ubi appenſa ſunt ea inſtrumenta ærea, quæ a monte Campano, ubi primùm fuſa dicuntur, Campanæ nuncupatæ fuerunt. Hæ cum ruri non admodum frequentes reperiantur, occaſionem dederunt, ut de raris, & quæ non paſſim inuenire liceat, dicatur. *Son come i Campanili di contado.* *Come i cāpanili di cō tado.*

Inter cætera eſculenta, quæ ex carne ſuillâ conficiuntur, fit farcimen illud, quæ lucanica a Latinis, & a nobis hodie *Salſiccia*, ab antiquioribus, ſi Brunetti Epitaphio fidimus, *Salciccia* appellabatur. Ad hanc conficiendam, ut notum eſt, a farcinatoribus multa aromata adhiberi ſolent: adhibetur etiam fœniculum. Sed & ſine hoc non eſſet fortaſſe minoris ſaporis. Vnde originem traxit noſtrum prouerbium. *Io ci ſono, come il finocchio nella ſalſiccia: per ripieno.* Quod vſurpari ſolet ab aliquo, qui v. g. in magnâ alicui cauſſæ delegatorum iudicum multitudine ſe nihil poſſe; ſed, vt numerum conficiat, adhibitum eſſe, vult ſignificare. Idem valet illud ab aleatoribus deſumptum: *Io ci ſon per le noue coppe.* Et quod ἁπλῶς: *Io ci ſon per vn più.* *Come il finocchio nel la ſalſiccia.*

Splendidus, pecuniæq; non auarus Latinorum more appellatur a nobis, *Largo.* Vndè εἰρωνικῶς In ſordidum vulgò iactatur. *Egli è largo in cintola. E largo, com' vna pina verde.* Quibus non longiùs abſunt. *Il Largo de' Mancini. Il Largaccio da Lucca: daua bere all'oche, quand' e' pioueua.* De alieno liberalis. Seneca. Et quod notat Titius ex Pauſaniâ Loco. Contro. lib. 10. cap. 4. θυμιάμασιν ἀλλοτρίοις τὸ θεῖον σέβεται. i. Numen alienis ſuffitibus veneratur. *Il Largaccio da Lucca.*

Cùm vulgus ſignificare vult, ab illis, quæ ineuitabilis Dei manus in homines immittit, eos ſibi cauere non poſſe, dicere ſolet. *Cio che caſca dal ciel non c'è riparo.* In quam ſententiam Aeſchylus in Perſis. ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν θεῶν διδόντων. i. Neceſſe eſt hominibus damna perferre, quæ a Dijs inferuntur. Idem Ariſtoteles. ἄφυκτον ἐστι τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν. i. Ineuitabile eſt malum fatale. Et Theognis ὅ, τι μοῖρα παθεῖν, οὐκ ἔσθ' ὑπαλύξαι. i. Quod fatum eſt pati, non licet effugere. Et planiùs Euripides. δεῖ φέρειν τὰς τῶν θεῶν. i. Ferendæ plagæ numinum. Heſiodus etiam. οὔτι πῃ ἐστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. i. Nuſquam licet Iouis mentem euitare. Adde, ſi vis. Numinis ira ineuitabilis. Parœmiogra. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ, καλῶς φέρειν χρή. i. Dei decreta rectè tolerare conuenit. Sopho. in Oedi. Colo.

θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι, καὶ τύχῃ. i.
Deo, & fortunæ repugnare graue eſt. Menan. Huc pertinent ſniæ:
Che contra 'l ciel non val difeſa umana. Petrar.
Quello, che manda il ciel, forza è ſi tolga. Areoſt.

Idem etiam αἰνιγματωδῶς effertur. *Come diſſe la tinca a' tincolini: a quel che vien di ſopra, non c'è riparo.* Narratur enim ex apologo, thincam (Platina credit, olim menam appellatam fuiſſe) docentem ſuam prolem, quo modo ab omni rete ſibi poſſet cauere, ſimul cum filijs a fundâ comprehenſam fuiſſe. Vnde conquerenti filio, quòd non docuiſſet etiam ab hac ſibi proſpicere, eam, ferunt, tali pacto reſpondiſſe. *Come diſſe la tinca a' tincolini. Apologus.*

Starſene terra terra. Nazianzenus in Monodia Baſilij; περὶ τὰς ὄρεις πρόπο-

δασεύειν . i. Circa montis radices verſari. Idem dicitur αἰνιγματικῶς. *Far, come la porcellana: ſtarſene terra terra*. Eodem pertinet Senarius.

Far come la porcellana.

Πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. i.

Pedibus ingredior, natare enim non didici. Parœmiograph.

Brunettus in Epitaphio dixit; *Star terra terra*.

Viue come lo ſparbiere.

De eo, qui nihil habet in cenſu, ſed quotidianis operis ſibi victum quæritat, dicere conſueuimus. *E' viue, come lo ſparbiere: dì per dì*. καθημερόβιος. i. In diem uiuit. uel, καθημέριος βίος. Græci paſſim.

Come i polli di mercato.

In duos aliquos, quorum alterius nequitiam alterius probitas compenſare uideatur, dici ſolet. *E' ſon, come i polli di mercato: vn buono, e vn cattino*. ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος οὐδέτερος. i. Vterque ambo, ambo neuter. Philippi dicterium in duos fratres; de quo meminit Plutarchus in Moralibus.

Far, come Giucca.

Quando vnius exemplo multi idem temerè faciunt, dicere ſolent noſtræ mulieres; *E' fanno come Giucca: quel, ch' e' veggon fare*. ἑνὸς χανόντος μετέχηνεν ἕτερος. i. Oſcitante vno, deinde oſcitat & alter. Parœmiogr.

Far come il can, &c.

De eminus malum interminante, cum ipſe ſit in tuto. *E' fa, come il can del pagliaio*. Græci in hanc ſententiam; γλώττῃ πολεμίζει. i. Linguâ bellat. Ex Parœmiographo.

Far formica di ſorbo.

Vſcire propriè eſt exire. Dicitur etiam παροιμιακῶς. *Egli vſcì*; quando ſignificare volumus, aliquem nos quidpiam non celâſſe, ſed interrogatū, ſyncerè, & ex animo confeſſum fuiſſe. Cui contrarium; *E' non vſcì à nulla*. Hoc iacto fundamento, facilè intelligitur Adagium; *Far formica di ſorbo: non vſcir per buſſare*. i. Quamquam iterum, atque iterum de aliquâ re quiſpiam interrogetur, ne gry quidem, vt fertur, ad propoſitū reſpōdere.

Far, come l'aſino.

De eo, qui e. g. multas cogens pecunias, nihil impendit, immo ſordidiſſimam uitam degit. Vel; De eo, qui opiparo inſtructo conuiuio, nihil comedit, dicere ſolemus. *E' fa, come l'aſino: porta il uino, e beie l'acqua*. ζῇ βίον ἡμιόνων, αἳ χρυσοῦ φόρτον ἔχουσαι πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον. i. Mularum uitā degit, quæ, magnum auri pondus ſuper dorſo geſtantes, ſolum comedunt fœnum. Ex Epigrammate incerti aucto. Antholo. li. 2. Tit. De Præparcis. Vide ſup. p. 103.

Come l'arco Soriano.

In eum, qui, nullius ratione habitâ, tam amicis, quàm inimicis imponit, iactari ſolet. *Come l'arco Soriano*. vel: *Come la ſtadera de' beccai*. *Come la baleſtra Furlana: tanto a gli amici, quanto a' nemici*. Quod Simonides ita, de muliere loquens: ἐχθροῖσιν ἴσα, καὶ φίλοισι γίνεται. In amicos, atque in hoſteis ſimilis eſt.

Non lo 'ntē derebbe Perticone.

De homine, qui perplexè, atque obſcurè loquatur, inquit uulgus; *Non lo 'ntenderebbe Perticone: intendeua le capre, quando belauano*. οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι. i. Ne Apollo quidem intelligat. Antiphanes apud Athenæ. lib. 3.

Veſtirſi di pelle d'aſino.

Inhumani, & qui in neminem beneficium conferunt, appellantur a nobis μεταφορικῶς *Aſini*. Hinc, ſi quis denotare uult, non eſſe in quempiam beneficia conferenda, quòd ſcilicet omnis gratia ſtatim pereat, uel quauis aliâ de cauſsà, dicere ſolet. *Biſogna ueſtirſi di pelle d' Aſino*.

Valigiaio.

Irati dicuntur παροιμιακῶς In fermento iacere. Quod a nobis αἰνιγματῶδες *Eſſere in ualigia*; de quo ſupra. Qui verò hoc vitio laborant, nempe iracundi, & quibus bilis ſemper in nare ſedet, ut dixit Theocritus, appellantur a nobis *Valigiai*. Quod verbum eſt ambiguum: nam propriè illi, qui

bulgas,

bulgas, atque hippoperas faciunt, nuncupantur *Valigiai*.

Si quis e. g. mercaturam exercens, pro lucro damnum accepit; vel patrimonium maiori ex parte prodegit, dicere consueuimus. *Egli ha fatto di trentatre undici*. Quod ualet; As ad trientem redactus est. *Far di trentatrè undici.*

Ferentes munera, αἰνιγματικῶς dicuntur, *Picchiar l'uscio col piè*. i. Pede ostiũ pulsare. Quòd scilicet manus donis intricatas habeant. *Picchiar l'uscio col piè.*

Pulcherrimum est illud, sed non facile explicatu, ut mihi uidetur. *La vigna del Madda: assai pampani, e poc'uua*. Dicitur ergo, si quis indicare uult, aliquem e.g. uideri quidem literatum ex multis sententiarum flosculis, quas temerè perceptas, passim proferat, sed re ipsâ non esse talem, cum prorsus careat veris intelligendi fundamentis, utputa cum perfectam linguarum cognitionem non hauserit, nec primoribus quidem labijs Philosophiæ fonteis gustauerit. *La uigna del Madda.*

De re numeris omnibus perfectâ, ut alibi ex Aristotele notatum est, vulgò dicitur. *Non se gli può ne leuar, ne porre*. i. Nec addi, nec adimi potest. Huic simile est dictum illud frequens in ore plebis. *Le nozze del Gonnella: non auanzò, ne mancò nulla*. Quoties in aliquâ re peragendâ nec deest, nec superest quidpiam. *Le nozze del Gonnella.*

Idem uulgus e.g. in malum Reip. ministrum, qui in gerendâ prouinciâ per fas, nefasque locupletari studeat, subobscurè inuehi solet. *E' fa a Trionfini di Madama: a rubare, e assassinare*. *Fare a' triõfin di Madama.*

Le bestemmie fanno come le pricissioni: ritornano, donde si partirno. *Le bestemmie, &c.*

In proprium redeunt impia dicta caput,

Huc pertinet illud Matthæi Villanij. *Chi contra a Dio gitta pietra, in capo gli ritorna*.

Simul iungere digitos manus, ut a Latinis fiebat sanna illa, quæ ciconia uocabatur, dicitur Florentiæ, *Far pepe*; quod quemadmodum præ frigore hyberno tempore non facilè, ita Iulio mense absque ullâ fit difficultate. Hinc illud αἰνιγματῶδες. *E' non farebbe pepe di Luglio*; de homine supra modum frigido, & ad res agendas inepto. Ialemo frigidior, significat nobis; *Egli è più freddo d'vna Tramontana*; vt alibi diximus. Cuius sententia eadem est, atque huius. Vtitur etiam Brunettus in Epitaphio. *Non farebbe peppe di Luglio.*

La fauola del tordo: guardagli alle mani. Tempus vsurpandi huius prouerbij ex ipso turdi Apologo satis percipitur. Capti fuerant complures turdi, quos auceps, ut fit, pollice, & indice caput ipsorum stringens, sigillatim interimebat. Cum uerò præ algore aucupi deciderent lacrymæ; O, socij, inquit vnus ex ijs, homo ob nostri misericordiam illacrymat. Respondit alter. Aspice ipsius manus. Vtimur ergo, significantes, aliud simulari, & aliud fieri; Græci in eâdem, uel simillimâ sententiâ; κροκοδείλου δάκρυα. i. Crocodyli lacrymæ. Huic simile est apophthegma illud. *Come disse la golpe: le parole eran buone ma i cenni dolorosi*. De quo suo loco. *La fauola del tordo.*

Qui, ut alios decipiant, se alterum alteri inimicos esse simulant, dicuntur a nobis. *Far come i ladri: il giorno nimici, e la notte insieme*. i. Familiariter inimicitias exercere. Ex Cicero. *Far come i ladri.*

Si quis in rebus suis nullam seruet mediocritatem, sed ab uno extremo, ut dici solet, ad alterum transeat; v.g. ex auarissimo fiat maximè prodigus, & contra, dicere solemus; *E' fa come il grillo: o' salta, o' gli sta fermo*. Ad idem tendit *Far, come il grillo.*

L'ostessa della Faggeta,
O'lla bronsola, o'lla sta cheta.

Manico propriè nobis est manubrium, siue ansa. Accipitur etiam quandoque pro caudâ salaci, seu uirili membro, ut penis a Latinis, quæ propriè valet caudam. Hinc dicti ambiguitas; *Piu disonesto d'un canestro: mostra sempre il manico.*

Piu disonesto d'un canestro.

Indicare uolens, se u.g. ex aliquo ludo nec meliorem, nec deteriorem conditionem suam fecisse; ex eo.s. discedere, nec damno, nec lucro accepto, αἰνιγματικῶς inquit; *La Ronfa del Vallera: ne fa, ne fa.* i. Nec lucri, nec damni quidpiam. Bocca. simpliciter dixit. *Noi siam pari pari.*

la Rõfa del Vallera.

Historia Alberici Mamfredij, qui cooptatus in numero equitum, ut uocant, Gaudentium Frater Albericus appellatus fuit, satis nota est: qui scilicet, pace simulatâ, conuiuio aduersarios excipiens, in fine pro ultimis epulis ex improuiso oppressos interemit. Ipse per se patratum facinus Danti narrat in Inf. cant. 33.

-- I' son frate Alberigo:
Io son quel delle frutte del mal'orto,
Che qui riprendo dattero per figo.

Nos, quando aliquis malè plagis acceptus fuit, uulgò dicere solemus. *Le frutte di frate Alberigo: amare.* Aloysius etiam Pulcius prouerbium vsurpat.

le Frutte di Frai Alberigo.

Le frutte amare di frate Alberigo.

Pro hoc Latinè diceret aliquis; In Tragicum choragium exierunt epulæ. Non prætereo, apud nos in adagio quoque esse; *Riceuer dattero per fico;* ex eo uersu;

Che qui riprendo dattero per figo:

Significat autem, Pœnas sceleri æquales luere, uel potius ampliores.

Quod prouerbialiter inquiunt; Ver ex anno tollis; quando aliquis e.g. historiam narrans, magis notandam, pulcriorémque partem omittit, dicitur a nobis αἰνιγματικῶς. *Tu guasti la coda al fagiano: lasci il piu bello.*

Guastar la coda al fagiano.

In eum, quem censemus grandiori esse ætate, quàm dicat, u.g. non triginta, sed quadraginta annos natum esse, ridendo iactare solemus. *Bambin da Rauenna: nacqi e con la barba.*

Bambin da Rauenna.

Famem ciborum optimum esse condimentum, atque omnia edulcare, alibi a nobis dictum fuit. Exempla Socratis, & aliorum, qui nunquam, nisi maximè esurientes comedebant, notissima sunt ex Cicerone, & alijs; unde non recenseo. Pro eo igitur, quod παροιμιῶδες ab antiquis dicebatur; Fames optimum condimentum, Fames omnia edulcat; dicitur a nostris. *La salsa di San Bernardo: la fame.* Hic enim Sanctus ieiunio ferè quotidiano indulgens, occasionem nobis dedit talis prouerbij.

la Salsa di S. Bernardo.

A sermone proposito aberrans, uel potius absurda, & inconcinna proferens, uulgò dicitur, *Non dare in nulla.* Pro qua loquendi formulâ plebecula παροιμιῶδες, *Dare in budella.* Vnde αἰνιγματικῶς, *Far can di peducciaio: dare in budella.* Ex locutione ancipiti origo adagionis.

Far can di Peducciaio

CElebertima sunt apud Italos uulgóq; tritissima quędã prouerbia, quæ, quoniam sa pius αἰνιγματικῶς proferuntur inter huius generis dicta cõmodè inferenda existimaui. Et ne idem sit etiam, atque etiam repetendũ, oppor-

opportunitas eorum usurpandi ex sententiâ, quam continent, ubi integra pronunciantur, planissimè elicitur. Non curabo itaque exactam ipsorum explicationem afferre.

Andar come la biscia allo'ncanto: a male in corpo. Simile illi, *Volentieri con le lagrime su gli occhi*. i. Volens nolenti animo. De quo supra.

Come il caual del regno: ha le lettere su le chiappe; Vel etiam; *E moneta tosa: senza lettere*. Non nouit literas.

Come le Lasagne: non ha ne ritto, ne rouescio. Et ab aliis; *Il mantel di Ruzzante: non ha ne ritto, ne riuerso*. Nullus in eo modus.

Come il lupo, non buono ne uiuo, ne morto. Nec uiuus, nec mortuus utilis.

Dormir, come la lepre: a occhi aperti. De hoc ita Longius Epist. 25. To. 1. Medicinal. Epistol. In soporiferâ cerebri affectione ex pituitâ bili permistâ æger instar leporis apertis oculis dormit, nec oculis conniuet, sed ἀσκαρδαμυκεῖ. i. indefessè, & toruè quemque intueri uidetur. Vide Gilb. Cogna. in Adag. Leporinus somnus.

Fa, come il cane: scuote le busse. i. More canum; nihil curat plagas.

Fa, come il carbone, o' cuoce, o' tigne. i. Vt carbo, aut coquit, aut tingit.

Fa, come le secchie; tutto'l di in su, e'n giu. i. Assiduè sursum, ac deorsum cursitat.

Far, come il caual dell'ugna bianca: uenir meno al bisogno. i. In necessitate deficere.

Far, come la gallina di monte Cuccoli: mangiaua l'uouo, auanti lo facesse. De illis, qui, ut fertur, in herbâ frumentum edunt.

Far, come l'aspido sordo: turarsi gli orecchi per non sentire. i.
Vt aspis surda: obthurat aureis, ne audiat.

Far, come la scimia: quanto più ua in alto, tanto più mostra le sue uergogne. i. Vt simia, quo altiùs ascendit, eo magis sua pudenda detegit.

Far, come le donne nouelle: la ritornata. Reuersionem facere, dixit Plaut. in Bacchid.

Far lepre uecchia; dare a dietro. Retrorsùm uela dare. Ex Horat.

Quædam Adagia Aenigmatica, vel Apophthegmata Prouerbialia, populi Florentini propria.

In eâ parte nostræ vrbis, quæ non longè abest a portâ, quæ vergit ad orientem solem, extant duæ sacræ ædes, duobus Apostolis, Petro, ac Simoni dicatæ. Inter has uerò situs est carcer, quò uulgò obærati conijciuntur, appellatus *le Stinche*. Quando igitur plebes obscurè significare uult, aliquem illic detineri, inquit; *Egli è fra due Apostoli*. *Esser fra due Apostoli.*

In hominem inconstantem Florentiæ dictitant. *L'Agnolo di Badia, si volta a ogni uento*. χαμαιλέοντος εὐμεταβολώτερος. i. Chameleonte mutabilior. Chameleontem pro inconstante, ac mutabili usurpauit Aristoteles in primo Moralium ad Nicomachum. εὔριπος. Euripus. Vide Adagi. Euripus homo. *l'Agnolo di Badia.*

C. d. Scoto: saluo iure calculi. Vulgus in simili proposito usurpare solet. *Salua la ragion del banditore, in tutto, e per tutto*. Quod dictum formula est Floren- *C. d. Scoto.*

tin-

rentinorum præconum, quando aliquid sub hastâ uendunt: hanc enim, antequam rem licitatori addicant, uulgò semper pronunciare solent. Aliquis Iureconsf. diceret; Absque præiudicio.

Far Mona Sandra. Qui tauricum tuetur, toruè scilicet aliquem aspicit, dicitur a nostro popello; *Far mona Sandra*; quod ἁπλῶς, *Far tusaccio.* Caussa per se patet, nempe ex muliercula tali ingenio prædita.

Matteo di Cādozzo. Siquis se nobis purget, quòd in aliquâ re casu errauerit, quem nos pro comperto habeamus deditâ operâ deliquisse, ita respondere solemus; *Matteo di Candozzo: errò, perch'e' uolle*: inquiunt enim hunc erràsse, ut fertur, nolentem uolenti animo.

C.d.la golpe. C.d. *la golpe: le parole eran buone, ma i cenni dolorosi*. i. Verba quidem bona erant, nutus uerò pessimi. Hoc originem traxit ex noto Apologo. De uulpe à rustico in paleis a canum furore seruatâ.

Tutto di S. Martino. Sunt Florentiæ duo loci, quorum alter ob sacram ædem D. Martino dicatam, appellatur *San Martino*, alter ob familiæ cognomen dicitur *il Garbo*. Inde nomen sumpsit *Panno di San Martino*, & , *Panno Garbo*: quoniam hi panni ibidem fiant. Vnde nostri uulgi prouerbiale ænigma; *Egli è tutto di San Martino*: quod in hominem insipidum, inuenustúmque iacere solet. Hunc enim simpliciter dicimus, *Non auer niente di garbo*: in quo sensu *Garbo* significat uenustatem, atque elegantiam.

C. d. colui, che s'impiccò. C.d. *colui, che s'impiccò: ognuno ha la sua fantasia*. i. Alijs alia placent, & probantur. ἕτερα ἑτέρος ἐςὶν ἡδέα. i. Alios alia delectant. Aristo. Ethi. 3. ca. 11. Variæ sunt hominum uoluntates. l. Quia poterat. ff. Ad Trebell. Sed de his alibi.

C. d. quel Lanzi, etc. C.d. *quel Lanzi: questo guasta il festo*. Vehebatur per ciuitatem asello, ut ex antiquorum more quidā a facinorosi plecti solent. Populus sibilabat; quod ipse, quasi applausum existimans, non ægre ferebat. Sed tandem uirgarum plagas sentiens; istud dixit.

a ὀνοβάτις dicebantur a Græcis. Sed erat propriè pœna adulterarum apud Cumæos. Plutar. in Problem. ut etiam Alcia. in Parer.

Semplici di Val di Strulla. In eum, qui; cum sit uaferrimus, se simplicem simulat: *Semplici di ual di Strulla: cambiauan lo scudo per otto lire, e poi tornauan pel resto*. i. cum longè plus æquo accepissent, quasi ipsis non fuisset penitus satisfactum, alia insuper petebant. Dicitur & ἁπλῶς, *Semplice di uilla*.

Mulattier de' Serui. Qui mira, nec admodum credibilia profert, appellatur αἰνιγματικῶς. *Mulattier de' Serui: scaricamiracoli*.

Fondarsi, come Messer Giorgio Scali. Quando quis illi fidere uidetur, qui non solùm in eius necessitatibus non profuturus sit, sed potius ipsi destituto nociturus, dicere solemus. *E' si fonda, come M. Giorgio Scali.* Scipione arundineo innititur. Hebræorum prouerbium, referente Parœmiogr. Casus illustrissimi huius viri, qui populo fisus, in opportunitate ab illo destitutus fuit, per Historiographos Florentinos notissimus est.

Hoc adagium descriptum est ex lib. 1. c. 17. Var. lect. Pet. Victo. sed uerborū compendio. Ferire medium; qui modus loquendi est apud Ciceronem in lib. de Fato, valet, cum duo inter se de aliquo controuersantur, résque ad Arbitrum venit, æquo interuallo, ac momento utrinque illum ipsum, qui sententiam fert, discedere, atque ita litem diiudicare: quod tamen iudicij genus, ut negligens, ac pingue Iurecōsſ. contemnunt. Nósq; etiam

patrio

patrio ſermone, quæ prouerbij loco dicitur, voce eludimus. (vulgò inquiunt. *Come i contadini: dare in quel mezzo.* Et αἰνιγματῶδες. *Far come Puccio Carletti: daua in quel mezzo)* Plato dixit μέσον τέμνειν in Quinto de legi. in Epiſtolâ poſteriori ad Dionis propinquos; & in Protagorâ. Locos integros affert inibi idem Victorius. *Far, come Puccio Carletti.*

Per Plautinum illud ex Aſinariâ, quod a Cleaeretâ lenâ Argyrippo adoleſcenti dictum fuit; Semper oculatæ ſunt noſtræ manus, credunt, quod uident; optimè intelligitur illud; *Come diſſe Mona Ghigna: di ueduta con queſte mani.* Sententiam fortaſſe clariùs repræſentat hoc alterum eiuſdem farinæ. *Nanni cieco: uedere.* *C.d. Mona Ghigna.*

In pertinacem uulgò inquiunt. *Egli è più ſtran, che Giorgio.* i. Georgio pertinacior, ſiue moroſior. Hunc narrant aniculæ, cum iam frigidum cadauer iaceret, pedes extendere noluiſſe. *Più ſtrano, che Giorgio.*

C.d. Caſtruccio: egli è quel, che Dio uuole, e ſarà quel, che Dio uorrà. Simile illis: ἐν θεῶν γούνασι. i. In Deorum genibus. Home. ἐν θεῷ τέλος. i. In Deo ſitus exitus. Pindarus in Olymp. *C. diſſe Caſtruccio.*

Quando aliquis è familiarium commercio diſcedit, quibuſcum confidenter agere poſſit, ioco memorans, ne ſibi diſcedenti obtrectent, ridendo dicere ſolet, *Non fate le ſcalee di Sant' Ambrogio.* i. *Non dite male, di chi ſi parte.* Meminit Varchius in Herculano, atque inibi latè exponit. *Far le ſcalee di Sant' Ambrog.*

Oratio alicuius, longè a propoſito aberrantis, & quæ nihil concludere uideatur, appellatur a uulgi fæce; *Il chiaſſo di Mona Sandra: ſenza riuſcita.* *il Chiaſſo di Mona Sandra.*

C.d. Lippo Topi: coſtì ſta'l fatto. Apophthegma prolatum fuit, quando condebat teſtamentum. Vnde alterum dictum. *Il teſtamento di Lippo Topi.* Quando ex inani hæreditate quàm maxima relicta ſunt legata. *C. d. Lippo Topi.*

Non lo ſaprebbe far Cimabue: dipinſe il peto groſſo nell' acqua. Ne Archimedes quidem deſcribere poſſet. Ex dicto Cice. in Orat. pro A. Cluent. Noſtro utitur etiam Brunettus in Epitaphio. *Non lo ſaprebbe far Cimabue.*

Aliquis interrogatus, quid agat, quomodo valeat: ſi more ſolito cuncta procedant, reſpondere ſolet. *Patti vecchi, e modi vſati.* Quod etiam αἰνιγματῶδες effertur: *C.d. Mon Ghini: l'ordinario.* *Patti vecchi, e modi vſati.*

Come diſſe Salueſtro del Berretta: vauui adagio. Hic, quotieſcunque aliquem vehementiùs laudare audiebat, tale dictum ſolebat vſurpare: cui ſimile illud Horatij ad Lollium; *C.d. Salueſtro, &c.*

> Qualem commendes, etiam, atque etiam aſpice; ne mox
> Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Quòd uulgò dicere conſueuimus, cum quempiam irridemus, qui ſtulto genere vltionis utatur; ſibique ipſi plus obſit, quàm illi, in quem animadtere vult, eum certum hominem, ciuem noſtrum imitari, nomine illum appellantes: qui, cum vxori grauiter iratus eſſet: pœnáſque ab eâ capere improbitatis ipſius vellet, ſe non ſolum Eunuchum fecit; verum etiam acuto cultro membrum procreationi aptum abſcidit, videtur antiquitùs alius ſimplicis ingenij homo, uel nullius potius, feciſſe, &c. Verba ſunt P. Victo. Var. lect. lib. 17. cap. 17. Noſtrum adagium ita effertur. *Come Che'l Maſi: ſe'l taglio via tutto, per far diſpetto alla moglie.* Et ab aliis: *Come Chel Maſi: ſi caſtrò per far diſpetto, &c.* *Come Chel Maſi.*

Così non canta Giorgio. i. Ita non canit Georgius. ſ. Non dico hoc. Illud non aſſero. Ex hiſtoriâ uulgatiſſimâ. Credebatur quidam Georgius, inimi- *Coſi non canta Giorgio.*

cum

cum suum insidijs oppressum peremisse. Hic, fraude instructâ, ad cœnam vocatus ab amicis defuncti, post cœnam inuitatus fuit ad canendam cum alijs quamdam cantilenam, qua concludebatur; *E Giorgio uccise il tale*.i. Et Georgius talem occidit; Quod ipse audiens, respondit. *Così non canta Giorgio*.

C. d. M. Anton Pucci.

C.d. *Messer Anton Pucci: E' ne debb' esser qualche cosa, poiche ognuno il dice.* Est affine illis, quibus utimur, quando significare volumus, non esse censendum falsum, quod pluribus est in ore. *Rade volte si grida al lupo, ch' e' non sia in paese. Non si grida al lupo, ch' e' non sia lupo, o can bigio. Voce di popolo, voce di Dio.* In quam sententiam extat adagium apud parœmiographum ex versibus Hesiodi notissimis.

Non omnino temerè est, quod vulgò dictitant.
Fama non temerè spargitur.

C. d. il Bernia.

C.d. *il Bernia: parla, perch' io ti vegga.* Iuxta illud: Sermo hominis index. Socrates etiam interrogatus, an quempiam cognosceret, respondit, se ei nunquam locutum, innuens, quàm periculosum sit, hominem de fronte iudicare. Vnde Catonis præceptum.

Perspicito cuncta tacitus, quid quisque loquatur.
Sermo hominum mores, & celat, & indicat idem.

Et Quintilianus lib. 11. Sonis homines, vt æra tinnitu dignoscimus: pro quo nos παροιμιακῶς: *Al suono si conosce la saldezza del vaso.*

E' scritto al libro del Grosso.

Il Grosso est quædam moneta nobis notissima quinque assium æstimatione. Accidit qnondam Florentiæ, ut multi ex iuuenibus nescio quid sceleris patrârunt. Summates, qui tunc Rempubli. gerebant, pro multâ constituerunt, eos unicum prædicti ualoris numisma soluere; sed omnium nomina in libro peculiari conscribi, qui inde *Il libro del Grosso* appellatus fuit, ut, si uel minimum aliàs comitterent facinus, maximas luerent pœnas. Hinc parœmia uulgò celegerrima; *Tu se scritto al libro del Grosso*; qua aliquem admonemus, ut in officio maneat; si quid enim errauerit, quàm seuerissimè punitum iri.

Aliquem, vel de aduersâ fortunâ, vel de alio quouis casu conquerentem, consolari cupiens, ad illud confugere solet; *E' c'è, che far per ognuno.*

συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα
πιέζει φανεῖσα θνατῶν. i.

Alia alios calamitas adobruens premit. Eurip. in Alces.

οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί. i.
Expers laborum nulli uita uiuitur. In Græc. Collect.

Come disse colui, &c.

Plebs verò; *Come disse colui, che ferraua l'oche: c'è, che far per ognuno.*

Cætera, quorum maxima pars, quemadmodum a plebeijs originem traxerunt, ita a uulgi fæce sępius, a nobilioribus quàm rarissimè audias; pro curiosis iuxta Alphabeti ordinem absque ullâ declaratione afferentur.

Alleuato come i paperi di Mona Bionda: per le corti.
Biagio sarto: diceua i fatti suoi, a chi non gli uolea sapere.
il Boncio da Rapalle: bastonaua la moglie, e poi la pettinaua. Simillima sunt.
Tagliare il naso, e poi soffiar ne gli orecchi. Dato il ueleno, uoler dar l'utriaca.
la Canzona del pane asciutto: lieualo lieualo.

Carità

Carità di Mona Canida: maſticaua il zucchero a gli ammalati.
la Cena di Saluino: piſcia, e ua a letto.
Come il Prete di contado: non ſa leggere, ſe non in ſul ſuo libro.
Come la ſpezieria del Ponteuecchio: vniuerſale. Teneua d'ogni coſa, ma tutto cattiuo. Huic ſimile, quod notant Parœmiographi ex Homero;

Multa quidem nouit, ſed malè nouit omnia.

Come la Vaccuccia: fa, ed è buono a ogni coſa. Huius fabella Florentiæ notiſſima eſt.

Com'l caual del Gonnella: tutto maſcalcie.
Dormir, come il Liofante: ritto.
E Frate di San Franceſco: ſenz'un quattrino.
E panellin di Badia: promeſſo.
Erba da denti: grano.
Far, come Fra' Fazio: rifaceua i danni d'altri.
Far, come i colombi del Rimbuſſato: perder l'urlo.
Far, come il can di Butrione: appiccarſi, a chi ha miglior mantello.
Far, come la candela: conſuma ſe per far bene altrui.

Hic notare potes pulcherrimam Dantis comparationem Purg. cant. 22. vbi Statius Virgilio.

Faceſti, come quei, che va di notte,
Che porta il lume dietro, e ſe non gioua:
Ma, dopo ſe, fa le perſone dotte.

Far come le cicale d'India: cicalar, per far cicalare. Eodem pertinent. *Tirar sù. Cauare i calcetti.* De quibus ſup. p. 404.

Far, come la golpe: non far male in uicinanza.
Far, come la lumaca: laſcia il ſegno, ouunqu' ella ua.
Far, come la piena: metterſi innanzi ogni coſa.
Far, come l'aſin del Pentolaio: fermarſi a ogni uſcio.
Far, come la vecchia da Verona: ſe le daua un quattrino, perche cantaſſe, e due perche reſtaſſe.
Far, come le monache da Genoua: tornate ch'eran di fuori, chiedeuan licenza d'andare.
Far, come la gragniuola, in ſu la ſeccia: gran romore, e non far danno.
Far, come le ſtarne di monte Morello: uiuer di rugiada. Rore paſci. Vento uiuere.
Far, come l'huom ſaluatico: ſi rallegra del cattiuo tempo, perche dopo il cattiuo, ne uiene il buono.
Far, come Maeſtro Pier Fantini: metteua le pezze, e l'unguento del ſuo.
Far, come Mona Cilidonia: andarſene in gite.
Far, come le pecore: oue ua uno, andar tutti. Hinc Dant. Purg. Cant. 3.

Come le pecorelle eſcon dal chiuſo
Ad una, a due, a tre, e l'altre ſtanno
Timidette, atterrando l'occhio, e'l muſo,
E ciò, che fa la prima, e l'altre fanno,
Addoſſandoſi a lei, s'ella s'arreſta,
Semplici, e quete, e lo'mperche non ſanno.

Gian Braconi: ch'ella duri.
Gigante da Cigoli: batteuano i ceci con le pertiche. Vide ſup. p. 293.

Mandar carta bianca. i. *Rimetterſi totalmente.*
Non può eſſer Arbitro: e' pende.
Non può Lodare: ha chiamato il terzo.
Pigliar, come le pecchie: col moſto. Pulcius in Morgante.
Pippion di Gorgona: ſi pelan co' ſaſſi.
Più ſciocco di Martin d'Amelia: credeua, la ſtella Diana fuſſe ſua moglie.
il Poteſtà di Sinigaglia: comandare, e far da ſe.
Ser Agio: ſtaua a ſtrigliar la mula nel letto.
Trotti d'aſino: non durano.
Vccellar, come Cecco Patraccoli: a picchi. i. *a picchiate, a buſſe.*
Veſtir, come le figure: ſempre a un modo.
Vnguento da cancheri: tira, e non ſalda.

Apophthegmata Prouerbialia.

Come diſſe Betto Orciolaio: ne danar, ne coſe.
C.d. Biagio Graſſo: io mangio del mio.
C.d. il Bianco: alle mani. Extat in antiquo Mythologiſtâ. Effertur etiam; *Alle mani: diſſe colui, che non l'auea.* Sententia eſt eadem, atque illius; *Alla pruoua ſi ſcortica l'aſino.* De quo ſup. p. 313.
C.d. il Biaſcia: tu non ne papperai.
C.d. Cipollone: queſt' è deſſa.
C.d. colui, che toſaua il porco: gran romore, e poca lana. Confine, ſeu potius idem. τῷ *Molte parole, e poche lance rotte.* Sup. p. 300.
C.d. colui, che 'l diauol ne lo portaua: in qualche luogo capiteren noi.
C.d. il Culo all'ortica: io ti conoſco mal'erba. Extat etiam in Brunetti Epitaphio. Idem fortaſſe ualet, quod notat Cognatus. Bene te noſco. Ex Catullo.
C.d. il Fiblia: queſta feſta non s'ha a far ſenza me.
C.d. Fico alla moglie: tu m' hai concio.
C.d. Gigi pazzo: non ti colſi.
C.d. il Giudeo: Sabato non è, e' danar non ci ſono.
C.d. la golpe al granchio: e' potrebb' eſſere, ma tu non n' hai uiſo. Eiuſdem ſententiæ, atque illud; *E' potrebb' eſſer barbero, ma e' non n' ha cera.* Sup. p. 11.
C.d. il Gonnella: cum quibus. i. pecunia.
C.d. Luca Poltri; Omnia mea bona
Porta in doſſo mia perſona.
Cui ſimile; *E' fa, come la chiocciola: porta ſeco tutto 'l ſuo.* Notum eſt dictum ſapientis; Omnia mea bona mecum porto.
C.d. Macometto a' monti: ſe uoi non uenite da noi, noi uerren da uoi. Hinc *Fare i Miracoli di Macometto.*
C.d. il lupo all'aſino: pacienza.
C.d. l'aſino al lupo: tal pacienza haueſſe, chi laſciò l'uſcio aperto.
C.d. Lucio di Val Bona a Meſſer Rinieri da Caluoli: acconciate i fatti noſtri, ma non iſconciate gli altrui.
C.d. Maeſtro Guazzalletto: Dio te la mandi buona.
C.d. Malateſta de' Medici: ſe tu non ſe, tu ſarai.
C.d. la Maria pazza al figliuolo: tu hai mani, e piè.

C.d.Martino Scarfi: or son io chiaro.
C.d.il Merlo: son sicuro domine, che uscito son del uerno.
C.d.Messere Anton da Venafro: ogni aiuto è buono. Multæ manus onus leuius reddunt. Parœmiog.
C.d.il Mirra: a cosa a cosa.
C.d.la Moglie del Gallora: i'm'auuio.
C.d.il Mosca: cosa fatta, cap'ha. Vnde Dant.Inf.Cant.28. *Ed un. &c.*

Gridò: ricorderati anche del Mosca,
Che dissi, lasso, capo ha cosa fatta.

C.d.il Napoletano: qui me ne taglia un ruotolo.
C.d.Orlando Boscoli: o si, o no. Simile illi, quod inquit Tiresias Vlyssi apud Flaccum;

O Laërtiade, quicquid dicam, aut erit, aut non.

C.d. Paolo Benini: buono, e bello.
C.d.quel sarto: l'occhio uuol la parte sua.
C.d.il topo alle noci: poco romore.
C.d.Toccio alla moglie: sia col malanno.
C.d.il Minchia: ecco fatto; e dette un calcio alla pentola. Vulgus inquit *Dette* pro eo, quod meliores *Diede*. Sed non videntur hæc, quorum arbiter est vsus, ad exactam loquendi normam reuocanda. Huius etiam generis sunt; *Io volsi dir questo; Tu sei giudice indiscreto; Ell'è cosa ordinaria; Io persi l'occasione; Tu m'hai fradicio*: quæ ita vulgò vsurpantur, vt, si quis familiariter loquendo dixerit. *Io volli dir questo; Tu se giudice indiscreto; Ell'è cosa comunale; Io perdei l'occasione; Tu m'hai fracido*: verendum esset, ne penitus exploderetur. Nec immeritò quidem, nam in commercijs familiaribus omnis loquendi affectatio euitanda est. E scripturâ tamen præsertim grauiori censeo, huiusmodi Barbarismos penitus esse profligandos.

Exempla Dictorum per Etymologiã, siue Allusionem.

EX GRAECIS.

APud Græcos, referente Strabone Geographiæ lib. 13. in prouerbium cessit versus ille Homeri Iliad. ζ.

ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. i.
Propiùs accede, vt exitij terminos ocyus attingas.

Allusio versatur in verbo *ἆσσον*, quod non modò propiùs significat, sed Allon, maritimam Lyciæ ciuitatem, quæ in edito sita est promontorio, ita vt ad eam accedere parùm tutum sit. Quo adagio deterrebant a rebus illis, quæ non sine periculo comparari posse videbantur.

Huius etiã generis est illud Aristophanis in Comœdiâ, cui Titulus *ἱππεῖς*.

τῶ χεὶρ ἐν αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν. i.
Manus in Aetolis, mens in Clopidis.

Vbi duplex allusio, ad vocem Aetolis, & ad vocem Clopidis. Prior adumbrat Aetolos populos, atque *αἰτεῖν ὅλον*. i. totum flagitare. Posterior venusto paragrammatismo, pro Cropidis, quod est nomen Atheniensis tribus,

 Clopidas

Clopidas habens, κλοπὴν. i. furtum exprimit, cuius perpetuò reum agit Cleonem. Verba Græci interpretis hæc sunt. τὼ χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς ἀπὸ τοῦ στόματος τὸ πρᾶγμα λέγει· ἐκεῖν αἰτωλία. ἀλλ' ἐν τῷ αἰτεῖν. τὸ δ' ἐν κλωπιδῶν. ἐναλλαγὴ πάλιν στοιχείου τοῦ Ρ εἰς τὸ Λ. κρωπίδαι γὰρ δῆμος τῆς λεοντίδος φυλῆς. ἔπαιζεν οὖν παρὰ τὸ κλέπτειν. Quod prouerbiale scomma, ut Eustathius sentit in Odyss. ξ. iacitur in ueteratorem improbum, & munerum receptorem; qui & flagitiosè manibus donaria efflagitet, & furaci animo opes inuolet. Vide ibi plura.

Describo ad uerbum ex Animaduersionibus Casauboni in Athenæi principium capitis 8. libri 9. ἐπιτιμῶντες δ' ἔτι φασὶν, Μὴ δ' ἂν τὸν Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν. Eustathius ita interpretatur: Oeneus, & Peleus personæ heroicæ positæ sunt pro οἴνος, & πηλὸς, unde ortæ uidentur. Reprehenditur autem his uerbis pincerna, qui uinum in cyathum sic fundit, & effundat. Vinum humi cadens, fit πηλὸς lutum. Scimus etiam πηλὸν dictum ueteribus fuisse uinum; ut ego arbitror, non merum, & sincerum, sed mixtum, aut mangonizatum: inde κάπηλος, qui tale uinum uendit. Quare possumus etiam sic exponere; non oportet οἰνέα facere πηλέα i. bonum uinum malum facere, & corrumpere. Quis primus hoc dixerit, non nunc memini. Vetustissimum quidem dictum est: cuius etiam facit mentionem Demetrius Phalereus, uel quicumque est libri eius auctor. Hactenus Casaubonus. Locus Demetrij est, ubi agit de modo utendi prudenter ridiculis. Primus, qui hunc Demetrij locum turpi mendâ purgauit, fuit Michaël Sophianus, ut inibi testatur Petrus Victorius.

Κλεὶς apud Græcos est clauis, qua ostia, uel arcæ aperiuntur, & commissura humeri cum pectore, quam uulgò clauiculā appellant. Cum igitur Philippo Macedonum regi in bello clauicula fracta fuisset, ac medicus, qui ipsum curabat, quotidie aliquid posceret. Sume, dixit, quicquid lubet; nā clauem habes.

Multa Diogenis Cynici apophthegmata, ex quibus aliquot modò afferam, & pro uiribus explicabo, ad hanc tractationis partem spectare uidentur. περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθεὶς, πόθεν εἴη, τεγεάτης, ἔφη. i. De puero, qui pudicitiam prostituerat, interrogatus, cuias esset, Tegeates, inquit. Tota responsi uis uersatur in ambiguâ τοῦ τεγεάτης significantiâ: est enim τέγεα urbs Arcadiæ; τέγος uerò inter cætera prostibulum significat. Quò procul dubio non sine maximâ subtilitate, ac uenustate respexit Philosophus. Dioge. Laër.

Miserat Alexander per quendam Athliam literas ad Antipatrum; cum ibi adesset Diogenes, lusit in uerbo ἄθλιος, quod est miser, multisq; laboribus afflictus, sic inquiens. Athlius ab Athlio per Athliam ad Athlium. Quo denotare uoluit, non solùm principes ambitiosos (qualem sæpe notauit Alexandrum) miseros esse, sed omneis alios, quicumque in hujusmodi cupiditatibus ipsis inseruiunt.

Idem etiam lusit in uerbo αἰδάντιξ, quod apud Græcos, ut sentio apud Lati-

nos,

nos, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. Interrogatus enim, cur Athletæ nihil sentirent. Quia (respondit) suillis, ac bubulis carnibus educati sunt. Nam cibi crassiores corpori quidem robur addunt, sed mentis aciem hebetant. Diogenes igitur ipsorum stuporem notauit, cum interrogaretur, cur, quasi sensu carentes, plagis non offenderentur.

ἰδὼν ποτὲ ὀλυμπιονίκην, inquit Laërtius in eius vitâ, *πρόβατα νέμοντα, ταχέως, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, μετέβης ἀπὸ τῶν ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ νέμεα.* i. Intuitus aliquando Olympionicen, oueis pascentem; citò, dixit, ò bone vir, ab Olympijs ad Nemea te contulisti. Apophthegmatis ambiguitas consistit in verbo *Νέμεα*, quo tanquã digito ostenditur & *νέμειν*, quod est pascere, & *Νέμεα*, quæ celeberrima illa in honorem Herculis, vel, si Archiæ credimus, Alchemori certamina significat. Huic nõ longè videtur absimilis lusus ille Martialis in verbo Palinurus, quod fit a *πάλιν οὐρεῖν*, quòd est iterũ meiere,

Minxisti currente semel, Pauline, carinâ;
Meiere uis iterum, iam Palinurus eris. lib. 3.

Didymon quidam medicus uulgò ob luxuriæ uitium malè audiebat. Cum ergo Diogenes eum uidisset uirginis oculum curantem; Vide, inquit, ne *κόρην* corrumpas. Vox ista Græcis significat uirginem, & oculi pupillam.

Possem quoque afferre, & exponere illud; *μὴ ἀπ' Ὀμφάλης πρὸς Ἥβην* i. Ne ab Omphale ad Heben; ubi sub nomine harum mulierum alluditur ad uoces *ὀμφαλός*, & *ἥβη ἀντὶ τῆς γυναικὸς αἰδοῦς*. Sed, nequâ in parte honestas lectorum aureis offendam, ut alibi alia, ita hoc in loco istud uerecundo silentio præteriens, pro ipso profero lusum in uerbo *ἑστάναι*. *Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος, ἐρωτηθεὶς διὰ τί τὴν τύχην καθημένην ἔγραψεν, εἶπεν. οὐχ ἕστηκε γάρ.* i. Apelles pictor, interrogatus, cur sedentem pinxisset fortunam: Quia, inquit, non stat. Refertur a Maximo.

EX LATINIS.

APud Latinos etiam extant huiusmodi allusionum non pauca exempla. ut manifestissimè appâret ex testamento M. Grunij Corocottæ Porcelli, de quo non semel inter alios meminit D. Hieronymus. Omissis igitur, quæ illic habentur, afferam hoc in loco speciminis gratiâ nonnulla, quæ pulcriora, nostræq; linguæ propinquiora uisa sunt.

Recitabatur in Senatu ex oratione, quam habebat Sextus Nero in Vindicem, sceleratos pœnas daturos, breuiq; dignum exitium facturos, cum subitò ab uniuersis exclamatum est. Tu facies Auguste: quæ uerba possunt bifariam accipi; uel, Tu facies, ut dent pœnas, uel, Tu ipsas dabis. Idem in simili proposito diceretur a nobis. *Tu lo farai.* *Tu lo farai*

De Caluino Glauciâ claudicante, qui Clodio fauebat, dixit quidam. Caluinus non claudicat, sed clodicat. Veteres pro Claudio Clodium dicebant, ut notum est. Extat apud Cice. in 2. de Oratore.

Peruicax

Capeduro. Peruicax a Latinis interdum, ut a nobis, appellatur Caputdurum. Hoc planè apparet ex eo. Cum tenuis conditionis homo cuidam obtrectaret; hic Colaphum, dixit, tibi dicam; & Formulam scribo, quòd caput durum habeas. Duplex est iocus, & in more uocantium aliquem in ius: Diē enim dicunt, missóq; libello, quare eum in ius uocent, exprimunt: nam pro Diē tibi dicam, dixit, Colaphum tibi dicam. Alter iocus est in amphibologiâ capitis duri. Quoniam durum caput habere dicitur tam peruicax, quàm qui percutientis manum offendit.

Perdere. Item perdere interdum Latinis ualet, quod *Perdere* Italis. i. amittere, ac priuari. Malus patronus caussam agendo uocem obtuderat. Huic Granius suadebat, ut, domum reuersus, frigidum mulsum biberet. Cui patronus; atqui perdam uocem, si hoc fecero. Præstat, subdit Granius, perdere uocem, quàm reum. Huic simile est distichum illud in Neronem ex ambiguâ uerbi Tollere significantiâ.

Quis neget Aeneæ clarâ de stirpe Neronem?
Substulit hic matrem, substulit ille patrem.

Sueton. in eius vitâ, cap. 39.

Plancus (auctore Macrob. Satur. lib. 2. cap. 2.) cum uellet testem in suâ caussâ molestum perturbare. Quo, inquit, te artificio tueris? Sciebat enim, illum esse sutorem. Cui callidè sutor; Gallam subigo. Lusus est pulcherrimus in voce gallâ, quam subulam significare inter alios inquit Robertus Constantinus (*lesina* dicitur a nobis) & Gallâ nomine proprio mulieris. Plancus enim ob adulterium Mæuiæ Gallæ malè audiebat.

In Supplemento linguæ Latinæ.

Miseri. Parci, tenuésque in impensis homines appellantur a nobis *Miseri*: quod nō caret suâ origine: sic enim & a Romanis interdum appellabantur. Nam Stratonicus interrogatus, quinam essent in Pamphyliâ miserrimi; Phaselitæ, inquit; Sed in toto orbe miserrimi sunt Sidetæ. Vtrobique in prędicto sensu accipiens miserum: Phaselitarum enim in sacrificijs sordes prouerbio notatę sunt, ut meminit Zenodotus, & Eudemus. *Notatur inter Apophthegmata Latina.*

Dare inter alia ualet conferre beneficia, suíque copiam facere, ut ex illo Martialis notissimo. Vis dare, nec dare uis. Cum itaque C. Cæsar in Senatu caussam filiæ Nicomedis enixè defenderet, beneficiáque Regis in se commemoraret; Remoue, inquit Cicero, isthæc, oro: notum est enim, quid ille tibi, quid tu illi dederis. Nam Cæsar credebatur Bithynię regi uel ultra pudicitiæ terminos morigeratus. Quod palàm testantur illi uersus ab eius militibus decantatis in Gallico triumpho.

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Sueton. in eius vitâ cap. 49. Vtinam talia uitia penitus cum Romanis illis sepulta fuissent; atque esset in hoc pauperior nostra lingua.

Est apud Rebufum in Commentarijs iuris Gallicorum Sacerdotiorum dictum

ctum hoc; De Tribu Leui. In inconstanteis quos Latini appellant leuis sententiæ, & nos *Di poca leuatura*. Amphibologia uocis Leui alludit ad Phrasin leuis sententiæ. Hinc uerò multa mihi in mentem ueniunt ex iisdem scriptis deprompta; quæ uulgò omnibus notissima sunt: ut, *Facciamo a cunctis. Ad faciendam uindictam. Guastare il Pater noster* (quod idem est, atque illud cum allusione, *Fare il debito suo*) *Esser de' dodici mila segnati.*

Di poca leuatura.

> *Al mangiare gaudeamus;*
> *Al pagare suspiramus.*

quæ omnia, ne imprudens sacra profanis miscere uidear, uolens religioso, debitóque silentio inuoluo, Nec solùm prætereo hæc, sed cuncta quoque, in quibus sensi ambiguitas aliquam suspicionem gignere possit, ut illud; *Assai digiuna, chi mal mangia*; Quod tamen optimè mihi congruere uidetur. Theodoriti dicto; ἀληθὴς νηστεία, ἡ διηνεκὴς ἔνδεια. i. Verum ieiunium assidua indigentia. Refertur ab Antonio in Serm. de Ieiunio.

Assai digiuna, &c.

Ex Titulis etiam Iurisconsultorum sæpius in hoc genere legum studiosos facetè iocari audias; ut e.g. Visâ muliere turpi, facie nempe deformi, dicere solent. Ad Senatusconsultum Turpilianum. Sed ista diligentiùs, & omnia colligere a nostro proposito longissimè distat.

Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. Iocus est in parasitum, gulæ plus æquo deditum, Marulli mimographi, quem M. Antonini philosophi, & Cæs. temporibus uixisse testatur Iulius Capitolinus: cuius præter Ael. Spartianum meminit & D. Hieronymus aduersus Rufinum: Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. Allusum est autem ad Ilij, quo Troia censetur, nomen ambiguum, cum Ili intestino, per quod cibus receptus delabitur. Competet in strenuum gurgitem, qui nunquam helluonari desinat. Quadrabit & in ganeonem inexhaustæ libidinis, quippe quum Ilium pro impubio, seu interfœmineo muliebri accipi soleat, attestante Hesychio, quo sensu detortum fuit illud Homericum, ἴλιον εἴσω. i. Intra Ilium. Parœmiog. Huic uidetur congruere ex nostris: *Non istudi in altro, che nella Boccolica.*

Nõ istudia, se nõ nella Boccolica.

QVamquam verò, ut supra dixi, talium prouerbiorum noster sermo omnium abundantissimus sit, statui tamen exempli caussâ non multa proferre; unde facilè reliqua id genus percipi poterunt: fortasse enim nimiâ ipsorum copiâ tædio afficeretur, si quis in nostris nugis aliquot horas impendere non grauabitur.

Qui alterum deserit, ac derelinquit, dicitur *Piantarlo*; Hinc in huiusmodi effertur. *E' gli ha dato un Piantone*. Alij: *Gli ha dato acqua di Piantaggine*.

Dare un piantone.

Fures furando dicuntur *Leuar uia*. Quando igitur aliquem quidpiam furatum esse significare volumus, dicimus *Egli è ito in Leuante.*

Andare in Leuante.

L'uccellatoio locus est non longè distans a Florentiâ, Bononiam proficiscentibus notissimus. Vnde ortum est adagium, quo aliquem alterum illudere significamus. *Mandare all'Uccellatoio.* Cuius uis omnis consistit in verbo illo *Uccellatoio*; cum idem valeat nobis *uccellare*, ac Latinis illudere,

Mãdare al l'uccellatoio.

dere,

dere, siue irridere: In hanc sententiam Plaut. In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat. Eodem pertinent. *Tu se restato l'uccello. Tu se l'uccel del popolo.*

Dar l'erba Cassia.

Qui aliquem ab officio dimouet, dicitur, *Cassarlo*; quod hac allusione designatur. *E' gli ha data l'erba Cassia.*

Cãta il Miserere.

Auari, sordidique homines appellantur a nobis *Miseri*, ut nuper dixi. Vnde in auarum. *E' canta il Miserere.*

Entra in Sagrestia.

Cum significare volumus, de rebus sacris non esse temerè agendum, dicimus; *Non bisogna entrare in Sagrestia.*

E' da monte Spertoli.

De uiro experienti, callidóque vulgò dictitant. *Egli è da monte Spertoli.* Et nostræ mulieres; *Egli è Spaletum.*

Sonare a doppio.

Sonare a doppio παροιμιακῶς valet; Duplicem mercedem dare.

Studiare il Buezio.

Insulsus, ignarúsque homo appellatur a uulgo *Bue*. Boëthius auctor est notissimus. Hinc allusio prouerbialis. *Egli studia il Buezio*: Idem ualet; *Egli studia, e fa il bue.* i. studet quidem; sed nihil proficit.

Toccar la Vetrinola.

Indicare uolentes, aliquem multo vino se ingurgitâsse, dicimus; *Egli ha toccato ben la Vetrinola. Vetrinola* est herba infectoribus notissima, de qua Petrus Crescentius lib. 6. cap. vlti. pocula verò vitrea uulgò fiunt; Vnde allusio. In hanc sententiam Græci; ἀμφιθέτῳ ἔπιε. i. Ex amphitheto bibit. Vide Parœmiogra. Si quis autem, multo potato vino, multùm loquatur, dici solet; *E' parla per uirtù, seu, per poter diuino*; Quasi dicamus ob uini uirtutem, seu potentiam loquitur. Huc pertinet apophthegma non inuenustum. Dixit quidam; Talis, qui Germaniam petijt, mortuus est: Erat quidem ingenium diuinum. Respondit alter. Non mirũ, si Germani ipsum biberunt. Sed Italicè proferam: Latinè enim deperditur magnâ ex parte sententia, & ferè omnino venustas. *Dice vno. Messer tale è morto, che andò in Germania; e veramente era un' intelletto diuino: Rispose l'altro; Non marauiglia, che que' Tedeschi se l'hanno beuto.*

Fare a Scaricalasino.

Fare a Scaricalasino. Scaricalasino ludus est, qui tesseris agitur. *Scaricar l'asino* hoc in loco valet, omnem alicuius rei culpam a se reijcere. Volentes igitur significare, hoc ab aliquo factum esse, inquiunt; *Egli ha fatto a Scaricalasino.*

Prima martire, &c.

Qui affirmare volunt, se quæuis tormenta potius esse subituros, quàm sceleris quidpiam commissi confessuros, dicere solent, *Prima Martire, che Confessoro.*

Chi nõ puo dare, &c.

Sconciare valet nobis perturbare, siue impedire. Hinc in ludo Harpasti, qui Harpastum rapere, seu percutere volenteis impediunt, appellantur *Sconciatori*. Vnde illud adagium. *Chi non puo dare alla palla, sconci*: quo significamus; quando aliquod negocium ex nostrâ voluntate peragi non potest, conandum esse, ut nec etiam ex alterius libidine conficiatur.

E' fra' diciotto a diciannoue.

Fradicio, ut alibi notauimus, dicitur a uulgo, quod a purè loquentibus *Fracido*: qui uerò est valetudine infirmâ, & quasi desperata, appellatur *Fradicio*. Vnde dictum hoc. *Egli è fra' diciotto a diciannoue.*

Mandare a Legnaia.

Legnaia est ager Florentiæ propinquus, alijs etiam prouerbijs notissimus. Vnde originem traxit dictũ illud: *Mandare a Legnaia*: quo significamus, aliquem ligno percutere. Huc etiam spectat. *Far passare sott' un ponte di legno.* Et quę Aloysius Pulcius quasi αἰνιγματωδῶς ait. *Dar l'offerta. Dar le frutte. Scardassar lo stame. Grattar la tigna.* Vtitur Dan. Inf. cant. 22.

Bello-

Bellosguardo item est locus, uix quingentos passus a nostrâ urbe distans, egregijs duobus Palatijs Burgherinæ, Strotiæq; familiæ celeberrimus. Vnde deductum adagium, quo significamus, aliquem per se nihil perficere, sed alios facientes ociosum aspicere; dicimus enim *Egli sta a Bellosguardo*. Vis prouerbij consistit præcipuè in verbo illo; *guardo*; nam *guardare* valet aspicere, seu spectare. *Stare a Bellosguardo.*

Qui lenocinium exercere censentur, a uulgo dicuntur, *Portare i polli*. Quod innuitur dicto illo prius verbum adumbrante; *E' ua di portante*. Alterâ verò dictionem appingit hoc. *Mona Appollonia*; quo nomine a plebeculâ denotatur lena. αἰνιγματωδῶς idem dicitur; *Pettinarsi allo'n sù*. i. *Arruffarsi*. Vbi nota syllabas intermedias. Ænigmata etiam sunt. *Chinea d'Inghilterra: ua di portante; Non puo stare in terra d'Imperio*. i. *Egli è Pollacco*. *Andar di portante.*

Persæpe euenit, ut morbo Gallico, uel lenticulis, aliòve grauiori contagio alicui capilli deciderint: quod fæx Italicæ plebis tali dicto significat. *E' se appellato della sentenzia*. *Appellarsi della sentēzia.*

Quod a Hieronymo Fracastorio appellatur Syphilis, & uulgò morbus Gallicus, dicitur a nobis *Il mal Franzese*. Aliquem igitur tali contagione laborare obscurè significare uolentes, inquiunt; *Il tale è ito in Francia*. *Andare in Francia.*

Impiccare significat laqueo suspendere, siue, Laqueo alicui animam perstringere. Hinc, siquis tali supplicio affectus est, dicimus. *Egli è ito in Piccardia*. Huc pertinet illud Plauti in Aulula. Literam longam facere. i. suspēdere, quia eius nota, qua antiqui utebantur, non multùm a cruce differt. Vnde literatus, furcâ dignus in Casinâ. Explicatio Alciati. Quòd si plura desideras, vide Cœlium Rhodigi. lib. 10. cap. 8. Lectio. Antiqu. Vulgus adumbrans Comici locum dicere solet *Andare a Lungona*. Et idem significatur a plebeculâ altero illo *Egli è ito a Fuligno*: hæc enim uox, *Fuligno*, dissoluitur in has *Fune*, & *Legno*. Eodemque spectat αἰνιγματωδῶς. *Egli ha tratto de' calci al uento*. Et quod ἁπλῶς diceretur; Extremum suppliciū de aliquo sumere; dixit Aloysius Pulcius, *Far la festa anno*. *Dare a mo l'ultimo ascioluere*. *Andare in Piccardia.*

Bocca significat nobis non solùm buccam, & os, sed etiam gulam ipsam: unde in heluonem uulgò iactatur. *Egli attende alla Boccolica*. Huc etiam spectat. *La Boccolica ua innanzi a ogni cosa*. Cum quò maximè uidetur congruere illud Plutarchi; πρότερόν ἐστι τῆς πρώρας τὸ φυράσαι. i. Confectio panis prior est ipsâ prorâ. i. Necessaria maximè minus necessarijs anteponenda sunt. Origo nostri proculdubio ex allusione ad Virgilij Bucolica. *La Boccolica ua, &c.*

Brucianese locus est notissimus; quæ uox similitudinem habet cum *Abbruciare*; quod ualet comburere. Quando igitur uulgus significare uult, aliquem exempli caussâ, quia malè de Christianâ Religione sentiret, combustum esse, dicere solet. *Egli è ito a Brucianese*. *Andare a Brucianese.*

Scaricabarili ludus est puerilis, qui a duobus tantùm peragitur. Alter enim alteri terga uertunt, brachiisque mutuò implicatis, se alter alterum uicissim humo tollunt. Vnde significare uolentes, duos alterum in alterum alicuius peccati culpam refundere, dicimus; *E' fanno a scaricabarili*. Inter hoc autem, & illud, de quo supra; *Fare a scaricalasino*; ea est differentia; quòd hoc significat, alterum in alterum culpam suam reijcere; illud uerò simpliciter, alicuius criminis culpam a se dimouere. *Fare a scaricabarili.*

Aliena negocia curare; Quod Cassiod. Varia. 1. Epist. 12. Peregrinū negociū

ad ſe moleſtias trahere; ualet nobis; *Darſi gl'impacci del Roſſo*; adagiũ Florentiæ tritiſſimum. Vbi *impaccio* ualet negocium; moleſtiam, intricationem. Vnde ſignificare uolentes, aliquem per ſe ſibi negocium faceſſiſſe, dicimus. *Egli ha preſo a riſcuoter la gabella de gl'impacci.*

Riſcuoter la gabella, &c.

Quid ualeat, & unde originem duxerit dictio *Goffo*, dictum eſt in primo libro. *I Goffi* ludus eſt, qui aleis agitur. Hinc ſermonis ambiguitas, & prouerbiale ænigma in eum, qui alicuius rei conſcius, ac peritiſſimus, omnia diſſimulat. *Noi, facciamo a'Goffi.* *La Roneſcina* etiã genus eſt ludi alearũ & *A roneſcio* ualet nobis perperam. Hinc; ſi quempiam ſignificare uolumus perperam aliquid perpetraſſe, dicimus. *Egli ha fatto alla Roneſcina.*

Fare a'Goffi.

Qui obſcœna loquitur, dicitur a nobis *ſcorretto*. Hinc in huiuſmodi, *Tu ſe una cronaca ſcorretta.*

Cronaca ſcorretta.

Statuæ, & huiuſmodi ſigna ex marmore, uel aere conflata, ad figurarum, quæ in tabulis pictæ ſunt, diſtinctionem, dicuntur a nobis, *Figure di rilieuo.* Et *rilieuarne* ualet uapulare, ſeu percuti. Hinc adagium de eo, qui uapulare ſit ſolitus. *Egli è figura di rilieuo.* Quod etiam αἰνιγματωδῶς. *Egli è panca da Tenebre.*

Figura di rilieuo.

Si e.g. debitor creditorem ſuum ſpe producat, diem ex die ducens; ipſe, hoc ſentiens, dicere ſolet. *Tu tien l'oche in paſtura.* Me lactas. Ex illo Terentij in Andriâ. Niſi me lactâſſes amantem, & falsâ ſpe produceres. Vis adagij conſiſtit in uerbis. *Tenere in paſtura*; quod ita ſimpliciter reperitur apud Boccacium Fab.77. Dicitur etiam. *Dar paſto.* Nec longiùs abeſt. *Dar l'erba traſtulla.*

Tien l'oche in paſtura.

Piacenza, Volterra, la Conſuma, Borſelli, Barberino, Gironi, Malmantile, le Tauernelle, & Laterina ſunt loca nobis omnibus notiſſima. Vnde uulgus ad ipſorum nomina alludens, hæc deduxit adagia. *Andare a Piacenza.* i. Alicui obſecundare, uel, quicquid dicat, utroque pollice, ut aiunt, laudare. *Egli è ito a Volterra.* i. Diem ſuum obijt. *Eſſer ito alla Conſuma.* i. nummos, uel aliam rem conſumpſiſſe. *Andare a Borſelli.* i. ex marſupio pecuniam elicere. *Egli è ito a Barberino.* i. Barbam emiſit. (a nonnullis etiam obſcuriùs; *E'gle l'ha barbata.*) *Egli è ito a Gironi.* In inſaniam incidit. *Egli è ito alle Tauernelle,* Ad cauponam iuit. *Noi ſiamo ſtati a Malmantile.* i. tenuiter, ac ſordidè hoſpitati ſumus. *Egli ſta in Laterina.* In latrinâ moratur. De ultimo meminit Boccacius in Decame. Fab.79.

Andare a Volterra, &c.

Iuxta celebrem ſententiam. Obſequium amicos, ueritas odium parit; Dicitur ab Etruſcis; *E' biſogna più toſto andare a Piacenza, e Lodi, che a Verona.* i. Oportet potius ad aliorum uoluntatem loqui; ac laudare, quàm uerum dicere. *Piacenza, Lodi, & Verona* notiſſimæ, atque illuſtriſſimæ ſunt Italiæ ciuitates.

Andare a Piacenza.

Andare a Piacenza, ut modò dicebamus, ualet, Ad aliorum uoluntatam, ſiue gratiam loqui. *Ridurre in ſeſto* ſignificat redigere ad bonam frugem. *Seſto* etiam eſt locus Florentiæ notiſſimus. Hinc prouerbiale præceptum; Quomodo ſe gerere debeat, qui alicuius populi diſſoluti, atque effrænati gubernationem ſuſcipit, ut ipſi omnia ex uoto ſuccedant. *Chi uuol regnare, prima uadia a Piacenza, e poi a Seſto.*

Ridurre in ſeſto.

La carne dell'Allodola piace a ognuno i. Alaudæ caro omnibus placet. Alluſio eſt in uoce *Allodola.* Et ualet omnibus placet laudari.

La carne dell'Allodola, &c.

Qui paucis acquieſcit, dicitur a nobis, *Eſſere uccel di poco paſto.*

E' Vccel di poco paſto.

Ficcar

Ficcar carote valet, incredibilia, nec fide digna persuadere. Hinc in illum, qui istud agere velle videatur; *Tu se un carotaio*. *E' un carotaio.*

Grosso nobis significat crassum; & homini additum, hebetem, stolidum, plumbeum, & huiusmodi. Hinc allusio. *Egli è da Grosseto. Egli è grosso di legname. Egli è huomo di grossa pasta.* Est crassâ Mineruâ. *Grosseto* locus est in Etruriâ notissimus. *E' da Grosseto.*

Accetta est securis, siue bipennis. *Accettare* est accipere. Hinc uerbi inuersio. Etenim *accetar uno* propriè ualet, Aliquem accipere: sed ob similitudinem dictionis significat etiam securi, uel bipenni sauciare, ut, cum uulgus dicit. *Il tale è stato accettato.* *Esser accettato.*

Ensis ferreus quidem, sed malè, vt dicunt, temperatus, uulgò dicitur; *Fatta a Ferrara, e temperata a Piombino*. Hic enim picta est dictio plumbum, & illic ferrum. *Fatta a Ferrara, &c.*

Qui parùm mente ualet, insipidus scilicet, atque insanus, vt alibi notatum est, dicitur *Matto, Pazzo*. Hinc plebis allusio. *Egli è Mattematico*. *Egli è da Mattelica. Egli è da Pazzolatico. Mattelica, & Pazzolatico* (quod incorruptè dici deberet *Pozzolatico*. q. Puteus latus) sunt loca notissima. Et; *Egli è Matematico* simpliciter significat; Peritus est mathematicarum disciplinarum. *E' da Mattelica.*

Qui nimiùm simplices sunt, quibúsque non difficulter quiduis etiam incredibile persuaderi posset, appellantur a nobis; *Tondi*. Hinc in affineis tali uitio hæc dicteria. *Egli è più tondo dell'O di Giotto, Egli è tondo di pelo.* Iottus fuit pictor egregius, de quo Dan. Purg. Cant. 11. *Più tondo dell'O di Giotto.*

Credette Cimabue nella pittura
Tener lo campo: ed ora ha Giotto il grido,
Sì che la fama di colui oscura.

Bottone vox est ambigua: significat enim propriè globulum illum, qui sagulo, siue lacernæ assutus, ocello immittitur: de quo sup. p. 169. & interdum pro conuicio, contumeliáque accipitur. Vnde adagium. *Sputar bottoni*. i. Conuicia ingerere, seu contumelias inferre. Idem ἁπλῶς. *Sbottoneggiare*. Huc spectat. *Tal porge bottoni, che è tutto uecchiello*. De eo, qui in alios inuehitur, uitijs undique coopertus. *Sputar bottoni.*

Delatores, Quadruplatores, seu exploratores, qui lucri causâ, v. g. Florentiæ Octouirorum magistratui delinquentium crimina referunt, appellantur a nobis *Spie*. Obscurè igitur talem hominem denotare uolentes, dicimus. *Egli è referendario*. Vis dicti consistit in ambiguitate uocis *Referendario*, ut palàm est. Idem ualet; *E' gli piacciono gli spinaci*. Quando uerò significamus, quempiam alicuius crimen retulisse, uel alicui diem dixisse, effertur hoc pacto. *Il tale ha mangiato de gli Spinaci*. Vbi uox *Spia* adumbrata est a dictione *Spinaci*; quæ significat genus quoddam oleris notissimi. Posterius dictum simpliciter nobis ualet, *Far la spia*. Quod popellus αἰνιγματικῶς *Raccorre i bioccoli*. Et quando obscurè uult hortari aliquem, ne loquatur, præsente homine, quem talis uitij affinem censet, ita eum admonet. *Sta cheto, che gli spioue*. *E' referendario.* *Far la spia.*

Siquis, cum hoste suo pugnaturus, se in pedes coniecerit, dici solet. *Egli ha combattuto con uno spadone a due gambe*. i. *E'l ha data a gambe*. *Cõbattere con uno spadone, &c.*

Infinocchiare de qua sup. p. 26. valet nobis, qd Latinis, uerba dare. Ex quo, significare uolẽtes, aliquẽ conari nobis uerba dare, dicimus. *E' mi uorrebbe*

Vender finocchi. uender finocchi. In quo dicto appingitur non minimâ ex parte uerbum *Infinocchiare*.

Tirar di buffa. *Buffe* sunt quædam ligneæ sortes Florentiæ notissimæ, quas pueri inter se ludentes iaciunt, aliter *Buschette* nuncupatæ. Hinc adagium. *Tirar di Buffa*; Quod significat, scurram agere; uel scurriliter aliquid dicere. Scurra enim appellatur a nobis *buffone*.

